This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THE

PUBLICATIONS

OF THE

SURTEES SOCIETY.

VOL. LXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

THE

PUBLICATIONS

OF THE

SURTEES SOCIETY.

VOL. LXXV.

Digitized by Google

LONDON: PRINTED BY
SPOTTISWOODE AND CO., NEW-STREET SQUARE
AND PARLIAMENT STREET

Digitized by Google

THE

PUBLICATIONS

OF THE

SURTEES SOCIETY.

ESTABLISHED IN THE YEAR

M.DCCC.XXXIV.



NEW YORK PUBLIC LIBRARY

VOL. LXXV.

FOR THE YEAR M.DCCC.LXXXII.

Digitized by Google

63053.

ASTOR
NEW YORK

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

Digitized by Google

BREVIARIUM

AD USUM INSIGNIS ECCLESIE

EBORACENSIS.

VOL. II.

Published for the Society

BY ANDREWS & CO., DURHAM;
WHITTAKER & CO., 13, AVE MARIA LANE
BERNARD QUARITCH, 15, PICCADILLY;
BLACKWOOD & SONS, EDINBURGH.
1883.

Digitized by Google

At a General Meeting of The Surtees Society, held in Durham Castle on Tuesday, June 6th, 1876, the Rev. Wm. Greenwell in the Chair—it was

Ordered, That the York Breviary should be edited for the Society by Mr. Lawley.

James Raine.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

Digitized by Google

BREVIARIUM

SECUNDUM USUM ECCLESIE EBORACENSIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN presenting the Second Volume of the York Breviary to our Members, little need be said beyond the expression of satisfaction at its completion.

At the close of this Preface will be found a new Table of the Contents of all the copies of our Breviary. It is intended to take the place of the Table in the First Volume, which is less full and less exact. I owe this, and much more, to the kindness of Mr. Bradshaw.[1]

Of the five Appendices added at the end of this Volume, the first four contain all that is not in the Bodleian copy, but that is to be found in one (or more) of the other copies.

The fifth Appendix contains what we believe is a very valuable addition—viz., the Service and Legend of S. Richard de Hampole. Part of it has been printed before in the 20th Vol. of the Early English Text Society[2]; but the transcript given now is much fuller and more recent. The whole of this Appendix is of Mr. Procter's doing, and the thanks of our Society are due to him for his great kindness in putting this new matter at our service. Certainly the proper place for such an office as this of Hampole, would seem to be among the pages of the Breviary of the Dioçese. I cannot, however, say whether or no it ever obtained any authority from Pope or Archbishop. Mr. Procter has supplied the following Introduction to this office :—

This office, prepared for the Commemoration of Richard (Rolle) the hermit of Hampole—if a decree for his canonization could be obtained—

[1] 'Cui cum maximas gratias agam, semper sane habebo majores: adeo namque sunt illius erga me merita, ut omne grati animi officium superent, neque paria saltem verba factis referre queam.' Said by Cardinal Thomasius of Herman Shenk, Librarian of St. Gall. *Thomasii Opera*, vol. iv. prefatio xlii.

[2] *English Prose Works of R. de Hampole.* Edited by the Rev. George Perry.

Digitized by Google

is formed from three MS. copies, of which no single one is perfect, and no other is known to exist. The knowledge of two of these is due to Mr. H. Bradshaw.

I. The Lincoln MS. is one of the treasures in the library belonging to the Dean and Chapter of Lincoln.

The volume consists of two MSS. bound together.

The first part, beautifully written by John Wodeburgh, contains:—

(i.) Legenda de vita sc̃i Ricardi de Hampole, similiter cum c̃ [cetero] proprio officio.
(ii.) Item libellus ejusdem sc̃i Ricardi de amore Dei contra amatores mundi.
(iii.) Item libellus seu tractatus ejusdem super lectiones defunctorum.
(iiii.) Item tractatus ejusdem super Psalmum Dñe in virtute tua letabitur rex.

This volume has lost one or perhaps two entire leaves, and the lower portion of another leaf: both of these *lacunæ* are in No. 1., which is this Office of Richard the hermit. Otherwise John Wodeburgh's volume was perfect and legible until a few years ago, when, in an attempt to transcribe a portion of it for the E. E. T. S. (No. 20), the first leaf entirely, and words in other places, were blackened by misuse of chemicals.

The portion of Hampole's Office containing the Vespers is taken from that very imperfect copy—compared as far as possible with the MS., and corrected and gaps supplied from the Cotton MS. This MS. is referred to as L.

The second part, or full half of the present volume of the Lincoln MS. contains Richard's treatise 'Melos Amoris.' A leaf is wanting at the beginning. The MS. is written in a very different hand; it is in double columns, and extends to 110 leaves.

II. The MS. in the Bodleian Library (e Mus. 193) has this Office bound up with other matter. It has lost its first leaves, which probably contained the Vespers; as the present fol. 1 commences with the first Psalm of *Completorium*. The Psalms are written at full length in all the Offices: and the Antiphons are written as they were to be said or sung—*i.e.*, the opening words before the Psalm, and the whole Antiphon after the Psalm.

This MS. does not contain the long addition to Lect. viii., and it has not the ferial Antiphons and Responsories at the end of the ferial Lections; but it has the Service of Compline at full length, which is not mentioned in the Lincoln MS. This is referred to as B.

III. The MS. in the British Museum (Cotton. Tiberius A. xv.) is in one of the scorched volumes. This Office is in the latter part of the volume. It supplies words or portions where the Lincoln MS. is spoiled.

Digitized by Google

It has the long Lection (in L., and in this transcript, written as continuation of Lectio viii.), but places it after the Propria of the Mass : suggesting the supposition that it was intended to be read as a *Lectio ad Primam in Capitulo*. This MS. is referred to as C.

The Indexes will explain themselves. We believe that such an attempt has never before been made; but of its value we are thoroughly convinced. By the comparison between different Breviaries which such long lists facilitate, we may in time get to some clearer knowledge of the families of these service-books. And if in even the smallest degree we have contributed to such an object, our drudgery will not have been in vain. The Index of Versicles contains such as are said after each Nocturn, the Versiculi Sacerdotis, those said after the Hymns, and those used in the Memorie. Sometimes a Versicle which is not in this Index will be referred to by catchwords. Under such circumstances it will be found either among the Anthems or Responsories. Sometimes also an Anthem or Responsory is used as a Capitulum.

Digitized by Google

LIST OF COPIES OF THE YORK BREVIARY.

*** The numbers in the sixth column refer to the four parts of which most Breviaries consist: 1. *Temporale*; 2. *Kalendarium*; 3. *Psalterium et Commune Sanctorum*, &c.; 4. *Proprium Sanctorum*. In the earlier editions, where there is a title-page it is prefixed to the *Temporale*. In the latest edition of the York Breviary the Kalendar must have stood first (as in later Breviaries generally), with the title-page prefixed to it.

1493	Venice, by Jo. Hamman	For F. Egmundt, London	8vo.	Totum	1. 2. 3. 4.	Bodl. Gough M 6	Y.
(1507)	Rouen, by P. Violete	For G. Wansfort, York	8vo.	Totum	1. . 3. 4.	Rev. W. J. Blew	W.
...	... ...	... ...	...	...	. 2. . .	*No copy known*	
(1517)	Rouen, by P. Olivier	For J. Gachet, York	8vo.	P. H.	. 2. . .	Bodl. Gough 59	K.
...	... ...	... ...	...	...	. 2. . .	York Minster X. P. 25	B.
...	... ...	... ...	...	...	. . 3. .	*See P. E.*	
...	... ...	... ...	...	...	1. . . 4.	*No copy known*	
...	... ...	... ...	...	P. E.	. . 3. 4.	York Minster X. P. 8	R.
...	... ...	... ...	...	...	. 2. . .	*See P. H.*	
...	... ...	... ...	...	...	1. . . .	*No copy known*	
1526	Paris, by F. Regnault	For J. Gaschet, York	8vo.	P. H.	1. 2. 3. 4.	Brit. Mus. C. 35. b.	L.
...	... ...	... ...	...	...	1. . 3. 4.	Bodl. Gough 59	K.
...	... ...	... ...	...	...	1. 2. 3. 4.	York Minster X. P. 7	E.
...	... ...	... ...	...	...	1. . 3. 4.	York Minster X. P. 25	B.
...	... ...	... ...	...	...	1. 2. 3. 4.	P. B. Davies Cooke, Esq.	C.
...	... ...	... ...	...	P. E.	1. . . .	H. Sherbrooke, Esq.	S.
...	... ...	... ...	...	...	. 2. 3. .	*See P. H.*	
...	... ...	... ...	...	...	. . . 4.	*No copy known*	
1533	Paris, by F. Regnault	For {F. Regnault, Paris, and J. Gaschet, York}	16mo.	P. H.	1. . 3. 4.	Rev. Dr. Gott	G.
...	... ...	... ...	...	...	. 2. . .	*See P. E.*	
...	... ...	... ...	...	P. E.	1. 2. 3. 4.	Brit. Mus. C. 35. a.	N.
(1555)	(Rouen), by ?	For ? ?	8vo.	P. H.	. 1. 3. 4.	H. Sherbrooke, Esq.	S.
...	... ...	... ...	...	...	2. . . .	*No copy known*	
...	... ...	... ...	...	P. E.	. . 3. 4.	H. Sherbrooke, Esq.	S.
...	... ...	... ...	...	...	2. 1. . .	*No copy known*	

Digitized by Google

COMMUNE APOSTOLORUM.

¶ *In vigilia unius apostoli vel plurimorum apostolorum ad vesperas añ.* *Antiphona.*

Vos qui reliquistis omnia : et secuti estis me : centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis. *Psalmi feriales.* *Añ.* Non vos me elegistis : sed ego elegi vos et posui vos ut eatis et fructum afferatis : et fructus vester maneat. *Añ.* Tradent enim vos in consiliis : et in synagogis suis flagellabunt vos : et ante reges et presides ducemini propter me in testimonium illis et gentibus. *Añ.* Beati pacifici beati mundo corde : quoniam ipsi deum videbunt. *Añ.* O gloriosi apostoli : columne ecclesie : veritatis precones : lampades fulgentes : vos igne spiritus sancti fugatis errorum tenebris mundum illuminastis : intercedite pro nobis ad deum qui vos elegit. *Capitulum.*

Non vos me elegistis sed ego elegi vos : et posui vos : ut eatis et fructum afferatis : et fructus vester maneat : dixit Jesus discipulis suis. *Re.* Qui sunt isti qui ut nubes volant : Et quasi columbe ad fenestras suas. ℣ Candidiores nive : nitidiores lacte : rubicundiores ebore antiquo. Et quasi columbe. Gloria. Et quasi. *Hymnus.*

Annue Christe seculorum domine nobis per horum tibi cara merita : ut que te coram graviter deliquimus : horum sol-

vantur gloriosis precibus. *S*alva redemptor plasma tuum nobile signatum sancto vultus tui lumine nec lacerari sinas fraude demonum propter quod[1] mortis exolvisti pretium. *D*ole captivos esse tuos servulos : absolve reos compeditos erige et quos cruore redemisti proprio rex bone tecum fac gaudere perpetim. *S*it tibi Jesu benedicte domine gloria virtus honor et imperium una cum patre sanctoque paraclito cum quibus regnas deus ante secula. amen. ℣ In omnem terram exivit sonus eorum.[2] Et in fines orbis terre verba eorum. *In evangelio añ.* Beati eritis cum vos oderint homines : et cum separaverint vos : et exprobraverint et ejecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis : gaudete et exultate : ecce enim merces vestra multa est in celo. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Concede nobis quesumus omnipotens deus venturam beati apostoli tui N. solennitatem congruo prevenire honore : et venientem digna celebrare devotione. per dominum.

¶ *In vigilia plurimorum apostolorum.* *Oratio.*

Concede quesumus omnipotens deus : ut sicut beatorum[3] apostolorum tuorum N. et N. gloriosa natalitia prevenimus : sic ad tua beneficia promerenda majestatem tuam pro nobis ipsi

[1] pro 'quod' quos : G. [2] '*Re.*' *add:* *E.G.N.* [3] 'beatorum' om. : G.S.

Digitized by Google

preveniant. Per dominum. *Ad matutinas Invi.* Regem apostolorum dominum. Venite adoremus. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Eterna Christi munera apostolorum gloria laudes canentes debitas letis canamus mentibus. *E*cclesiarum principes belli triumphales duces celestis aule milites et vera mundi lumina. *D*evota sanctorum fides invicta spes credentium perfecta Christi charitas mundi triumphat principem. *I*n his paterna gloria in his voluntas filius Exultat in his spiritus celum repletur gaudiis. *T*e nunc redemptor quesumus ut ipsorum consortio jungas precantes servulos in sempiterna secula. amen. *In j. nocturno añ.* In omnem terram exivit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. *ps̄.* Celi enarrant. *Añ.* Clamaverunt justi: et dominus exaudivit eos. *ps̄.* Benedicam. *Añ.* Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. *ps̄.* Eructavit. ℣ In omnem. *primum Re.* Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum dicit dominus. Estote ergo prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe. ℣ Dum lucem habetis credite in lucem: ut filii lucis sitis: dicit dominus. Estote. *ij. Re.* Tollite jugum meum super vos dicit dominus: et discite quia mitis sum et humilis corde. Jugum enim meum suave est: et onus meum leve. ℣ Et invenietis requiem animabus vestris. Jugum. *iij. Re.* Dum steteritis ante reges et presides: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. ℣ Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri: qui loquitur in vobis. Dabitur. *In ij nocturno añ.* Principes populorum congregati sunt cum deo abraam.[1] *ps̄.* Omnes gentes. *Añ.* Dedisti hereditatem timentibus nomen tuum domine. *ps̄.* Exaudi deus deprecationem. *Añ.* Annunciaverunt opera dei: et facta ejus intellexerunt. *ps̄.* Exaudi deus orationem meam cum deprecor. ℣ Constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui domine. *Quartum responsorium.* Vidi conjunctos viros habentes splendidas vestes: et angelus domini locutus est ad me dicens: Isti sunt viri sancti amici dei. ℣ Vidi angelum dei volantem per medium celi voce magna clamantem et dicentem: Isti sunt viri sancti. *v. responsorium.* Isti sunt triumphatores et amici dei: qui contemnentes jussa principum meruerunt premia eterna. Modo coronantur et accipiunt palmam. ℣ Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione: et laverunt stolas suas in sanguine agni. Modo. *vj. Re.* Isti viventes in carne plantaverunt ecclesias sanguine suo: non sunt in[2] terris corpora eorum separata. Quorum merita[3] sunt in celis anime sanctorum coequales. ℣ Sancti per fidem vicerunt regna operati

[1] Abraham: W.E.G.S. [2] pro 'in' de: G. [3] merit

Digitized by Google

sunt justiciam: adepti sunt promissiones. Quorum. Gloria. Quorum. *In iij. nocturno. añ.* Exaltabuntur cornua justi. all'a. *ps̄.* Confitebimur. *Añ.* Lux orta est justo. all'a: rectis corde leticia all'a. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* Custodiebant testimonia ejus et precepta ejus alleluia. *ps̄.* Dominus regnavit irascatur.[1] ℣ Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. *Sec. Johannem.*[2]

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Hec mando vobis ut diligatis invicem. Et reliqua. *Omelia ex commentario beati augustini episcopi.*[3]

Si non venissem inquit dominus et locutus fuissem eis: peccatum non haberent. Nunquid sine peccato erant judei antequam Christus venisset in carne? Quis hoc vel stultissimus dixerit. Hoc est enim[4] peccatum: quod non crediderunt in Christum: qui propterea venit ut credatur in eum. Hoc peccatum si non venisset non utique[5] haberent. *Re.* Isti sunt viri sancti quos elegit dominus in charitate non ficta: et dedit illis gloriam sempiternam. Quorum doctrina fulget ecclesia ut sole luna. ℣ In omnem terram exivit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Quorum. *Lectio viij.*

Adventus quippe ejus quantum credentibus salutaris: tantum non credentibus exitiabilis[6] factus est. Qui me odit inquit dominus: et patrem meum odit. Si interrogarentur judei an diligerent deum: quid se aliud quam diligere responderent? Nec mentientes ex animo: sed errant potius opinantes. *Re.* Fuerunt sine querela ante dominum: et ab invicem non sunt separati. Calicem domini biberunt: et amici dei facti sunt. ℣ Tradiderunt corpora sua propter deum ad supplicia: ideo coronantur et accipiunt palmam. Calicem. *Lectio ix.*

Quomodo autem diligerent patrem veritatis: qui haberent odio veritatem. Tantum igitur oderunt veritatem: quantum oderunt suas penas: quas talibus irrogat veritas. Nesciunt autem illam[7] esse veritatem que[8] tales quales ipsi sunt damnat. *Re.* Cives apostolorum et domestici dei advenerunt hodie. Portantes facem et illuminantes patriam dare pacem gentibus et liberare populum domini. ℣ Audite preces supplicum vite eterne poscentes premia: qui fertis in dextris manipulos justicie: quique gaudentes advenistis hodie. Portantes. Gloria. Portantes. *Alia expositio secundum lucam.*[9]

In illo tempore: Facta est contentio inter discipulos Jesu: quis eorum videretur esse major. Et reliqua. *Sermo ex commentario venerabilis bede presbyteri.* *Lectio vij.*

Certantibus de prioratu discipulis: pius magister eos non

[1] irascantur: W.E.G.S.
[2] '*xv. Lectio vij.*' *add: E.G.N.S.*
[3] '*de eadem lectione*' *add: E.G.*
[4] pro 'enim' autem: G.
[5] utique non: E.G.S.
[6] exitialis: G.
[7] illum: E.G.S.
[8] qui: E.G.S.
[9] *xxij. Lectio vij.: E.G.S.*

Digitized by Google

inite contentionis arguit: sed formam quam sequuntur humilitatis modesta ratione describit. In qua tamen forma obtinenda majores et preceptores id est doctores ecclesie non minima discretione opus habent: ne videlicet regnum[1] gentium instar dominari subjectis: seque ab eis gaudeant supervacuis laudibus attolli: sed ad exemplum regis eterni quasi minores eis quibus regendis presunt efficiantur et ministri. *Lectio viij.*

Nam nimirum necesse est: ut sic bene agentibus per humilitatem[2] sint socii: quatinus[3] contra delinquentium vitium per zelum justicie sint erecti: ut et bonis in nullo se preferant: et cum pravorum culpa exigit: potestatem protinus sui prioratus agnoscant. *Lectio ix.*

Ne enim presidentis animus ad elationem potestatis sue delectatione rapiatur: recte per quendam sapientem dicitur: Ducem[4] te constituerunt: noli extolli; sed esto in illis quasi unus ex illis. Igitur fratres gravius nonnunquam delinquitur: si inter perversos plus equalitas quam disciplina custodiatur.

¶ *Alia expositio secundum Johannem.*[5]

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Hoc est preceptum meum: ut diligatis invicem: sicut dilexi vos. Et reliqua. *Omelia beati gregorii pape.* *Lectio vij.*

Precepta ergo dominica et multa sunt et unum. Multa sunt per diversitatem operis: unum in radice dilectionis. Qualiter autem dilectio ista sit tenenda: ipse insinuat: qui in plerisque scripture[6] sententiis et amicos jubet diligi in se: et inimicos propter se. *Lectio viij.*

Ille veraciter charitatem habet: qui et amicum diligit in deo: et inimicum propter deum. Nam sunt nonnulli qui diligunt proximos: sed per affectum cognationis et carnis: quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt. Sed aliud est quod sponte impenditur nature: aliud quod preceptis dominicis ex charitate debetur obedientie.

Hi nimirum et proximum diligunt: et tamen illa sublimia dilectionis premia non assequuntur. [*Lec. ix.* Quia amorem suum non spiritualiter sed carnaliter impendunt. Proinde cum dominus diceret: hoc est preceptum meum: ut diligatis invicem: protinus addidit: sicut dilexi vos. Ac si aperte dicat: Ad hoc amate: ad quod amavi vos. *ps̄.* Te Deum. ℣ Annunciaverunt opera dei. Et facta ejus intellexerunt.

¶ *In laudibus añ.*

Hoc est preceptum meum: ut diligatis invicem sicut dilexi vos. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Majorem charitatem nemo habet: ut animam suam ponat quis pro amicis suis. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Vos amici mei estis: si feceritis que precipio vobis: dicit dominus. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. *ps̄.*

[1] regum: G. [2] humanitatem: E. [3] quatenus: W.E.G.S.
[4] Dulcem: W. [5] *xv. add: E.G.S.* [6] 'sue' add: E.G.

Digitized by Google

Benedicite. *Añ.* In patientia vestra possidebitis animas vestras. *ps̄.* Laudate. *Capitulum.* Per manus apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe. Deo gratias. *Hymnus.* Exultet celum laudibus resultet terra gaudiis apostolorum gloria sacra canunt solennia. *V*os secli justi judices et vera mundi lumina votis precamur cordium audite preces supplicum. *Q*ui celum verbo clauditis serasque ejus solvitis. nos a peccatis omnibus solvite jussu quesumus. *Q*uorum precepto subditur salus et languor omnium sanate egros moribus nos reddentes virtutibus. *U*t cum judex advenerit Christus in fine seculi nos sempiterni gaudii faciat esse compotes. *D*eopatri. ℣ Dedisti hereditatem.[1] Timentibus nomen tuum domine. *In evangelio añ.* Estote fortes in bello: et pugnate cum antiquo serpente: et accipietis regnum eternum. alleluia. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Quesumus omnipotens deus: ut beatus N. apostolus tuus pro nobis imploret auxilium: ut a nostris reatibus absoluti: a cunctis etiam periculis eruamur. per dominum.

Plurimorum apostolorum oratio. Deus qui nos annua apostolorum tuorum N. et N. solennitate letificas: presta quesumus: ut quorum gaudemus meritis: instruamur exemplis. per dominum.

¶ *Ad primam. Añ.* Hoc est preceptum. *ps̄.* Deus in nomine tuo. *Añ.* Gratias. *ps̄.* Quicunque vult. *et cetera que ad primam pertinent. Ad tertiam añ.* Majorem. *ps̄.* Legem pone. *Capitulum.* Non vos. *Re.* In omnem terram exivit sonus eorum. ℣ Et in fines orbis terre verba eorum. Gloria patri. In omnem. ℣ Constitues eos. *Oratio ut supra vel propria. Ad sextam añ.* Vos amici. *ps̄.* Defecit. Jam non estis [*Capitulum.* hospites et advene: sed estis cives sanctorum: et domestici dei superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum. *Re.* Constitues eos principes super omnem terram. ℣ Memores erunt nominis tui domine. Gloria. Constitues. ℣ Nimis honorati. *Oratio ut supra vel propria. Ad nonam añ.* In patientia. *ps̄.* Mirabilia. *Capitulum.* Per manus. *Re.* Nimis honorati sunt amici tui deus. ℣ Nimis confortatus est principatus eorum. Gloria. Nimis honorati. ℣ Dedisti hereditatem. *Oratio ut supra vel propria. Ad vesperas añ.* Juravit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum. *ps̄.* Dixit dominus. *Añ.* Collocet eum dominus cum principibus populi sui. *ps̄.* Laudate pueri. *Añ.* Dirupisti domine vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. *ps̄.* Credidi propter. *Añ.* Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. *ps̄.* In convertendo. *Añ.* Confortatus est principatus eorum: et honorati sunt amici tui deus. *ps̄.* Domine probasti. *Capitulum.* Per manus. *Si duplex fuerit: Re.* Cives apostolorum. *Hymnus.* Exultet celum. ℣ In omnem terram. *In*

[1] '*Re.*' *add: G.*

Digitized by Google

evangelio añ. In regeneratione cum sederit filius hominis in sede majestatis sue: sedebitis et vos judicantes duodecim tribus israel: dicit dominus. *ps̄.* Magnificat. *Oratio ut supra vel propria.*

¶ *In natali evangelistarum ad vesperas añ.* Vos qui reliquistis. *Añ.* Non vos. *Añ.* Tradent enim. *Añ.* Beati pacifici. *Añ.* Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum dicit dominus: estote prudentes sicut serpentes: et simplices sicut columbe. *Psalmi feriales.* *Capitulum.*

Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi: propter quod dicit: ascendens in altum captivam duxit captivitatem dedit dona hominibus. *Re.* Quattuor animalia. *Hymnus.* Annue Christe. ℣ In omnem. *In evangelio añ.* Ecce ego johannes vidi ostium apertum in celo: et ecce sedes posita erat in eo: et in medio sedis et in circuitu ejus quattuor animalia plena oculis ante et retro: et dabant gloriam et honorem et benedictionem sedenti super thronum viventi in secula seculorum. *ps̄.* Magnificat. *Oratio propria.*

¶ *Ad matutinas Invitatorium.* Regem evangelistarum dominum: Venite adoremus. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Eterna Christi. *In j. nocturno añ.* Convocatis Jesus duodecim apostolis misit illos predicare regnum dei: egressi autem evangelisabant et curabant ubique. *ps̄.* Celi enarrant. *Añ.* Mittens dominus et alios ad predicandum dicebat illis: messis quidem multa: operarii pauci. *ps̄.* Benedicam. *añ.* Jesu Christi domini gratia credentibus populis doctores et evangeliste sunt in ministerium fidei missi. *ps̄.* Eructavit. ℣ In omnem. *Primum Re.* In visione dei vidi: et ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone: nubesque magna et ignis involvens splendorque in circuitu ejus. Et ex medio eorum similitudo quattuor animalium: et aspectus hominis erat in eis. ℣ De medio autem eorum quasi species electri: hoc est de medio ignis. Et ex medio. *ij. Rē.* Quattuor facies uni erant: et quattuor penne uni: pedes eorum pedes recti: planta pedis eorum ut vituli. Et scintille quasi aspectus eris candentis. ℣ Sub pennis eorum manus hominis in quattuor partibus. Et. *iij. Re.* Similitudo vultus animalium facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quattuor: facies vero vituli atque aquile a sinistris ipsorum quattuor. Et facies et penne extente desuper erant. ℣ Due penne singulorum jungebantur: et due tegebant eorum corpora. Et Gloria. Et. *In secundo nocturno añ.* Sapientia domini evangelii eruperunt abyssi: et annunciantes fecundati rore celesti mundo intonant. *ps̄.* Omnes gentes. *Añ.* Labia eorum salutarem disseminaverunt scientiam: opus sanctum dignum benedictione plenum fecerunt ministerium sibi traditum devote impleverunt. *ps̄.* Exaudi deus deprecationem. *Añ.* Elegit eos ex omni carne: et dedit illis precepta et legem vite et

Digitized by Google

discipline. *ps̄.* Exaudi deus orationem meam *cum versiculo.* ℣ Constitues eos. *iiij. Re.* Facies et pennas per quattuor partes habebant. Incedentes vero non revertebantur: sed unumquodque ibat ante faciem suam. ℣ Pedes eorum pedes recti: planta pedis ut planta vituli. Incedentes. *v. Re.* Similitudo aspectus animalium ut carbonum ignis ardentium: et velut aspectus lampadarum. Ubi erat spiritus impetus: illuc gradiebantur cum ambularent. ℣ Et unumquodque eorum ibat coram facie sua. Ubi. *vj. Re.* Quattuor animalia ibant et revertebantur in similitudinem fulguris choruscantis: et erat in medio splendor ignis. Et de igne fulgur egrediens. ℣ Erat autem quasi visio discurrens in medio quattuor animalium. Et. Gloria. Et. *In iij. nocturno an̄.* Electi sunt in Christo ante mundi constitutionem: ut essent sancti et immaculati in conspectu dei in charitate. *ps̄.* Confitebimur. *An̄.* Sapientiam eorum narrabunt omnes populi: et laudem eorum pronunciat omnis ecclesia sanctorum. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *An̄.* Sapientiam antiquorum exquisierunt sancti evangeliste: et prophetarum dictis[1] narrationem suam confirmaverunt. *ps̄.* Dominus regnavit irascantur. ℣ Nimis honorati. *Secundum lucam.*[2]

In illo tempore: Designavit dominus Jesus[3] alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum: quo erat ipse venturus. Et reliqua. *Omelia beati gregorii pape.*[4] *Lec. vij.*

Dominus Jesus Christus fratres carissimi aliquando nos sermonibus: aliquando vero operibus ammonet. Ipsa etenim facta: ejus sunt precepta: quia dum aliquid tacitus facit quid agere debeamus innotescit. Ecce enim binos ad predicandum discipulos mittit. Quia enim duo sunt precepta charitatis: dei videlicet amor et proximi: et minus quam inter duos haberi charitas non potest. *Re.* Cum aspicerem animalia: apparuit rota una juxta ea quattuor habens facies. Et una similitudo ipsarum quattuor. ℣ Aspectus eorum et opus erat quasi visio maris. Et. *Lectio viij.*

Nemo enim proprie ad semetipsum habere charitatem dicitur: sed dilectio se in alterum tendit. Ut esse charitas possit: binos ad predicandum dominus discipulos mittit. Quatinus hoc in[5] nobis tacitus innuat: quia qui[6] charitatem erga alterum non habet: predicationis officium suscipere nullatenus debet. *Re.* Statura erat rotarum et altitudo horribilis: totumque corpus plenum oculis. Et aspectus earum et opera velut si sit rota in medio rote. ℣ Per quattuor partes euntes ibant: et non revertebantur cum ambularent. Et aspectus earum.

Bene autem dicitur [*Lectio ix.* quia misit eos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus.

[1] dicitis. S. [2] '*x. Lectio vij.*': *add: G. S.* [3] 'et' add: E.G.S.
[4] '*de eadem lectione*' *add: G.* [5] 'in' om.: G. [6] 'qui' om.: S.

Digitized by Google

Predicatores enim suos dominus sequitur: quia predicatio prevenit. Et tunc ad habitaculum mentis nostre dominus veniet[1]: quando verba exhortationis precurrunt: atque per hec veritas in mente suscipitur. *Re.* Cum ambularent animalia: ambulabant et rote juxta ea. Quocunque ibat spiritus: illuc pariter et rote elevabantur sequentes eum. ℣ Cum elevarentur animalia de terra: elevabantur et rote juxta ea. Quocunque. Gloria. Quocunque. *ps̄.* Te Deum. ℣ Annunciaverunt. *In laudibus añ.* Dilecti deo et hominibus sancti evangeliste: qui ordinaverunt tempora Christi bono odore usque ad consummationem vite. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Dederunt in celebratione operis sancti decus: ideo memoria eorum est in benedictione in seculum seculi. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Implevit eos dominus spiritu sapientie et intellectus: jocunditatem et exultationem thesaurisavit super eos. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Ex omni corde laudaverunt nomen sanctum domini: ut amplificarent nomen sanctitatis. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Datum est opus eorum in veritate: ideo in terra sua duplicia possidebunt: et leticia sempiterna erit eis in Christo. *ps̄.* Laudate. *Capitulum.* Unicuique. *Hymnus* Exultet. ℣ Dedisti hereditatem. *In evangelio añ.* In medio et in circuitu sedis dei quattuor animalia senas alas habentia: oculis undique plena: non cessant die ac nocte dicere sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens: qui erat: et qui est: et qui venturus est. *ps̄.* Benedictus. *Oratio propria. Ad primam añ.* Dilecti. *ps̄.* Deus in nomine. *Añ.* Gratias. *ps̄.* Quicunque *etc.* *Ad tertiam añ.* Dederunt. *ps̄.* Legem pone. *Capitulum.* Unicuique. *Re.* In omnem terram. *Oratio ut supra.* *Ad sextam añ.* Implevit. *ps̄.* Defecit. *Capitulum.*

Christus dedit quosdam quidem apostolos: quosdam autem prophetas alios vero evangelistas: alios autem pastores et doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerii in edificationem corporis Christi. *Re.* Constitues. *Oratio ut supra.* ¶ *Ad nonam añ.* Datum est. *ps̄.* Mirabilia. *Capitulum.*

Sapientiam antiquorum exquisierunt sancti evangeliste et prophetarum dictis narrationem suam confirmaverunt. *Re.* Nimis honorati. *Oratio ut supra.*

¶ *Ad vesperas añ.* Dilecti. *ps.* Dixit dominus. *Añ.* Dederunt. *ps̄.* Laudate pueri. *Añ.* Implevit. *ps̄.* Credidi propter. *Añ.* Ex omni. *ps̄.* In convertendo. *Añ.* Datum est. *ps̄.* Domine probasti. *Capitulum.* Sapientiam antiquorum. *Re.* Cum ambularent. *Hymnus.* Exultet celum. ℣ In omnem terram. *In evangelio añ.* Tua sunt hec Christe opera qui sanctos tuos ita glorificas ut etiam dignitatis gratiam in eis future preire miraculis facias: tu insignes evangelii predicatores

[1] venit ∴ G.

Digitized by Google

animalium celestium admirabili figura[1] presignasti hiis nanque celeste munus collatum gloriosis indiciis es dignatus ostendere: hinc laus hinc gloria tibi resonet in secula. *ps̄.* Magnificat. *Oratio propria. Et sciendum quod in nullo festo facto evangeliste mutatur hoc nomen Apostolorum in prefatione seu in hymnis* Eterna Christi munera, *et* Exultet celum.

¶ *In nataliciis unius martyris. Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Si duplex fuerit: dicantur ille*[2] *antiphone super psalmos feriales. An̄.* Beatus vir qui suffert tentationem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite quam repromisit deus diligentibus se. *An̄.* Hic est vir qui non est derelictus a domino in die certaminis quia fideliter vicit in mandatis domini all'a. *An̄.* Hic vir despiciens mundum et terrena triumphans divitias celo condidit ore manu. *An̄.* Beatus vir qui inventus est sine macula qui post aurum non abiit nec speravit in thesauris pecunie: quis est hic et laudabimus eum: fecit enim mirabilia in vita sua. *An̄.* Qui odit animam suam in hoc mundo in vitam eternam custodit eam. *Capitulum.*

Beatus vir qui suffert tentationem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vite quam repromisit deus diligentibus se. *Re.* Miles Christi gloriose N. sanctissime. Tuo pio interventu Culpas nostras ablue. ℣ Ut celestis regni sedem valeamus scandere. Tuo. Gloria. Culpas. *hymnus.*

Deus tuorum militum sors et corona premium laudes canentes martyris absolve nexu criminis. *H*ic nempe mundi gaudia, et blandimenta noxia caduca rite deputans pervenit ad celestia. *P*enas cucurrit fortiter et sustulit viriliter pro te effundens sanguinem eterna dona possidet. *O*b hoc precatu supplici te poscimus piissime in hoc triumpho martyris dimitte noxam criminis. *L*aus et perhennis.[3] ℣ Gloria et honore coronasti eum domine.[4] Et constituisti eum super opera manuum tuarum. *In evangelio an̄.* Hic est vere martyr qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit qui minas judicum non timuit nec terrene dignitatis gloriam quesivit sed ad celestia regna feliciter pervenit. *ps̄.* Magnificat. *Alia antiphona que non dicitur nisi in festis ad que specialiter intitulatur. An̄.* Beatus vir qui inventus. *ut supra. Oratio.*

Presta quesumus omnipotens deus: ut qui beati N. martyris tui natalicia colimus: intercessione ejus in tui nominis amore roboremur. Per dominum.

¶ *Ad matu. Invita.* Justus florebit in domo domini plantatus. Gaudeamus et exultemus in hac sacra solennitate. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Deus tuorum. *In j. nocturno an̄.* In lege domini fuit voluntas ejus die ac nocte. *ps̄.* Beatus vir. *An̄.* Predicans preceptum domini constitutus est in monte sancto ejus. *ps̄.* Quare fremuerunt. *An̄.* Voce mea ad

[1] pro 'figura' fulgura : W.
[2] *iste: E.G.*
[3] '*Re.*' *add: G.*
[4] '*etc.*' *add: G.*

Digitized by Google

dominum clamavi et exaudivit me de monte sancto suo. *ps̄.* Domine quid multiplicati. ℣ Gloria et honore. *Lectio j.*

Gloriosi igitur martyris Christi N. celebrantes festivitatem: venerari debemus patientie ipsius sanctitatem: qui quoniam Christi firmatus erat munimine: superari non potuit in certamine. Corpus vero suum tradidit carnificibus: animam suam Jesu commisit manibus. *Re.* Iste sanctus pro lege dei sui certavit usque ad mortem et a verbis impiorum non timuit. Fundatus enim erat supra firmam petram. ℣ Munimine regio septus nullatenus est ab adversariis superatus.[1] *Lectio ij.*

Dies hodiernus angelico decore nitens effulsit quem sancti N. martyris corona vestivit: cujus[2] festivitas veneranda hodie illuxit: quia exultans cunctos vicit hostes: et ad regna promissa sibi properat. *Re.* Desiderium anime ejus tribuisti ei domine. Et voluntatem labiorum ejus non fraudasti eum. ℣ Posuisti in capite ejus coronam de lapide precioso. Et voluntatem. *Lectio iij.*

Ibat nanque sanctus iste martyr N. per angustias atque pressuras: projiciens in terra artus fragiles accepturus a domino eterne remunerationis flores: quia justus ut palma florebit. Nescit enim unquam in sanctis florentibus decor ille marcorem: cui dominus tanquam perhennis fluvius continuos latices et refrigeria larga ministrat. *Re.* Justus germinabit sicut lilium. Et florebit in eternum ante dominum. ℣ Plantatus in domo domini in atriis domus dei nostri. Et florebit. Gloria. Et florebit.

¶ *In ij. nocturno an̄.* Filii hominum scitote quoniam dominus sanctum suum mirificavit. *ps̄.* Cum invocarem. *An̄.* Scuto bone voluntatis[3] coronasti eum domine. *ps̄.* Verba mea. *An̄a.* In universa terra gloria et honore coronasti eum. *ps̄.* Domine dominus noster. ℣ Posuisti domine super caput ejus. Coronam de lapide precioso. *Lectio iiij.*

Almus dei martyr N. cujus certaminis laudes proferimus: intrepidus hausit calicem passionis in terris: ut convivii eterni gaudio reficeretur in celis. Brevi quidem pro labore: eterno ditatur honore. *Re.* Iste cognovit justiciam et vidit mirabilia magna et exoravit altissimum. Et inventus est in numero sanctorum. ℣ Iste est qui contempsit vitam mundi et pervenit ad celestia regna. Et inventus est. *Lectio v.*

Sanctus martyr iste N. corporis amando vulnera ad eterna victor pervenit munera. Fortis permansit in certamine: et ecce in celesti letatur culmine. Et qui in mundo contemnebatur[4] nunc in celo sublimatur. *Re.* Domine prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Posuisti in capite ejus coronam de lapide precioso. ℣ Vitam petiit a te et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Posuisti. *Lectio vj*

[1] 'Fundatus' add: G.
[2] Cujus: G.
[3] 'tue' add: W.E.G.
[4] *contennebatur: E.*

Digitized by Google

Erat enim martyr iste N. seculi contemptor: dei amator: fide plenus: vitiis vacuus: mente dives: corpore pauper: moribus humilis: actu venerabilis. Habet quod gestivit: tenet quod dilexit. *Re.* Vir inclitus N. martyr dei preciosus succensus igne divini amoris constanter sustinuit supplicia passionis. Et per immanitatem tormentorum pervenit ad societatem angelorum. ℣ Cujus intercessio nobis obtineat veniam qui per tormenta passionis eternam meruit palmam et sempiternam coronam. Et per. Gloria patri. Et per immanitatem. *In iij. nocturno añ.* Justus dominus et justicias dilexit equitatem vidit vultus ejus. *ps̄.* In domino confido. *Añ.* Habitabit in tabernaculo tuo requiescet in monte sancto tuo. *ps̄.* Domine quis habitabit. *Añ.* Posuisti domine super caput ejus coronam de lapide precioso. *ps̄.* Domine in virtute. ℣ Magna est gloria ejus in salutari tuo. Gloriam et magnum decorem impones super eum. *Secundum johannem.*[1]

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit: multum fructum affert. Et reliqua. *Omelia beati hieronymi presbyteri.*

Solennem sancti [*Lectio vij.* martyris celebrantes tropheum: qui dum in granario passionis contritus est: sicut granum frumenti panis eterni meruit dulcedine refici: debemus libenter audire verba veritatis: debemus etiam[2] subsequi vestigia martyris pro Christo certantis. *Re.* Stola jocunditatis induit eum dominus. Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. ℣ Cibavit illum pane vite et intellectus: et aqua sapientie salutaris potavit illum. Et.

Granum frumenti [*Lectio viij.* quod in terram cadens mortuum fuit: Christus sine dubio intelligitur. Quia nisi unus pro omnibus moreretur: mundus adhuc morte eterna premeretur. Pulchre enim[3] dominus Jesus Christus se grano frumenti comparavit: qui et angelos in celo pascit: et hominem in terra nutrit: atque omne animal sua replet benedictione. *Re.* Beatus vir N. qui post aurum non abiit: nec speravit in thesauris pecunie. Fecit enim mirabilia in vita sua. ℣ Qui potuit transgredi et non est transgressus: et facere mala et non fecit. Fecit.

Ipse etiam est granum [*Lec. ix.* quod dum solum mortuum fuerit: non solum multum fructum attulit: sed etiam totum mundum spiritali messe replevit. Hoc ergo granum: suis locutus est discipulis dicens. Qui amat animam suam: perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. *Re.* Miles Christi. *Aliud secundum lucam.*[4]

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Si quis vult post me venire: abneget semetipsum et tollat crucem suam et

[1] '*xij.*' *add: E.G.S.*
[2] pro 'etiam' esse: S.
[3] pro 'enim' autem: G.N.
[4] *matheum xvj.: W.G.S.*

Digitized by Google

sequatur me. Et reliqua. *Omelia beati gregorii pape. Lec. vij.*

Quia dominus ac redemptor noster novus homo venit in mundum: nova precepta edidit mundo. Nam sicut arte medicine calida frigidis frigida calidis curantur: ita dominus noster contraria opposuit medicamenta peccatis: ut lubricis continentiam: tenacibus largitatem: iracundis mansuetudinem: elatis preciperet humilitatem.

Quid vero fratres [*Lectio viij.* in hac lectione dominus dicat: audiamus. Qui vult post me venire: abneget semetipsum. Fortasse laboriosum non est homini relinquere sua: sed valde laboriosum est relinquere semetipsum. Minus quippe est abnegare quod habet: valde enim[1] multum est abnegare quod est.

Nudi ergo cum nudo [*Lec. ix.* luctari debemus. Nam si vestitus quisque cum nudo luctatur: citius ad terram dejicitur: quia habet unde teneatur. Quid enim[2] sunt terrena omnia nisi quedam corporis indumenta. Qui ergo contra diabolum ad certamen properat: vestimenta abjiciat ne succumbat. Nihil in hoc mundo amando possideat: ne unde ad votum tegitur: ad casum inde teneatur.

Aliud secundum matheum.[3]

In illo tempore: Dixit Jhesus discipulis suis: Nihil opertum quod non reveletur neque absconditum quod non sciatur. Et reliqua.

Omelia beati hieronymi presbyteri. Lectio vij.

Quomodo ergo fratres in presenti seculo multorum diu latet hypocrisis: ergo de futuro tempore intelligendum est quando judicabit dominus occulta hominum. Nam sicut unus amicorum beati job verissime dixit. Laus impiorum brevis est: et gaudium hypocrite ad instar peruncti.[4] *Lectio viij.*

Si ascenderit ad celum superbia ejus: et caput ejus nubes tetigerit: quasi sterquilinium in fine perdetur. In fine inquit perdetur: qui in principio florere videbatur. Et est sensus. Attendite ne emulemini simulatores: quia veniet profecto tempus in quo vestra virtus omnibus: et eorum reveletur hypocrisis. *Lectio ix.*

Sequitur. Quoniam qui[5] in tenebris dixistis: in lumine dicentur: id est que inter tenebras quondam pressurarum carcerumque umbras vel locuti vel passi sunt apostoli: nunc[6] clarificata per orbem[7] ecclesia: lectis eorum actibus publice predicantur.[8] *ps̄.* Te deum. ℣ Posuisti domine.

In laudibus. antiphona.

Qui me confessus fuerit coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen vite dicit dominus. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Qui mihi ministrat me sequatur:

[1] pro 'enim' autem: G.
[2] pro 'enim' autem: G.N.
[3] '*x.*' *add: E.G.S.*
[4] puncti: E.
[5] 'qui' om.: S.
[6] non: W.G.
[7] 'in' add: E.
[8] predicentur: E.

Digitized by Google

et ubi ego sum illic erit et minister[1] meus. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Si quis mihi ministraverit honorificabit eum pater meus qui est in celis dicit dominus. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Volo pater ut ubi ego sum illic sit et minister meus. *ps̄.* Laudate.

Iste sanctus pro [*Capitulum.*[2] lege[3] dei sui certavit usque ad mortem et a verbis impiorum non timuit fundatus enim erat super[4] firmam petram. *Hymnus.*

Martyr dei qui unicum patris sequendo filium victis triumphans hostibus victor fruens celestibus. *T*ui precatus munere nostrum reatum dilue arcens mali contagium vite removens tedium. *S*oluta sunt jam vincula tui sacrati corporis nos solve vinclis seculi amore filii dei. *D*eo patri. ℣ Justus ut palma florebit. Sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. *In evangelio an̄.* Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit ipsum solum manet. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Presta quesumus. *Ad primam an̄.* Qui me confessus. *ps̄.* Deus in nomine tuo. *An̄.* Gratias. *ps̄.* Quicunque *et cetera.* *Ad tertiam an̄.* Qui sequitur. *ps̄.* Legem pone. *Capitulum.* Beatus vir qui suffert. *Re.* Gloria et honore. Coronasti eum domine. ℣ Et constituisti eum super opera manuum tuarum. Coronasti. Gloria patri. Gloria et honore. ℣ Posuisti domine. *Oratio ut supra.* ¶ *Ad sextam an̄.* Qui mihi. *ps̄.* Defecit. *Capitulum.*

Beatus vir qui in sapientia morabitur: et qui in justicia[5] meditabitur et in sensu cogitabit circunspectionem dei. *Re.* Posuisti domine Super caput ejus. ℣ Coronam de lapide precioso. Super Gloria. Posuisti. ℣ Magna est. *Oratio ut supra.*

¶ *Ad nonam an̄.* Volo pater. *ps̄.* Mirabilia. *Capitulum.* Iste sanctus. *Re.* Magna est gloria ejus. In salutari tuo. ℣ Gloriam et magnum decorem impones super eum. In salutari. Gloria. Magna est. ℣ Justus ut palma. *Oratio ut supra.*

¶ *Ad vesperas an̄.* Qui me confessus. *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus.* *Capitulum.* Iste sanctus. *Si duplex fuerit.* *Re.* Vir inclytus. *Hymnus.* Martyr dei. ℣ Gloria et honore. *In evangelio an̄.* Iste sanctus pro lege dei sui certavit usque ad mortem et a verbis impiorum non timuit fundatus enim erat supra firmam petram. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Presta quesumus.

¶ *In festo iij. lectionum unius martyris Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Capitulum.* Beatus vir qui suffert. *Resp. non dicitur.* *Hymnus.* Deus tuorum. ℣ Gloria et honore. *In evangelio an̄.* Hic est vere. *vel an̄.* Beatus vir qui inventus *si contigerit.* *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Presta quesumus omnipotens deus. *vel propria si habeatur.* *Ad matutinas. Invita.* Regem martyrum dominum. Venite adoremus. *ps̄.* Venite.

[1] pro 'minister' ministret: W.
[2] '*matheum xvj.*' *add: E.*
[3] 'lege' om.: S.
[4] pro 'super' supra: W.S.
[5] 'morab. et qui in just.' om.: E G.S.

Digitized by Google

Hymnus. Deus tuorum. *In nocturno una antiphona: super ix. psalmos videlicet añ.* In lege. *ps̄.* Beatus vir. *et ceteri psalmi unius martyris.* ℣ Gloria et honore. *iij. lectiones. Lectio i.* Gloriosi igitur martyris. *et cetera ut supra. Responsoria de prima et secunda turba alternatim sumpta si plura festa unius*[1] *martyris in septimana contigerit*[2]*: quia tertia turba Responsoriorum non dicetur in festo trium lectionum. ps̄.* Te Deum *non dicatur.* ℣ Posuisti domine. ¶ *In laudibus añ.* Qui me confessus. *ps̄.* Dominus regnavit. *et ceteri psalmi sub hac antiphona. Capitulum.* Iste sanctus. *Hymnus.* Martyr dei. ℣ Justus ut palma. *In evangelio añ.* Nisi granum. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Presta quesumus. ¶ *Ad primam añ.* Qui sequitur. *ps̄.* Deus in nomine tuo. *et cetera.* ¶ *Ad tertiam et ad alias horas cetere antiphone de laudibus. Capitulum Re. et oratio ut supra unius martyris.*[3] ¶ *Et sciendum quod quotienscunque dicitur tantum prima antiphona de laudibus super omnes psalmos totiens dicitur secunda antiphona de laudibus super psalmos. ad primam et tertia antiphona ad tertiam. et quarta ad sextam et quinta ad nonam.*

¶ *In natali plurimorum martyrum. Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Si duplex fuerit dicantur iste antiphone super psalmos feriales. antiphona.*

Isti sunt sancti qui pro dei amore minas hominum contempserunt sancti martyres in regnum eternum exultent cum angelis o quam preciosa est mors sanctorum qui assidue assistunt ante dominum et ab invicem non sunt separati. *Añ.* Tradiderunt corpora sua ad supplicia ut heredes fierent in domo domini. *Añ.* Si coram hominibus tormenta passi sunt spes electorum est immortalis in eternum. *Añ.* Ecce merces sanctorum copiosa est apud deum ipsi vero mortui sunt pro Christo et vivunt in eternum. *Añ.* Dabo sanctis meis locum nominatum in regno patris mei dicit dominus. *Capitulum.*

Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt justiciam: adepti sunt repromissiones: in Christo Jesu domino nostro. *Re.* Justorum anime in manu dei sunt. Et non tanget illos tormentum malicie. ℣ Visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace. Et non. Gloria. Et non. *Hym.*

Sanctorum meritis inclyta gaudia pangamus socii gestaque fortia nam[4] gliscit animus promere cantibus victorum genus optimum. *H*ii sunt quos retinens mundus inhorruit ipsum nam sterili flore peraridum sprevere penitus teque secuti sunt rex Christe bone celitus. *H*ii pro te furias atque ferocia calcarunt hominum sevaque verbera cessit hiis lacerans fortiter ungula nec carpsit penetralia. *C*eduntur gladiis more bidentium non murmur resonat non querimonia sed corde tacito mens bene

[1] '*quam plurimorum martyrum*' *add: W.G.*
[2] *contigerint: W.G.*
[3] '*novem lectionum*' *add: G.*
[4] pro 'nam' non: E.

Digitized by Google

conscia consecrat[1] patientiam. *Q*ue vox que poterit lingua retexere que tu martyribus munera preparas rubri nam fluvido[2] sanguine laureis ditantur bene fulgidis. *T*e summa deitas unaque poscimus ut culpas abluas noxia subtrahas des pacem famulis nos quoque gloriam per cuncta tibi secula. amen. ℣ Exultent justi in conspectu dei. Et delectentur in leticia. *In evan. añ.* Gaudent in celis anime sanctorum qui Christi vestigia sunt secuti: et quia pro[3] ejus amore sanguinem suum fuderunt ideo cum Christo regnabunt in eternum. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum N. et N. natalicia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere per dominum. ¶ *Ad matutinas Invitatorium.* Gaudete et exultate Quia nomina vestra scripta sunt in celis. *ps̄.* Venite exultemus. *Hymnus.*

Eterna Christi munera et martyrum victorias laudes canentes debitas letis canamus mentibus. Terrore victo seculi penisque spretis corporis mortis sacre compendio.[4] vitam beatam possident. *T*raduntur igni martyres et bestiarum dentibus armata sevit ungulis tortoris insani manus. *N*udata pendent viscera sanguis sacratus funditur sed permanent immobiles vite perhennis gratia. *T*e nunc redemptor quesumus ut martyrum consortio jungas precantes servulos in sempiterna secula.[5] *In j. nocturno añ.* Secus decursus aquarum plantabis[6] vineam justorum sed in lege domini fuit voluntas eorum. *ps̄.* Beatus vir. *Añ.* Predicantes preceptum domini constituti sunt in monte sancto ejus. *ps̄.* Quare fremuerunt. *Añ.* Filii hominum scitote: quia dominus sanctos suos mirificavit. *ps̄.* Cum invocarem. ℣ Exultent justi. *Lectio prima.*

Beati martyres Christi *N.* et *N.* quorum festa celebramus: quia contra fidei inimicos viriliter pugnaverunt: feliciter ad coronas pervenerunt: Qui ergo tam intrepidi ad certamen accesserunt: sicut ab amore mundi recesserunt: ita ad amorem dei accesserunt. *Re.* Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum et jam non erit amplius neque luctus neque clamor sed nec ullus dolor. Quoniam priora transierunt. ℣ Non esurient neque sitient amplius et non cadet super illos sol neque ullus estus. Quoniam priora. *Lectio ij.*

Ecce enim sancti martyres inter sanctos exultant: angelos: quia libenter tormenta pertulerunt inter pessimos. Et gloriosa portant lucis diademata: quia pro Christo certamina sustinuerunt immania. *Re.* Viri sancti gloriosum sanguinem fuderunt pro domino amaverunt Christum in vita sua imitati sunt eum in morte sua. Et ideo coronas triumphales meruerunt. ℣ Unus spiritus et una fides erat in eis. Et ideo. *Lectio iij.*

Quotienscunque fratres charissimi sanctorum martyrum solennia celebramus: ita ipsis

[1] conservat: W.E.G.S.
[2] fluido: W.E.G.S.
[3] 'pro' add: S.
[4] compendo: W.
[5] 'amen.' add: E.G.
[6] plantavit: E.

Digitized by Google

intercedentibus expectemus[1] a domino beneficia: ut ipsos martyres imitando contemnamus temporalia: ut accipere mereamur celestia. *Re.* Justorum anime. *ut supra in primis vesperis. In secundo nocturno an̄.* Scuto bone voluntatis tue coronasti eos domine. *ps̄.* Verba mea. *An̄.* In universa terra gloria et honore coronasti eos. *ps̄.* Domine dominus noster. *An̄.* Sanctis qui sunt in terra ejus mirificavit omnes voluntates meas inter illos. *ps̄.* Conserva me. ℣ Letamini in domino et exultate justi. Et gloriamini omnes recti corde.

Lectio iiij.

Ab ipsis itaque sanctorum martyrum in veritate festivitatis gaudia celebrantur: qui ipsorum exempla sequuntur. Solennitates ergo illorum exhortationes sunt martyriorum. Atque ideo imitari non pigeat: quod celebrare delectat. *Re.* Tradiderunt corpora sua propter deum ad supplicia. Et meruerunt habere coronas perpetuas. ℣ Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione et laverunt stolas suas in sanguine agni. Et.

Lectio v.

Sanctorum solennia martyrum idcirco celebrare sanxit ecclesia: quia quemadmodum Christus post mirabilem passionis et resurrectionis sue dispositionem in paternam consedit dextera[2] sic et martyres post agones suos in celestem recepti sunt gloriam. *Re.* Sancti tui domine mirabile consecuti sunt iter: servientes preceptis tuis: ut invenirentur illesi in aquis validis. Terra apparuit arida: et in mari rubro via[3] sine impedimento. ℣ Victricem manum tuam laudaverunt pariter et decantaverunt domine nomen sanctum tuum. Terra.

Lectio vj.

Sancti quidem martyres verberabantur[4] fustibus: alii virgis: flagrisque alii: nonnulli loris astricti vel funibus appensi: junctisque manibus alii appendebantur: et trocleis distenti membratim divellebantur. *Re.* Justi in perpetuum vivent: et apud dominum est merces eorum. Et cogitatio eorum apud altissimum. ℣ Ideo accipient regnum decoris et diadema speciei de manu domini. Et. Gloria laus et honor decus potestas et jubilatio patri et nato et spiritui sancto. Et. *In iij nocturno. an̄.* Hec est generatio querentium dominum: querentium faciem dei jacob. *ps̄.* Domini est terra. *An̄.* Letamini in domino et exultate justi: et gloriamini omnes recti corde. *ps̄.* Beati quorum. *An̄.* Isti sunt sancti qui pro testamento dei sua corpora tradiderunt: et in sanguine agni laverunt stolas suas. *ps̄.* Deus venerunt. ℣ Justorum anime in manu dei sunt. Et non tanget illos tormentum malicie.

Secundum lucam.[5]

In illo tempore. Descendens Jesus de monte: stetit in loco campestri: et turba discipulorum ejus cum eo. Et reliqua. *Sermo ex commentario venerabilis bede presbyteri.*

Lectio vij.

Electurus apostolos dominus in montana subiit: turbas vero docturus ad campestria rediit quia non nisi in humili

[1] expectamus: W. [2] dexteram: K. [3] vita: S. [4] verberantur: W.
[5] '*vj.*' *add: G.S.*

Digitized by Google

Christum turbe videre sufficiunt. Nam hec est norma: quam secutus apostolus ait: Non potui vobis loqui quasi spiritalibus: sed quasi carnalibus. Quasi enim parvulis[1] in Christo lac vobis potum dedi non escam. *Re.* Sancti mei qui in isto seculo certamen habuistis: Mercedem laborum ego reddam vobis. ℣ Venite benedicti patris mei. Mercedem. *Lectio viij.*

Et omnis turba querebat eum tangere: quia virtus de illo exibat: et sanabat omnes. Omnis turba que eum tangere potuit: spiritus illius virtute sanatur.[2] Tactus ergo salvatoris opus est salutis. Quem tangere: est fideliter in eum credere. A quo tangi est ejus munere firmari. *Re.* In circuitu tuo domine lumen est quod nunquam deficiet: ubi constituisti lucidas mansiones: Ibi requiescunt sanctorum anime. ℣ Magnus dominus et laudabilis nimis: in civitate dei nostri: in monte sancto ejus. Ibi. *Lectio ix.*

Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. Spiritu sunt pauperes: quia nihil terrenum: nihilque carnale ambiunt. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Mites sunt: qui nec verbo vel opere ledentibus resistunt: sed potius adversa queque liben tissime amplectuntur. *Re.* O constantia martyrum laudabilis o charitas[3] inextinguibilis: o patiencia invincibilis:[4] que licet inter pressuras persequentium visa sit despicabilis: invenietur[5] in laudem et gloriam et honorem. In tempore retributionis. ℣ Nobis ergo petimus piis subveniant meritis honorificati a patre qui est in celis. In tempore. Gloria. In tempore. *Aliud secundum Matheum.*[6]

In illo tempore: Videns turbas Jesus:[7] ascendit in montem. Et reliqua. *Omelia beati Augustini epi.* *Lectio vij.*

Si queritur quid significet mons: bene intelligitur significare majora precepta justicie: quia minora erant que judeis data sunt. Sedens autem docet: quod pertinet ad dignitatem magisterii. Et accedunt ad eum discipuli ejus: ut audiendis verbis illis[8]: hii essent corpore viciniores qui preceptis implendis animo propinquabant. *Lectio viij.*

Recte deus excelsus in montem excelsum ascendit: ut hominibus excelsa predicaret. Et aperiens os: docebat eos. Divini oris apertio: celestium est gaudiorum demonstratio. Hic enim os suum dicitur aperire: qui prius ora prophetarum aperuit. *Lectio ix.*

Sequitur. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Pauperes sunt spiritu: humiles et timentes deum: et qui nihil terrenum nihilque carnale ambiunt. Qui bene ideo primi ponuntur in ordine: quia primi sunt in beatitudine. Beati mites nam et indignationem excludit. *ps̄.* Te deum. ℣ Mirabilis deus in

[1] parvulus: S.
[2] sanabatur: G.
[3] charitatis: S.
[4] 'o pat. inv.' om.: K.E.G.S.
[5] invenitur: K.
[6] '℣' *add:* G.S.
[7] Jesus turbas: G.
[8] illius: G.

Digitized by Google

sanctis suis. Et gloriosus in majestate sua. ¶ *In laudibus añ.*

Martyres sancti quanta passi sunt tormenta ut securi pervenirent ad palmam martyrii. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Cum palma ad regna pervenerunt sancti coronas decoris meruerunt de manu dei. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Corpora sanctorum in pace sepulta sunt et vivent nomina eorum in eternum. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Sancti spiritus et anime justorum hymnum dicite deo all'a. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. *ps̄.* Laudate. *Capitulum.*

Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum et deducet illos in via mirabili.

Rex gloriose martyrum corona confitentium qui respuentes terrena[1] perducis ad celestia. [*Hymnus.* *A*urem benignam protinus appone nostris vocibus trophea sacra pangimus[2] ignosce quod deliquimus. *T*u vincis in martyribus parcendo confessoribus tu vince nostra crimina donando indulgentiam. *D*eo patri. ℣ Justi autem in perpetuum vivent. Et apud dominum est merces eorum. *In evangelio añ.* Vestri capilli capitis omnes numerati sunt nolite timere multis passeribus meliores estis vos. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Deus qui nos. ¶ Ad primam *añ.* Martyres sancti. *ps̄.* Deus in nomine tuo. *Añ.* Gratias. *ps̄.* Quicunque vult. *et cetera.* ¶ *Ad tertiam añ.* Cum palma. *ps̄.* Legem pone. *Capit.* Sancti per fidem. *Re.* Exultent justi. In conspectu dei. ℣ Et delectentur in leticia. In conspectu. Gloria patri. Exultent. ℣ Letamini in domino. Oratio Deus qui nos. ¶ *Ad sextam Añ.* Corpora sanctorum. *ps̄.* Defecit. *Cap.* Reddet deus. *Re.* Letamini in domino. Et exultate justi. ℣ Et gloriamini omnes recti corde. Et exultate. Gloria patri. Letamini. ℣ Justorum anime. *Oratio ut supra.* ¶ *Ad nonam añ.* Exultabunt. *ps̄.* Mirabilia. *Capit.*

Sancti et justi in domino gaudete: vos elegit deus in hereditatem sibi. *Re.* Justorum anime. In manu dei sunt. ℣ Et non tanget illos tormentum malicie. In manu. Gloria patri. Justorum. ℣ Justi autem. *Oratio ut supra.* ¶ *Ad vesperas añ.* Martyres sancti. *et cetere añe. de laudibus cum psalmis ferialibus. Capitulum.* Sancti et justi *Si duplex fuerit. Re.* O constantia martyrum. *Hymnus* Rex gloriose. ℣ Exultent justi. *In evangelio añ.* Istorum est enim regnum celorum qui contempserunt vitam mundi et pervenerunt ad premia regni et laverunt stolas suas in sanguine agni. *ps̄.* Magnificat. *Oratio* Deus qui nos.

¶ *In festo plurimorum martyrum iij lectionum. Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Capitulum.* Sancti per fidem. *Responsorium non dicitur. Hymnus.* Sanctorum meritis. ℣ Exultent justi. *In evan. añ.* Gaudent in celis. *ps̄.* Magnificat. *Oro* Deus qui nos concedis.

[1] terrea: G.

[2] pangamus: E.

Digitized by Google

¶ *Ad mat. Invi.* Regem martyrum *etc. ps̄.* Venite. *hymnus* Eterna Christi munera. *In nocturno an̄.* Secus decursus. *ps̄.* Beatus vir *et ceteri*[1] *psalmi*[2] *plurimorum martyrum sub hac an̄.* ℣ Exultent justi. *Tres lectiones.* Beati martyres Christi N. et N. *Responsoria de prima turba et secunda alternatim sumpta. Si plura festa plurimorum martyrum in septimana contigerint.*[3] ℣ Mirabilis deus. *In laudibus hec sola an̄.* Martyres sancti. *ps̄.* Dominus regnavit. *Cap.* Reddet deus. *hymnus.* Rex gloriose. ℣ Justi autem. *In evan. an̄.* Vestri capilli. *ps̄.* Benedictus. *Or̄o.* Deus qui nos. *Ad horas cetere antiphone de laudibus capitulum responsoria et oratio ut supra.*

¶ *In natali unius confessoris et pontificis. Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Si duplex fuerit dicantur iste antiphone super psalmos feriales. An̄.*

Amavit eum dominus et ornavit eum stola glorie induit eum et ad portas paradisi coronavit eum. *an̄.* Justum deduxit dominus per vias rectas: et ostendit illi regnum dei et dedit illi scientiam sanctorum honestavit illum in laboribus et complevit labores illius. *An̄.* Iste est qui ante deum magnas virtutes operatus est et omnis terra doctrina ejus repleta est ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. *An̄.* Iste cognovit justiciam et vidit mirabilia magna et exoravit altissimum et inventus est in numero sanctorum. *An̄.* Iste homo ab adolescentia sua partim[4] meruit infirmos curare dedit illi dominus claritatem magnam cecos illuminare et demones effugare.

Ecce sacerdos [*Capitulum.* magnus qui in diebus suis placuit deo et inventus est justus et in tempore iracundie factus est reconciliatio. *Re.* Miles Christi. ℣ Ut celestis. *Hymnus.*

Iste confessor domini sacratus festa plebs cujus celebrat per orbem hodie letus meruit secreta scandere celi. Qui pius prudens humilis pudicus sobrius castus fuit et quietus vita dum presens vegetavit ejus corporis artus. Ad sacrum cujus tumulum frequenter membra languentum modo sanitati quolibet morbo fuerint gravata restituantur.[5] Unde nunc noster chorus in honore ipsius hymnum canit hunc libenter ut piis ejus meritis juvemur omne per evum. Sit salus illi decus atque virtus qui supra celi residens cacumen totius mundi machinam gubernat trinus et unus amen.

¶ *In translatione vero unius confessoris ac etiam in ipsius commemoratione dicatur sic.* Iste confessor domini sacratus sobrius castus *etc.* ℣ Amavit eum dominus et ornavit eum. Stola glorie induit eum. *In evan. an̄.* Confessor domini N. astantem plebem corrobora sancta intercessione ut qui vitiorum pondere premimur beatitudinis tue gloria sublevemur et te duce eterna premia consequamur. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

[1] *cetera: G.S.* [2] *'ps.' om.: G.N.S.* [3] *contigerit: S.*
[4] statim: G. [5] restituuntur: K.

Digitized by Google

Da quesumus omnipotens deus ut beati N. confessoris tui atque pontificis veneranda solennitas: et devotionem[1] nobis augeat et salutem. per do. *Ad matu. Invita.* Unum deum in trinitate fideliter adoremus. Cujus[2] fide deum vivit sanctus presul N. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Iste confessor. *In j. nocturno an̄.* Beatus vir qui in lege domini meditatur voluntas ejus permanet die ac nocte et omnia quecunque faciet semper prosperabuntur. *ps̄.* Beatus vir. *An̄.* Beatus iste sanctus qui confisus est in domino predicavit preceptum domini constitutus est in monte sancto ejus. *ps̄.* Quare fremuerunt. *An̄.* Tu es gloria mea tu es susceptor meus domine tu exaltans caput meum et exaudisti me de monte sancto tuo. *ps̄.* Domine quid multiplicati. ℣ Amavit eum. *Lectio prima. Sermo beati fulgentii episcopi.*

Dominicus sermo quem debemus omnes non solum studiose verum etiam sapienter audire cui nos oportet humiliter ac delectabiliter obedire moderationis sue tenens ubique temperiem: ut nec ovibus desint pabula: nec pastoribus alimenta: quedam specialiter solis precepit nobis: quedam vero generaliter et nobis et vobis. *Re.* Euge serve bone et fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam. Intra in gaudium domini tui. ℣ Domine quinque talenta tradidisti mihi ecce alia quinque superlucratus sum. Intra. *Lectio ij.*

Nobis nanque id est servis quos pater ille familias rerum omnium dominus ad hoc in sua magna domo constituit: ut populo ejus verbum gratie ministremus specialiter injungitur sancte predicationis officium: generaliter vero et nobis et vobis salutaris indicitur obedientia mandatorum. *Re.* Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. Ideo jurejurando fecit illum dominus crescere in plebem suam. ℣ Benedictionem omnium gentium dedit illi et testamentum suum confirmavit super caput ejus. Ideo jurejurando. *Lectio iij.*

In quibus denuo mandatis tanquam ditissimis ferculis sic celestium delitiarum copia spiritualis exuberat: ut in verbo dei abundet quod perfectus comedat abundet etiam quod parvulus sugat. *Re.* Agmina sacra angelorum letamini pro concine vestro N. De quo gaudet Christi ecclesia feliciter et exultat gaudenter. ℣ Omnes virtutes et omnis militia celorum merito gloriamini cum beato N. De quo. Gloria patri. De quo. *In ij. nocturno an̄.* Invocantem exaudivit dominus sanctum suum dominus exaudivit eum et constituit eum in pace. *ps̄.* Cum invocarem. *An̄.* Letentur omnes qui sperant in te domine quoniam tu benedixisti justo scuto bone voluntatis tue coronasti eum. *ps̄.* Verba mea. *An̄.* Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra quia gloria et

[1] devotione : W.

[2] Cui : K.E.S.

Digitized by Google

honore coronasti sanctum tuum et constituisti eum super opera manuum tuarum. *ps̄.* Ipsum. ℣ Justum deduxit. *Lectio iiij.*

Ibi est enim simul et lacteus potus quo tenera fidelium nutriatur infantia: et solidus cibus quo robusta perfectorum juventus spiritualia sancte virtutis accipiat incrementa. Ibi prorsus ad salutem consulitur universis quos dominus salvare dignatur. *Re.* Posui adjutorium super potentem: et exaltavi electum de plebe mea. Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣ Inveni david servum meum oleo sancto meo unxi eum. Manus enim. *Lectio v.*

Ibi est quod omni etati congruat: ibi est quod omni professioni conveniat. Ibi audivimus precepta que faciamus: ibi cognoscimus premia que speremus. Ibi est que nos per litteram doceat et instruat ad scientiam: ibi promissio que per gratiam perducat ad veniam. *Re.* Juravit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos in eternum. Secundum ordinem melchisedech. ℣ Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Secundum. *Lectio vj.*

Servorum igitur quos populo suo preposuit dominus speciale volens officium demonstrare: ait quod ex evangelio sepe audivimus: Quis putas est fidelis dispensator et prudens: quem constituit dominus supra familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram. Beatus ille servus: quem cum

[1] Unam: E.S.

venerit dominus invenerit sic facientem. *Re.* Vir israelita gaude coheres Christi. Intercede pro nobis. ℣ Ut precibus tuis a deo veniam speremus: supplices ad te confugimus. Intercede. Gloria. Intercede. *In iij. nocturno an̄.* Domine iste sanctus habitabit in tabernaculo tuo: operatus est justitiam: requiescet in monte sancto tuo. *ps̄.* Domine quis habitabit. *An̄.* Vitam[1] petiit a te tribuisti ei domine: gloriam et magnum decorem imposuisti super eum: posuisti in capite ejus coronam de lapide precioso. *ps̄.* Domine in virtute. *An̄.* Hic accipiet benedictionem a domino: et misericordiam a deo salutari suo: quia hec est generatio querentium dominum. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Magnificavit eum. *Secundum math.*[2]

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam peregre proficiscens vocavit servos suos: et tradidit illis bona sua. Et reliqua. *Omelia beati gregorii pape.* *Lectio vij.*

Homo iste fratres qui peregre proficiscitur redemptor noster est: qui in ea carne quam assumpserat abiit in celum. Carnis enim locus proprie terra est. Que quasi ad peregrinandum ducitur: cum per redemptoris nostri ascensionem in celis collocatur. *Re.* Amavit eum dominus: et ornavit eum: stola glorie induit eum. Et ad portas paradisi coronavit eum. ℣ Induit eum dominus loricam

[2] '*xxv.*' *add: W.E.G.S.*

Digitized by Google

fidei; et ornavit eum. Et ad portas. *Lectio viij.*

Profectus autem peregre dedit servis suis: alii quinque talenta: alii duo: et alii unum: quia apostolis suis diversorum charismatum dona largitus est. Per quinque etenim talenta exteriorum rerum scientia intelligitur: que quinque corporis sensibus capitur. Quinque etenim sunt sensus: visus: auditus: gustus: odoratus: et tactus. *Re.* Magnificavit eum in conspectu regum. Et dedit illi coronam glorie. ℣ Statuit illi dominus testamentum sempiternum. Et.

Unius confessoris non pontificis.

℣ Justum deduxit dominus per vias rectas: et ostendit illi regnum dei. Et dedit. *Lectio ix.*

Duobus vero talentis: intellectus et operatio designantur. Unius autem talenti nomine: intellectus tantummodo designatur. Deinde et ille qui de quinque talentis decem fecerat: et qui de duobus quattuor: simile recepit gaudium: quia retributor ille non considerat lucri magnitudinem: sed studii voluntatem. *Re.* Sancte N. confessor domini: audi rogantes servulos. Et impetratam celitus Tu defer indulgentiam. ℣ O sancte N. sydus aureum domini gratia: servorum gemitus solita suscipe clementia. Et impetratam̄. Gloria patri. Tu defer.

Aliud secundum lucam.[1]

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum et reverti. Et reliqua. *Omelia ex commentario venerabilis bede presbyteri.* *Lectio vij.*

Homo nobilis Christus est: longinqua regio ecclesia est ex gentibus.[2] Bifaria ratione regio longinqua vocatur: vel quia a finibus terre clamat ad dominum: vel quia longe est a peccatoribus salus. *Lectio viij.*

Vocat itaque paterfamilias decem servos: quia elegit discipulos per litteram legis imbutos. Dedit illis decem mnas: quia post passionem et resurrectionem suam aperuit illis sensum: ut intelligerent scripturas.

Et ait illis: Nego- [*Lectio ix.* ciamini dum venio. Verba inquit legis ac prophetarum mistica interpretatione discussa populis offerte: atque ab eis fidei confessionem morumque probitatem recipite.

Aliud secundum lucam.[3]

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex: quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua. *Omelia venerabilis bede presbyteri.* Pusillum gregem electorum ob comparationem majoris numeri reproborum: vel potius ob humilitatis devotionem deus nominat: quia videlicet ecclesiam suam quantalibet numerositate jam dilatatam: tamen usque ad finem mundi humilitate vult crescere: et ad promissum regnum pervenire. *Lectio viij.*

Ideoque ejus labores blande consolatus eis regnum a patre

[1] '*xix.*' *add: E.G.S.* [2] 'Que' add: G. [3] '*xix.*' *add: E.G.S.*

Digitized by Google

dandum complacita benignitate promittit. Vendite que possidetis: et date elemosinam. Nolite inquit timere: ne propter regnum dei militantibus hujus vite necessaria desint: quoniam[1] etiam propter possessa elemosinam vendite. *Lectio ix.*

Facite ergo vobis sacculos qui non veterascunt: elemosinas scilicet operando, quarum merces in eternum manet. Ubi non hoc preceptum esse putandum est ut nihil pecunie reservetur a sanctis: cum et ipse dominus: cui ministrabant angeli: tamen ad in formandam ecclesiam suam loculos habuisse legatur: et a fidelibus oblata reservans: et suorum necessitatibus aliis que indigentibus tribuens: sed ne deo propter ista serviatur: et ob inopie timorem justitia deseratur.

¶ *Alia expositio secundum matheum.*[2]

In illo tempore Dixit Jesus discipulis suis Vos estis sal terre. Et reliqua.

Omelia excerpta de diversis tractatibus. *Lectio vij.*

Sal appellantur apostoli: quia per ipsos universum hominum conditur genus. Terre enim nomine humana natura significatur. Salis vero verbi sapientia. Salis autem natura infecunditatem terre facit. Unde et in psalmo scriptum est: Posuit terram fructiferam in salsuginem. *Lectio viij.*

Allegorice autem hoc bene convenit doctrine apostolice: ut destructis adversariorum munitionibus: et peccati regno dejecto: sale sapientie compescat ultra in carnis humane terra seculi luxum atque feditatem germinare vitiorum. *Lectio ix.*

Quia sal ad custodiendos cibos carnesque servandas factum[3] est: rite demonstrat[4]: quod per predicationem evangelii restringitur fluxus voluptatum: et humana natura exclusis vermibus et putredine peccatorum: illesa servatur suo conditori per ejus custodiam mandatorum.

¶ *Alia secundum mattheum.*[5]

In illo tempore Dixit Jesus discipulis suis. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Et reliqua. *Omelia venerabilis bede presbyteri.* *Lectio vij.*

Magna celestis magistri clementia: magna discipulos suos dignitate et honore dignatur ostendere dicens: Vos estis lux mundi. Quomodo lux mundi ergo[6] esse non poterant: qui cum auctore lucis gradiebantur: et ab eo omni celesti sapientia instruebantur. *Lectio viij.*

Sublimiter enim instrui merebantur: quia fideliter fontem lucis sequebantur. Nam sicut alibi iidem[7] apostoli sal terre figuraliter sunt nominati: ita nunc lux mundi sunt intelligendi. Terra vero accipienda est pro hominibus qui terrena diligunt. Et hunc[8] mundum non celum et terram: sed homines intelligi oportet: qui-

[1] pro 'quoniam' quin: G.
[2] '*V*' *add*: *G.S.*
[3] aptum: N.G.
[4] demonstratur: N. demonstrat: G.
[5] '*v.*' *add*: *G.S.*
[6] ergo lux mundi: G.
[7] idem: W.
[8] pro 'hunc' hic: W. hoc: S.

Digitized by Google

bus illuminandis apostoli missi sunt. *Lectio ix.*

Non potest civitas abscondi supra montem posita. Mons vero iste Christum significat. Civitas vero totam ecclesiam Christi: que[1] ex multis gentibus: sicut ex multis lapidibus est constructa. Hec tuta fit intrantibus: sed laboriosa adeuntibus.

Alia Secundum Marcum.[2]

In illo tempore:[3] Videte vigilate et orate. Nescitis enim quando tempus sit. Et reliqua.

Omelia venerabilis bede presbyteri. Lectio vij.

Perspicue ostendit quare supra dixit: de die illa vel hora nemo scit: neque angeli neque filius: nisi pater: quia non expediat scire apostolis ut pendule expectationis incerto semper eum credant esse venturum: quem ignorant[4] quando venturus sit.

Et non dixit nes- [*Lectio viij.* cimus quando tempus sit: sed nescitis. premissoque patris familias exemplo: cur reticeat consummationis diem: manifestius docet dicens. Vigilate ergo nescitis enim quando dominus domus veniat sero an media nocte an gallicantu an mane. Ne cum venerit: inveniat vos dormientes. *Lectio ix.*

Homo autem qui peregre profectus est reliquit domum suam haud dubium quin Christus sit: qui ad patrem post resurrectionem suam victor ascendens ecclesiam corporaliter reliquit. Quam tamen nunquam divine presentie presidio destituit: ma-

nens cum illa omnibus diebus usque ad consummationem seculi. *ps.* Te deum. ℣ Ora pro nobis beate N. Ut digni.

¶ *In laudibus an.*

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo et inventus est justus. *ps.* Dominus regnavit. *An.* Non est inventus similis illi qui conservaret legem excelsi. *ps.* Jubilate. *An.* Beatus ille servus quem cum venerit dominus ejus et pulsaverit januam et invenerit eum vigilantem. *ps.* Deus deus meus. *An.* Fidelis servus et prudens quem constituit dominus super familiam suam. *ps.* Benedicite. *An.* Serve bone et fidelis intra in gaudium domini tui. *ps.* Laudate. *Capitulum.*

Benedictionem omnium gentium dedit illi dominus et testamentum suum confirmavit super caput ejus. *Hymnus.*

Jesu redemptor omnium perpes corona presulum in hac die clementius nostris faveto vocibus. *T*ui sacri qua nominis confessor almus claruit cujus celebrat annua devota plebs solennia. *Q*ui rite mundi gaudia hujus caduca respuens cum angelis celestibus letus potitur premiis. *H*ujus benigne annue nobis sequi vestigia hujus precatu servulis[5] dimitte noxam criminis. *S*it Christe rex piissime tibi patrique gloria cum spiritu paraclito in sempiterna secula. Amen. ℣ Justus germinabit[6] sicut lilium. Et florebit in eternum ante dominum. *In evan. an.* Euge serve bone

[1] qui: W. [2] '*xij.*' *add: E.* '*xiij.*': *G.S.* [3] 'Dixit Jesus discipulis suis' add: E.G.S. [4] ignorat: S. [5] servulus?: S. [6] germinavit: W.

Digitized by Google

et fidelis quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam dicit dominus. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Da quesumus. *ut supra.* ℂ *Ad primam añ.* Ecce sacerdos. *ps̄.* Deus in nomine. *Añ.* Gratias. *ps̄.* Quicunque *etc.* ℂ *Ad tertiam añ.* Non est inventus. *ps̄.* Legem pone. *Capitulum.* Ecce sacerdos. *Re.* Amavit eum dominus. Et ornavit eum. ℣ Stola glorie induit eum. Et ornavit. Gloria patri. Amavit. ℣ Justum deduxit. *Oratio.* Da quesumus. ℂ *Ad sextam añ.* Beatus ille. *ps̄.* Defecit. *Capitulum.* Benedictionem. *Re.* Justum deduxit Per vias rectas. ℣ Et ostendit illi regnum dei. Per vias. Gloria. Justum. ℣ Magnificavit. *Oratio ut supra.* ℂ *Ad nonam añ.* Serve bone. *ps̄.* Mirabilia. *Cap.*

Dedit illi dominus fungi sacerdotio et habere laudem in nomine ipsius et offerre illi incensum dignum in odorem suavitatis. *Re.* Magnificavit eum. In conspectu regum. ℣ Et dedit illi coronam glorie. In conspectu. Gloria. Magnificavit. ℣ Justus germinabit. *Oratio ut supra.* ℂ *Ad vesperas añ.* Ecce sacerdos *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Capitulum.* Benedictionem. *Si duplex fuerit Re.* Sancte N. *Hymnus.* Jesu redemptor. ℣ Amavit eum. *In evan. añ.* Similabo eum viro sapienti qui edificavit domum suam supra petram. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Da quesumus.

ℂ *In festo unius confessoris pontificis iij lectionum. Ad vesp. antiphone et psalmi feriales. Cap.*

Ecce sacerdos. *Re. non dicitur. Hymnus.* Iste confessor. ℣ Amavit eum. *In evan. añ.* Confessor domini. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Da quesumus. *Ad mat. Invit.* Regem confessorum dominum. Venite adoremus. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Iste confessor. *In nocturno añ.* Beatus vir. *ps̄.* Ipsum. *et ceteri psalmi unius confessoris sub hac añ.* ℣ Amavit. *Tres lectiones. Lectio j.* Dominicus sermo. *ut supra. Responsoria de prima et secunda turba alternatim sumpta si plura festa unius confessoris pontificis vel non pontificis in septimana contigerint. Versiculus.* Ora pro nobis. ℂ *In laudibus hec sola añ.* Ecce sacerdos. *ps̄.* Dominus regnavit. *etc. Capitulum* Benedictionem. *Hymnus* Jesu redemptor. ℣ Justus germinabit. *In evang. añ.* Euge serve. *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra.* ℂ *Ad horas cetere antiphone de laudibus. Capitulum Responsoria et oratio ut supra.*

ℂ *In natali unius confessoris non pontificis.*

Ad vesperas. antiphone et psalmi feriales. Si duplex fuerit: dicantur super psalmos feriales antiphone que supra notantur in festo unius confessoris pontificis excepto quod quando aña. Justum deduxit *vel aña.* Iste est qui ante deum *dicitur super ps̄.* Magnificat *tunc loco ejus dicetur hec añ.* Sancte N. confessor domini preciose adesto nostris precibus pius ac propitius. *Caplm.*

Justus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum et in

Digitized by Google

conspectu altissimi deprecabitur. *Re.* Miles Christi *Hymnus* Iste confessor. ℣ Amavit eum. *In evan. añ.* Justum deduxit. *Si doctor fuerit añ.* Iste est qui ante deum. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Adesto domine precibus nostris quas in sancti N. confessoris tui solennitate deferimus ut qui nostre justicie fiduciam non habemus: ejus qui tibi placuit: meritis et precibus adjuvemur. Per dominum.

¶ *Unius abbatis.* *Oratio.*

Intercessio nos quesumus domine beati N. abbatis tibi commendet: ut quod nostris meritis non valeamus ejus patrocinio assequamur. per dominum.

¶ *Ad matutinas Invitatorium.* Justus florebit. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Iste confessor. *Antiphone psalmi et versiculi ut supra unius confessoris pontificis. Sermo beati maximi episcopi. Lectio j.*

Ad sancti ac beatissimi patris nostri N. cujus hodie festa celebramus laudes attigisse aliquid decerpsisse est. Cum siquidem virtutum ejus gratia non sermonibus exponenda sit: sed operibus comprobanda. *Re.* Euge serve. *Lectio ij.*

Cum enim dicat scriptura gloria patris est filius[1] quante hujus glorie qui tantorum filiorum sapientia et devotione letatur. In Christo enim Jesu per evangelium ipse nos genuit. *Re.* Iste cognovit. *Lectio iij.*

Quicquid igitur in hac sancta plebe potest esse virtutis et gratie de hoc quasi quodam fonte lucidissimo omnium rivulorum puritas emanavit. Etenim quia castitatis virtutum pollebat vigore: quia abstinentie gloriabatur angustiis: quia blandimentis erat preditus lenitatis: omnium civium in eum[2] provocavit affectum. *Re.* Agmina sancta. *Lec. iiij.*

Bene et congrue in hac die quam nobis beati patris nostri N. ad paradisum transitus exultabilem reddit. presentis psalmi versiculum decantavimus In memoria eterna erit justus. *Re.* Domine prevenisti. *Lectio v.*

Digne enim in memoriam vertitur hominum: qui ad gaudium transit[3] angelorum Dicit sermo divinus. Ne laudaveris hominem in vita sua. Tanquam si diceret. Lauda post mortem magnifica postconsummationem. *Si doctor fuerit. Re.* Iste est qui ante deum magnas virtutes operatus est et omnis terra doctrina ejus repleta est. Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣ Iste est qui contempsit vitam mundi et pervenit ad celestia regna. Ipse.

Si doctor non fuerit. Re. Iste homo ab adolescentia sua partim meruit infirmos curare. Dedit illi dominus claritatem magnam cecos illuminare et demones effugare. ℣ Ecce homo sine querela verus dei cultor abstinens se ab omni opere malo et permanens in innocentia sua. Dedit. *Lectio vj.*

Duplici enim ex causa utilius est homini magis memorie laudem dare quam vite: ut illo potissimum tempore merita sanctitatis extollas: quando nec

[1] 'sapiens' add: G.
[2] pro 'eum' se: G.
[3] transiit: G.

Digitized by Google

laudantem adulatio nocet: nec laudatum tentet elatio. Lauda ergo post periculum predica securum: lauda navigantis felicitatem: sed cum pervenerit ad portum lauda ducis virtutem: sed cum perductus est ad triumphum. *Re.* Vir israelita. *Sec.* [*lucam.*[1]

In illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis. Nemo lucernam accendit: et in abscondito ponit neque sub modio sed super candelabrum: ut qui ingrediuntur lumen videant. Et reliqua.

Omelia venerabilis bede presbyteri. *Lectio vij.*

Qui lucernam luminis claritate replevit: Christus sine dubio est: qui humanitatem quam de virgine sumpsit divinitatis splendore: irradiavit. Lucerna accensa tenebras dissipat: diem ministrat domum illustrat: familiam letificat et que videnda sunt demonstrat. *Re.* Amavit eum. *Lectio viij.*

Sic et Christus tenebras perfidie dissipavit: lucem fidei condonavit domum ecclesie illustravit: familiam credentium letificavit. omnibusque opera lucis agenda demonstravit: dum inter peccatores corporaliter habitavit. *Re.* Magnificavit. ℣ Justum deduxit. *Lectio ix.*

Non enim voluit Christus lucernam accensam id est humanitatem divinitate inflammatam in abscondito neque sub modio ponere? hoc est: non sic factus est filius dei homo: ut tantum notus esset in judea et in israel solo populo[2] magnum nomen haberet: sed ut etiam in toto orbe terrarum lux vera agnosceretur et dominus. *Re.* Miles Christi. *ps̄.* Te deum. ℣ Ora pro nobis beate N.

In laudibus an̄.

Justum deduxit dominus per vias rectas et ostendit illi regnum dei. *ps̄.* Dominus regnavit. *et cetera. an̄e. cum psalmis de laudibus unius confessoris et pontificis ut supra. Capitulum.* Benedictionem. *Hymnus.* Jesu redemptor omnium salus in te credentium in hac. *etc.* ℣ Justus germinabit. *In evan. an̄.* Euge serve. *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra.* ¶ *Ad primam an̄.* Justum deduxit. *ps̄.* Deus in nomine. *An̄.* Gratias. *ps̄.* Quicunque. *etc.* *Ad tertiam an̄.* Non est inventus. *ps̄.* Legem. *Capit.* Justus cor suum. *Re.* Amavit eum. *etc.* *oratio ut supra.* ¶ *Ad sextam an̄.* Beatus ille. *ps̄.* Defecit *Capit.* Benedictionem. *Re.* Justum deduxit. *oratio ut supra.* ¶ *Ad nonam an̄.* Serve bone. *ps̄.* Mirabilia. *Capitulum.*

Cognovit eum in benedictionibus suis: conservavit illi misericordiam suam: et invenit gratiam coram oculis domini. *Re.* Magnificavit. *oratio ut supra.*

¶ *Ad vesperas an̄.* Justum deduxit. *et cetera. an̄e. de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Benedictionem. *Si duplex fuerit. Re.* Vir israelita. *Hymnus.* Jesu redemptor. ℣ Amavit eum. *In evangelio an̄.* Similabo eum. *ps̄.* Magnificat. *oratio ut supra.*

¶ *In festo trium lectionum unius confessoris non pontificis. Ad*

[1] *xj. add: E.G.* [2] pro 'isr. sol. pop.' solo populo israel: G.

Digitized by Google

vesperas antiphone et psalmi feriales. Capitulum. Justus cor suum. *Responsorium non dicitur. Hymnus.* Iste confessor. *ut supra.* ℣ Amavit. *In evang. añ.* Justum deduxit. *ps̄.* Magnificat. *Oratio* Adesto. *Unius Abbatis.* Intercessio. *Ad matu. Invi.* Regem confessorum. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Iste confessor. *In nocturno añ.* Beatus vir. *ps̄.* Ipsum. *et ceteri psalmi unius confessoris sub hac antiphona.* ℣ Amavit. *Tres lectiones Lectio j.* Ad sancti ac beatissimi. *ut supra. Responsoria de prima et secunda turba alternatim sumpta : si plura festa unius confessoris in septimana contingerint.*[1] ℣ Ora pro nobis.

In laudibus hec sola antiphona. Añ.[2] Justum deduxit. *ps̄.* Dominus regnavit. *etc. Capit.* Benedictionem. *Hymnus.* Jesu redemptor. *ut supra.* ℣ Justus germinabit. *In evangelio añ.* Euge serve. *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra. Ad horas cetere antiphone. de laudibus : Capitulum Responsoria et oratio ut supra.*

¶ *In festo plurimorum confessorum.*

Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Si duplex fuerit dicantur iste antiphone super psalmos feriales. Capitulum.[3] Sancti per fidem *añ.*[4] Reddet deus. *Añ.*[4] Sancti qui sperant. *añ.*[4] Justi autem. *añ.*[4] Certamen magnum. *quere in festo reliquiarum. Capit.* Sancti per fidem. *Re.* Justorum anime. *Hymnus* Sanctorum meritis. Hi sunt quos retinens. Te summa. ℣ Sacerdotes tui. *In evangelio añ.* Fulgebunt justi. *ps̄.* Magnificat. *quere in suffragio. Oratio.*

Deus qui nos sanctorum confessorum tuorum N. et N. confessionibus gloriosis circundas et protegis. da nobis et eorum imitatione proficere : et intercessione gaudere. per dominum.

¶ *Ad matutinas invita.* Gaudete et exultate. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Sanctorum meritis *cum versibus ut supra ad vesperas. In j. nocturno añ.* Secus decursus. *ps̄.* Beatus vir. *añ.* Predicantes. *Re.*[5] Quare fremuerunt. *Añ.* Filii hominum. *Re.* Cum invocarem. ℣ Exultent justi. *Lectiones de sermone beati maximi. Lectio j.* Qui sanctorum merita. *etc. ut in festo reliquiarum. primum Re.* Absterget. *secundum Resp.* Sancti tui domine mirabile. *iij. Resp.* Justorum anime. *In ij. nocturno añ.* Scuto bone. *ps̄.* Verba mea. *Añ.* In universa. *ps̄.* Domine dominus noster. *Añ.* Sanctis[6] qui sunt. *ps̄.* Conserva. ℣ Letamini. *iiij. Responsorium.* Sancti mei. [7]*Re.* In circuitu. [8]*Re.* Justi in perpetuum. *In iij. nocturno añ.* Hec est generatio. *ps̄.* Domini est terra. *Añ.* Letamini. *ps̄.* Beati quorum. *Añ.* Isti sunt viri sancti. *quere in festo reliquiarum istam antiphonam. ps̄.*[9] Exultate justi. ℣ Justorum anime. *Secundum lucam.*[10]

In illo tempore : Dixit Jesus discipulis suis. Sint lumbi

[1] *contigerint : S.*
[2] *'Añ.' om.: E.G.S.*
[3] *'Capitulum' om.: G. pro 'Cap.' añ. : W.*
[4] *'Añ.' om.: G.*
[5] *pro 'Re.' ps̄.: W.E.G.S.*
[6] Sancti : E.
[7] *'v.' add : G.*
[8] *'vj.' add : G.*
[9] *pro 'ps̄.' ℣ : W.S.*
[10] *'xij.' add : E.G.S.*

Digitized by Google

vestri precincti: et lucerne ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

Omelia beati gregorii pape. Lect. vij.

Lumbos enim nostros precingimus: cum carnis luxuriam per continentiam coartamus. Sed quia minus est mala non agere: nisi etiam quisque studeat et bonis operibus insudare: protinus additur: et lucerne ardentes in manibus vestris. *Re.*[1] Isti sunt viri sancti quos elegit dominus in charitate non ficta et dedit illis gloriam sempiternam. Quorum doctrina fulget ecclesia ut sole luna. ℣ Sancti per fidem vicerunt regna operati sunt justiciam adepti sunt promissiones. Quorum.

Lucernas quippe [*Lectio viij.* ardentes in manibus tenemus: cum per bona opera proximis nostris lucis exempla monstramus. De quibus profecto operibus dominus dicit. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona: et glorificent patrem vestrum qui in celis est. *Re.* Fulgebunt justi et tanquam scintille in arundineto discurrent. Judicabunt nationes et regnabunt in eternum. ℣ Justi in perpetuum vivent et apud dominum est merces eorum. Judicabunt. *Lectio ix.*

Duo autem sunt que jubentur: et lumbos restringere et lucernas tenere: ut et mundicia castitatis sit in corpore: et lumen veritatis in operatione. Redemptori etenim nostro unum sine altero placere nequaquam potest. *Re.* Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum. Quando revertatur a nuptiis. ℣ Vigilate ergo quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Et vos. Gloria patri. Quando.[2] *In laudibus antiphona.*

Justorum autem anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie. *ps.* Dominus regnavit. *An.* Cum palma. *ps.* Jubilate. *et*[3] *cetere antiphone de laudibus plurimorum martyrum. Capitulum.* Reddet deus. *Hymnus.* Rex gloriose. ℣ Justi autem. *In evangelio an.* Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis. *ps.* Benedictus. *Oratio.* Deus qui nos. ¶ *Ad primam an.* Justorum autem. *ps.* Deus in nomine tuo. *An.* Gratias. *ps.* Quicunque. *et cetera.* ¶ *Ad tertiam et ad alias horas ut supra plurimorum martyrum cum oratione.* Deus qui nos sanctorum. ¶ *Ad vesperas an.* Justorum autem. *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Capitulum.* Sancti et justi. *Si duplex sit. Re.* Sint lumbi. *Hymnus.* Rex gloriose martyrum. ℣ Sacerdotes tui. *In evangelio an.* Beati servi illi quos cum venerit dominus invenerit vigilantes amen dico vobis. quod precinget se et faciet illos discumbere et transiens ministrabit[4] illis. *ps.* Magnificat. *oratio.* Deus qui nos sanctorum. *ut supra.*

[1] '*Re.*' *om.: S.*
[2] '*ps.* Te deum. ℣ Sacerdotes tui' add: W.R.E.S.G.
[3] '*et*' *om.: W.R.E.*
[4] ministrabat: W.

Digitized by Google

¶ *In festo trium lectionum plurimorum confessorum.*
Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Capitulum. Sancti per fidem. *Responsorium non dicitur. Hymnus* Sanctorum meritis. Hii sunt. Te summa. ℣ Sacerdotes tui. *Et dicatur iste versiculus quando fit memoria de pluribus confessoribus tam ad vesperas quam ad matutinas. In evangelio añ.* Fulgebunt justi. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Deus qui nos sanctorum confessorum tuorum N. et N. ¶ *Ad matu. invita.* Regem confessorum. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Sanctorum meritis. Hii sunt. Te summa. *In nocturno añ.* Secus decursus. *ps̄.* Beatus vir. *et cetera plurimorum confessorum sub hac añ.* ℣ Exultent justi. *Tres lectiones lect. j.* Qui sanctorum merita. *ut supra. Re.* Isti sunt viri sancti. *Re.* Fulgebunt justi. *Re.* Sint lumbi. ℣ Sacerdotes tui. *In laudibus hec sola añ.* Justorum anime. *ps̄.* Dominus regnavit. *Capitulum* Reddet deus. *Hymnus* Rex gloriose martyrum. ℣ Justi autem. *In evangelio añ.* Sint lumbi. *ps̄.* Benedictus. *oratio ut supra.* ¶ *Ad horas cetere antiphone de laudibus. Capit. Resp. et oratio ut supra.*

¶ *In natali unius virginis et martyris.*

Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Si duplex fuerit dicantur iste antiphone super psalmos feriales. Antiphona.

Ista est virgo sapiens quam deus invenit vigilantem que accepta lampade sumpsit secum oleum et veniente domino introivit cum eo ad nuptias. *Añ.* Unguentum effusum nomen tuum ideo adolescentule dilexerunt te nimis. *Añ.* Dum esset rex in acubitu suo nardus mea dedit odorem suavitatis. *Añ.* Leva ejus sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. *Añ.* Hec est que nescivit thorum in delicto habebit fructum in respectione animarum sanctarum.

Qui gloriatur in [*Capitulum.* domino glorietur non enim qui seipsum commendat ille probatus est: sed quem deus commendat. *Re.* Regnum mundi. *Hymnus.*

Virginis proles opifexque matris virgo quem gessit peperitque virgo virginis festum canimus tropheum accipe votum. *H*ec tua virgo duplici beata sorte dum gestit fragilem domare corporis sexum domuit cruentum corpore seclum. Unde nec mortem nec amica mortis seva penarum genera pavescens sanguine fuso meruit secreta[1] scandere celi. *H*ujus obtentu deus alme nostris parce jam culpis vitia remittens quo tibi puri resonemus almum pectoris hymnum. *G*loria patri geniteque proli et tibi compar utriusque semper spiritus alme deus unus omni tempore secli. Amen.

In festo unius virginis non martyris. sic dicatur hymnus. Virginis proles. *v.* Hujus obtentu. *v.* Gloria patri. ℣ Diffusa est gratia in labiis tuis.[2] Propterea benedixit te deus in eternum. *In evangelio añ.* Simile est

[1] 'pro secreta' superna: G.N.

[2] '*Re.*' add: E.G.

Digitized by Google

regnum celorum sagene misse in mare et ex omni genere piscium congreganti quam cum impleta esset educentes et secus littus sedentes elegerunt bonos in vasa sua malos autem foras miserunt. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui nos beate N. virginis[1] martyrisque tue annua solennitate letificas: concede propicius ut ejus adjuvemur virtutibus cujus castitatis irradiamur exemplis. Per dominum.

Unius virginis non martyris. [*Oratio.*

Omnipotens sempiterne deus da nobis in festivitate beate N. virginis tue congrua devotione gaudere: ut et potentiam tuam in ejus transitu laudemus: et provisum nobis percipiamus auxilium. per dominum.

¶ *Ad matutinas invita.* Agnum sponsum virginum. Venite adoremus dominum Jesum Christum. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Virginis proles *ut supra.* *In j. nocturno an̄.* Ante thorum hujus virginis frequentate nobis dulcia cantica dragmatis. *ps̄.* Deus deus[2] noster. *An̄.* Nigra sum sed formosa filia hierusalem: ideo dilexit me rex et introduxit me in cubiculum suum. *ps̄.* Celi enarrant. *An̄.* O quam pulchra est casta generatio cum claritate. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Diffusa est. *Lectio j.*

Auctor et consecrator virginitatis Jesus Christus qui dum de sede paterna in hec[3] intima[4] descendere dignatus est: nusquam gratiorem locum quam in virgineo invenit pectore. Et ideo pudicitie integritas celebranda est magnopere. *Re.* Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te deus in eternum. ℣ Dilexisti justiciam et odisti iniquitatem. Propterea. *Lectio ij.*

Hinc est quod in hujus sancte virginis N. solenniis et psalmis et hymnis et canticis spiritualibus occupamur: quatinus[5] ejus suffragiis deo commendemur et precibus. *Re.* Propter veritatem et mansuetudinem et justitiam. Et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣ Audi filia et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum tuum et domum patris tui. Et deducet. *Lectio iij.*

Digne ergo et congrue hujus sancte virginis cujus solennia celebramus pie placationis multiplicamus officia: que dum martyris et virginis secuta est vestigia virgo et mater[6] salvatoris promeruit existere. *Re.* Regnum mundi et omnem ornatum seculi contempsi propter amorem domini mei Jesu Christi. Quem vidi quem amavi quem credidi quem dilexi. ℣ Eructavit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Quem. Gloria. Quem. ¶ *In ij. nocturno an̄.* Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. *ps̄.* Eructavit. *An̄.* Adjuvabit eam deus vultu suo deus in medio ejus non commovebitur. *ps̄.* Deus noster refugium. *An̄.* Hec est virgo sancta atque gloriosa quia dominus omnium

[1] Et martyris : E.G.
[2] Dom'ne dominus : R.E.G.S.
[3] 'hec' om.: E.G.S.
[4] infima : R.E.
[5] quatenus : W.R.E.G.S.
[6] pro 'mater,' martyr: G.

Digitized by Google

dilexit eam.[1] Fundamenta. ℣ Specie tua et pulchritudine tua. Intende prospere procede et regna. *Lectio iiij.*

Virginitas vero probata sicut nullam recipit comparationem: ita nullam in se novit diminutionem. Comprobat hoc auctor ipse virginitatis dicens. Qui voluntatem fecerit patris mei qui in celis est: ipse frater meus et soror et mater est. *Re.* Veni electa mea et ponam in te thronum meum. Quia concupivit rex speciem tuam. ℣ Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Quia. *Lectio v.*

Hec est virgo quam dominus introduxit in celarium suum: et in qua ordinavit charitatem: dans ei inter angelos et archangelos societatem. Que quia sponsum recusabat in terris: imperatoris eterni filio desponsari meruit in celis. *Re.* Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem. Propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie. *ps̄.* Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea. *Lectio vj.*

Qui enim virginitatis sequitur integritatem: angelorum imitatur dignitatem. In hac enim fragilitate laboriosa est operatio: sed immensa in celestibus illis semper est remuneratio. *Re.* Audivi vocem de celo venientem venite omnes virgines sapientissime. Oleum recondite in vasis vestris. Dum sponsus advenerit. ℣ Media nocte clamor factus est ecce sponsus venit. Oleum. Gloria. Dum. ¶ *In iij. nocturno añ.* Inventa bona margarita dedit omnia sua et comparavit eam. *ps̄.* Cantate (*j.*) *Añ.* Prudentes virgines aptate lampades vestras ecce sponsus venit exite obviam ei. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* Virgines sancte dei orate pro nobis ut scelerum veniam per vos accipere mereamur. *ps̄.* Cantate (*ij.*). ℣ Adjuvabit eam deus vultu suo. Deus in medio ejus non commovebitur. *Secund.* [*matheum.*[2]

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum decem virginibus que accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponse. Et reliqua.

Omelia beati gregorii pape. Lec. [*vij.*

Regnum celorum in isto loco sanctam signat[3] ecclesiam: in qua deus regnat: quia ipsa sponsa sua est. Lampades virginum: bona opera sunt fidelium. Oleum quod lampades virginum[4] inflammat:[5] charitatem esse estimo.[6] Media nocte: id est dum nullus prescire: vel previdere sive sperare poterit: veniet ad judicium dominus. *Re.* Hec est virgo sapiens: quam dominus vigilantem invenit: que accepta lampade sumpsit secum oleum. Et veniente domino introivit cum eo ad nuptias. ℣ Inventa bona margarita dedit omnia sua et comparavit eam. Et. *Lectio viij.*

Clamor iste: vox quattuor tubarum est excitantium

[1] '*ps.*' *add: W.R.E.G.S.*
[2] '*xxv.*' *add: E.G.S.*
[3] significat: W.R.G.
[4] virginum lampades: W.R.G.S.
[5] inflamat: W.R.
[6] existimo: G.

Digitized by Google

omnes de sepulchro. Canet enim tuba et mortui resurgent incorrupti. Fatue virgines sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro. etc. Tunc plorabunt et gement stulti:[1] quia similia opera sanctis non fecerunt. Dicent enim cum lachrymis et angustia. Lucerne vestre nunc clarescunt: nostre autem tenebrescunt. *Re.* Offerentur regi virgines domino post eam proxime ejus offerentur tibi. In leticia et exultatione. ℣ Prudentes virgines aptate lampades vestras: ecce sponsus venit exite obviam ei. In. *Lect. ix.*

Responderunt autem prudentes dicentes: Ne forte non sufficiat nobis et vobis: ite etc. hoc est: ite ad eos a quibus gloriam et laudem humanam requisistis: et quid vobis prodesse possit approbate. Venditores quippe olei: adulatores sunt. Qui enim[2] accepta cualibet gratia vanis suis laudibus nitorem glorie offerunt: quasi oleum vendunt. *Re.* O mater nostra ter sancta quaterque beata. Cum prece devota famulantum suscipe vota. ℣ Jam Christo juncta sponsoque tuo sociata. Cum. Gloria patri. Cum prece. *Prosa.*

Eterne virgo memorie: quam sibi despondit rex glorie. ℣[3] Virginis proles[4] egregie sponsusque virginis ecclesie. ℣ Tu gaudes hodie de dono gratie. ℣ Et cantas in celo carmen leticie. ℣ Te laudantes in terra respice. ℣ Atque nostra clementer suscipe vota.

[1] stulte: E.
[2] 'Enim' om.: E.S. pro 'enim' dum: G.
[3] ℣ om.: E. [4] 'proles' om.: W.R.
[5] '*xiij.*' add: E.G.S.

¶ *Alia secundum Matheum.*[5]

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro. Et reliqua.

Omelia beate gregorii pape. L. vij.

Ecce enim[6] regnum celorum thesauro abscondito comparatur[7]: quem qui invenit homo abscondit: et pre gaudio illius vadit et vendit universa que habet: et emit agrum illum. In presenti etenim vita fratres quasi in via sumus qua ad patriam pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. *Lectio viij.*

Depredari ergo desiderat: qui thesaurum publice in via portat. Hoc autem dico non ut proximi opera nostra non videant: cum scriptum sit: ut videant opera vestra bona: et glorificent patrem vestrum qui in celis est: sed ut[8] opus vestrum sic sit in publico: quatinus intentio maneat in occulto. *Lectio ix.*

Thesaurus iste fratres celeste est desiderium. Ager[9] vero in quo thesaurus absconditur: disciplina studii celestis. Quem profecto agrum venditis omnibus comparat qui voluptatibus carnis renunciat: cunctaque sua terrena desideria[10] per discipline celestis custodiam calcat. *ps̄.* Te deum. ℣ Specie tua et pulchritudine. *In laudibus antiphona.*

Hec est virgo sapiens et una de numero prudentum. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Veni

[6] pro 'enim' fratres: G.
[7] comparavit: R.
[8] 'ut' om.: E.G.N.S.
[9] pro 'Ager' Age: S.
[10] eterno desiderio: R.

Digitized by Google

sponsa Christi accipe coronam quam tibi dominus preparavit in eternum. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Hec est virgo sapiens quam dominus vigilantem invenit. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Media nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obviam ei. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Tunc surrexerunt omnes virgines ille et ornaverunt lampades suas. *ps̄.* Laudate. *Capit.*

Sapientia vincit maliciam attingit ergo a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. Deo gratias. *Hymnus.*

Jesu corona virginum quem mater illa concepit que sola virgo parturit hec vota clemens accipe. Qui pascis inter lilia septus coreis[1] virginum sponsas decorans gloria sponsisque reddens premia. Quocunque pergis virgines sequuntur atque laudibus post te canentes cursitant hymnosque dulces personant. Te deprecamur largius nostris adauge sensibus nescire prorsus omnia corruptionis vulnera. Deo patri.[2] ℣ Adducentur regi virgines post eam. Proxime ejus afferentur tibi. *In evang. Añ.* Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit exite obviam Christo[3] domino. *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra. Ad primam antiphona.* Hec est virgo. *ps̄.* Deus in nomine tuo. *Antiphona.* Gratia. *ps̄.* Quicunque vult. *etc.* ¶ *Ad tertiam antiphona.* Veni sponsa. *ps̄.* Legem pone. *Cap.* Qui gloriatur. *Re.* Diffusa est gratia. In[4] labiis tuis. ℣ Propterea benedixit te deus in eternum. In labiis. Gloria patri. Diffusa. ℣ Specie tua. *Oratio ut supra.* ¶ *Ad sextam añ.* Hec est virgo. *ps̄.* Defecit. *Capitulum.* Sapientia vincit. *Re.* Specie tua. Et pulchritudine tua. ℣ Intende prospere procede et regna. Et pulchritudine: Gloria patri. Specie tua. ℣ Adjuvabit. *Oratio ut supra.* ¶ *Ad nonam añ.* Tunc surrexerunt. *ps̄.* Mirabilia. *Cap.*

Emulor enim vos dei emulatione despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo. *Re.* Adjuvabit eam. Deus vultu suo. ℣ Deus in medio ejus non commovebitur. Deus vultu. Gloria. Adjuvabit. ℣ Adducentur. *Oratio ut supra.* ¶ *Ad vesperas*: Hec est virgo sapiens *et cetere Antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Emulor enim vos. *Si duplex fuerit. Re.* O mater nostra. *sine prosa. Hymnus.* Jesu corona. ℣ Diffusa est. *In evangelio añ.* Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas inventa una preciosa dedit omnia sua et comparavit eam. *ps̄.* Magnificat. *Oratio ut supra.*

¶ *In natali unius virginis trium lectionum.*

Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Cap. Qui gloriatur. *Hymn.* Virginis proles. ℣ Diffusa est. *In evangelio añ.*

[1] choreis: E.G.S.

[2] 'sit gloria ejusque soli filio cum spiritu paraclito et nunc et imperpetuum amen' add: R.

[3] pro 'Christo' ei: E.G.S.

[4] in: E.S.

Digitized by Google

Simile est regnum celorum sagene. *ps.* Magnificat. *Oratio ut supra.* ¶ *Ad mat. Invi.* Regem virginum dominum. Venite adoremus. *ps.* Venite. *hymnus* Virginis proles. *In nocturno an.* Ante thorum. *cum psalmis unius virginis sub hac antiphona.* ℣ Diffusa est gratia. *Tres lectiones. Lectio j.* Auctor et consecrator. *ut supra. de prima et secunda turba alternatim sumpta. Si plura festa unius virginis in septimana contigerint.* ℣ Specie tua. *In laudibus hec sola an.* Hec est virgo. *ps.* Deus[1] regnavit (*j.*) *Capit.* Sapientia. *hym.* Jesu corona. ℣ Adducentur. *In evan. an.* Quinque prudentes. *ps.* Benedictus. *Oratio ut supra. Ad horas cetere antiphone de laudibus Cap. Responsoria et oratio ut supra.*

¶ *In natali plurimarum virginum.*

Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Si duplex fuerit dicantur iste antiphone super psalmos feriales. Antiphona.

Laus tibi domine rex omnipotens qui castis virginibus tibi placentibus preparasti gaudia sempiterna. *An.* Veneremur virgines sanctas que carnis desideriis restiterunt et in Jesu Christi servitio permanserunt. *An.* In celis enim gaudent virgines et cantant canticum novum ante thronum[2] dei. *An.* Feliciter virgines vincunt mundum que post victoriam vinci non norunt. *An.* Rogate virgines sancte dominum ut nobis indignis propicius esse dignetur nunc et in futuro. *Capitulum.*

Dabo virginibus dicit dominus in domo mea et in muris meis locum et nomen melius a filiis et filiabus nomen sempiternum dabo eis quod non peribit. *Re.* Audivi vocem. ℣ Media nocte. *Hymnus.* Virginis proles opifexque matris virgo quem gessit peperitque virgo virginum festum canimus tropheum accipe votum. ℣ Harum obtentu. ℣ Gloria patri. ℣ Offerentur regi virgines post eam domino. Proxime ejus offerentur tibi. *In evangelio an.* Gaudent felices puelle que a contagiis se servaverunt[3] atque transitorias voluptates pro Christi nomine respuerunt. *ps.* Magnificat. *Oratio.*

Exaudi nos deus salutaris noster ut sicut de beatarum virginum tuarum festivitate gaudemus ita pie devotionis erudiamur affectu. Per dominum. *Ad ma. Invi.* Agnum sponsum. *ps.* Venite. *hymnus* Virginis proles. *ut supra. In primo noct. an.* Simile est regnum celorum decem virginibus: que accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponse. *ps.* Domine dominus noster. *An.* Quinque autem ex eis erant fatue: et quinque prudentes: sed quinque fatue acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. *ps.* Celi enarrant. *An.* Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: moram autem faciente sponso

[1] Dominus: R.E.G.S.
[2] thoronum: R.
[3] servarunt: G.S.

Digitized by Google

dormitaverunt omnes et dormierunt. *ps.* Domini est terra. ℣ Offerentur regi. *Lectio j.*

Invitat integritatis amor ut aliquid de virginitate dicamus: ne veluti transitu quedam[1] prestricta videatur: que principalis est virtus. Non enim ideo laudabilis est virginitas quia et in martyribus reperitur: sed quia ipsa martyres faciat. *Re.* Venerande estis virgines sancte: que carnis desideriis restitistis: et in Jesu Christi servitio permansistis. Ipsum rogate: ut nobis propicius esse dignetur in hoc seculo atque in futuro. ℣ Beate estis virgines sancte: que gaudiis celestibus meruistis perfrui. Ipsum. *Lectio ij.*

Quis autem humano eam possit ingenio comprehendere: quam nec natura suis inclusit legibus? Aut quis naturali voce complecti: quod supra usum nature sit? E[2] celo accersivit: quod imitaretur in terris. *Re.* Quinque prudentes Acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: ℣ Ut parate introirent cum sponso ad nuptias. Acceperunt. *Lectio iij.*

Nec immerito vivendi sibi usum quesivit e celo: que sponsum sibi invenit in celo. Hec nubes aera angelos syderaque transgrediens verbum dei in ipso sinu invenit patris: et toto hausit pectore. *Re.* Feliciter virgines vincunt mundum. Que post victoriam vinci non norunt. ℣ Beate de prelio redeunt: et hostem victrices moriendo devincunt. Que. Gloria. Que. *In ij. nocturno añ.* Media nocte clamor factus est: ecce sponsus venit exite obviam ei. *ps.* Eructavit. *Añ.* Tunc surrexerunt omnes virgines ille et ornaverunt lampades suas: fatue autem sapientibus dixerunt: date nobis de oleo vestro: quia lampades nostre extinguuntur. *ps.* Deus noster refugium. *Añ.* Responderunt prudentes dicentes: ne forte non sufficiat nobis et vobis[3]: ite potius ad vendentes et emite vobis. *ps.* Fundamenta. ℣ Prudentes virgines aptate lampades vestras. Ecce sponsus venit: Exite obviam ei.

Quis tantum cum[4] [*Lectio iiij.* invenerit relinquat boni? Unguentum enim exinanitum est nomen tuum: propterea adolescentule dilexerunt te et attraxerunt te.[5] Postremo non meum est illud: quoniam qui non nubent neque nubentur: erunt sicut angeli in celo. *Re.* Offerentur regi. ℣ Prudentes. *Quere post octavam lectionem unius virginis.* *Lectio v.*

Nemo ergo miretur: si angelis comparentur: que angelorum domino copulantur. Quis igitur neget hanc vitam fluxisse de celo: quam non facile invenimus in terris: nisi postquam deus in hec terreni corporis membra descendit. Tunc in utero virgo concepit: et verbum caro factum est: ut caro fieret deus. *Re.* Simile est regnum celorum decem virginibus que accipientes lampades suas.

[1] quodam: R.E.G.S.
[2] 'E' om.: E.S.
[3] 'et vobis' om.: S.
[4] pro 'cum' quantum: G.
[5] 'te' om.: E.G.S.

Digitized by Google

Exieruntobviamsponsoetsponse. ℣ Prudentes vero virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Exierunt. *Lec. vj.* Quem auctorem possimus[1] estimare charitatis: nisi immaculatum dei filium: cujus caro non vidit corruptionem: divinitas non est experta contagionem. Videte igitur quanta virginitatis merita sunt: Christus ante virginem: Christus ex virgine. *Re.* Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Media autem nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obviam Christo domino. ℣ Tunc surrexerunt omnes virgines ille et ornaverunt lampades suas. Media. Gloria. Media. *In iij noct. añ.* Dum autem irent emere venit sponsus et que parate erant intraverunt cum eo ad nuptias et clausa est janua. *ps̄.* Cantate (j.) *añ.* Novissime vero veniunt et relique virgines dicentes domine domine aperi nobis: at ille respondens ait: Amen dico vobis nescio vos vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* In celis gaudent virgines et cantant canticum novum ante thronum dei: quia notum fecit dominus salutare suum. *ps̄.* Cantate (ij.). ℣ Offerentur in leticia et exultatione. Adducentur in templum regis. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii secundum matheum.* Simile est regnum celorum decem virginibus. *Omelia ut supra in festo unius virginis.*[2] *Re.* Media nocte clamor factus est. Ecce sponsus advenit exite obviam ei. ℣ Prudentes autem virgines aptate lampades vestras. Ecce. *viij Resp.* Media nocte clamor factus est ecce sponsus venit exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines et ornatis lampadibus suis intraverunt cum eo ad nuptias. ℣ Hora jam noctis media vox intonuit de celis lapsa: ecce sponsus venit. Tunc. *ix Re.* Audivi vocem. ℣ Media nocte *quere post sextam lectionem unius virginis.* *ps̄.* Te deum. ℣ Prudentes virgines.

In laudibus antiphona.

Pangamus deo nostro gloriam qui sanctis virginibus talem dedit victoriam ut carnis calcarent desideria et pervenirent ad regna celestia. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Beate estis virgines sancte que gaudiis celestibus perfrui meruistis. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Virgines sancte dei orate pro nobis ut scelerum veniam per vos accipere mereamur. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Rogamus vos virgines beate ut nos precibus vestris sacrosanctis jugiter commendare dignemini Christo domino. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Laus et honor Jesu Christo cujus dono sancte virgines honorantur semper in terris et gloriam habent perpetuam in celis. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Dabo virginibus. *hymnus.* Jesu corona virginum. ℣ Adducentur. *In evangelio antiphona.* Venerande estis virgines sancte que carnis desideriis restitistis: et in Jesu Christi servitio permansistis: ipsum rogate: ut nobis

[1] possumus: R.

[2] '*vij.*' *add: G.*

Digitized by Google

indignis propicius esse dignetur in hoc seculo atque in futuro. ℣[1] Benedictus. *Oratio ut supra.* *Ad primam.* *añ.* Pangamus. *ps̄.* Deus in nomine. *Añ.* Gratias. *ps̄.* Quicunque *etc.* *Ad tertiam añ.* Beate estis. *ps̄.* Legem pone. *Cap.* Dabo virginibus. *Re.* Offerentur regi virgines Post eam domino. ℣ Proxime ejus offerentur tibi. Post. Gloria. Offerentur. ℣ Prudentes virgines. *Oratio ut supra.* *Ad sextam añ.* Virgines sancte. *ps̄.* Defecit. *Cap.* Sapientia vincit. *Re.* Prudentes virgines. Aptate lampades vestras. ℣ Ecce sponsus venit: exite obviam ei. Aptate. Gloria. Prudentes. ℣ Offerentur in leticia. *Oratio ut supra.* *Ad nonam añ.* Laus et honor. *ps̄.* Mirabilia. *Capitulum.*

De virginibus preceptum domini non habeo: consilium autem do[2] tanquam misericordiam consecutus a domino: ut sim fidelis. *Re.* Offerentur. In leticia et exultatione. ℣ Adducentur regis in templum.[3] In leticia. Gloria. Offerentur. ℣ Adducentur. *Oratio ut supra.* *Ad vesperas antiphona.* Pangamus *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus.* *Ca.* De virginibus. *Si duplex fuerit.* *Re.* Quinque prudentes. *Hym.* Jesu corona. ℣ Offerentur regi. *In evangelio añ.* Assit nobis virginum sanctarum precatio benigna: que nos a cunctis defendat adversis: et in Christi confortet servitiis. *ps̄.*: Magnificat. *Oratio ut supra.*

In festo iij lectionum ad vesperas antiphone et psalmi feriales. *Capitulum.* Dabo virginibus. *Responsorium non dicitur.* *Hym.* Virginis proles. *ut supra.* ℣ Offerentur regi. *In evangelio añ.* Gaudent felices. *ps̄.* Magnificat. *Oṝo.* Exaudi. *ut sup.* *Ad matutinas Invita.* Regem virginum. *ps̄.* Venite. *Hym.* Virginis proles. *In nocturno antiphona.* Hym.[4] est regnum celorum decem. *ps̄.* Domine dominus noster. *Et ceteri psalmi unius virginis sub hac añ.* ℣ Offerentur regi. *Tres lectiones lectio prima.* Invitat integritatis *etc.* *ut supra.* *Responsoria de prima et secunda turba alternatim sumpta.*

Si plura festa plurimarum virginum in septimana contigerint. ℣ Prudentes virgines. *In laudibus hec sola añ.* Pangamus. *ps̄.* Dominus regnavit. *etc.* *Capitulum.* De virginibus. *Hym.* Jesu corona. ℣ Adducentur regi. *In evangelio añ.* Venerande estis. *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra.* *Ad horas cetere antiphone de laudibus.* *Cap.* *Responsoria et oratio ut supra.*

¶ *In natali unius matrone.*

Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. *Si duplex fuerit: dicantur prime antiphone super psalmos feriales.* *Añ.* Tota pulchra es.[5] *quere supra in*

[1] *pro* '℣' *ps̄.*: *S.*
[2] 'do' om.: R.
[3] in templum regis: G.
[4] Sic apud Y. Forsitan perperam pro 'Simile.' Ita enim in omnibus aliis exemplaribus scriptum est.
[5] 'amica mea et macula non est in te favus distillans labia tua mel et lac sub lingua tua odor unguentorum tuorum super omnia aromata jam enim hyems transiit

Digitized by Google

assumptione beate marie virginis.[1] *Añ.* Unguentum effusum. *et*[2] *ceterc antiphone unius virginis.* *Capitulum.*

Mulierem fortem quis inveniet: procul et de ultimis finibus precium ejus: confidit in ea cor viri sui: et spoliis non indigebit. *Re.* Regnum mundi. ℣ Eructavit. *Hymnus.* Hec rite mundi gaudia hujus caduca respuens[3] cum angelis celestibus leta potitur premiis. Hujus benigne annue. *etc. ut patet supra in hymno de laudibus unius confessoris et pontificis.* ℣ Diffusa est. *In evangelio añ.* Simile est regnum celorum sagene. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Omnipotens sempiterne deus: da nobis in festivitate beate N. congrua devotione. *et cetera ut supra unius virginis. Ad matu. Invita.* Eternum trinumque deum laudemus et unum. Qui sibi N. transvexit[4] ad ethera sanctam. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Hec rite. Hujus benigne. Sit Christe. *In primo nocturno añ.* Veni electa mea et ponam in te[5] thronum meum: quia concupivit rex speciem tuam. *ps̄.* Domine dominus noster. *Añ.* Nigra sum. *ps̄.* Celi enarrant. *Añ.* O quam pulchra. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Diffusa est gratia. *Lectio j.*

Sancta ecclesia sagene comparatur: quia et piscatoribus est commissa: et per eam quisque ad eternum regnum a presentis seculi fluctibus trahitur: ne in eterne mortis profundo mergatur. Que ex omni genere piscium congregat: quia ad peccatorum veniam sapientes et fatuos: liberos et servos: divites et pauperes: fortes et infirmos vocat. *Re.* Diffusa. *L. ij.*

Que sagena scilicet tunc universaliter repletur: cum in fine suo humani generis summa concluditur. Quam educunt: et secus littus sedent: quia sicut mare seculum: ita seculi finem significat littus maris. *Re.* Propter veritatem. *Lectio iij.*

In quo scilicet fine boni pisces in vasis eliguntur: mali autem projiciuntur foras. Quia et electus quisque in tabernacula eterna recipitur: et interni regni luce prodita: ad exteriores tenebras reprobi pertrahuntur. *Re.* Regnum mundi. *In ij. nocturno añ.* Specie tua. *ps̄.* Eructavit. *Añ.* Adjuvabit eam. *ps̄.* Deus noster refugium. *Añ.* Unguentum effusum nomen tuum: ideo adolescentule dilexerunt te nimis. *ps̄.* Fundamenta. ℣ Specie tua. *Lectio iiij.*

Nunc enim bonos malosque communiter quasi commixtos pisces fidei sagena nos continet: sed littus indicat: sagena id est sancta ecclesia quid trahebat.[6] Et quidem pisces qui capti fuerint mutari non possunt: nos autem mali capimur: sed in

imber abiit et recessit flores apparuerunt vinee florentes odorem dederunt et vox turturis audita est in terra nostra surge propera amica mea veni de libano veni coronaberis' add: R.

[1] '*quere su. in ass. b. m. v.*' *om.*: *R.*

[2] '*et*' *om.*: *R.*

[3] pro 'resp.' nesciens: R.

[4] transvehit: R.

[5] 'te in': G.

[6] pro 'quid' qui: R. pro 'sag. id est sancta eccl. quid trah.' quid sagena id est sancta ecclesia trahebat: G.

Digitized by Google

bonitatem permutamur. *Re.* Veni electa. *Lectio v.*

Cogitemus igitur in captione: ne[1] dividamur in littore. Ecce quam grata nobis est hodierna solennitas: ita ut se non modicum addicat[2]: si cui ex conventu nostro deesse contingat. *Re.* Dilexisti justiciam. *Lectio vj.*

Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli etc. Hoc jam fratres karissimi timendum est potius quam exponendum. Aperta enim voce tormenta peccantium dicta sunt: ne quis ad ignorantie sue excusationem recurreret: si quid de eterno supplicio obscure diceretur.[3] *Re.* Audivi vocem. *In iij nocturno añ.* Inventa bona. *ps̄.* Cantata (*j.*). *Añ.* Cum esset rex in accubitu suo: nardus mea dedit odorem suavitatis. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* Leva ejus sub capite meo et dextera ejus amplexabitur me. *ps̄.* Cantate (*ij.*). ℣ Adjuvabit. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii secundum matheum.* Simile est regnum celorum thesauro. *Omelia ut supra in festo unius virginis. vij Re.* Pulchra facie sed pulchrior fide beata es N. respuens mundum letaberis cum angelis. Intercede pro omnibus nobis. ℣ Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Intercede. *viij Re.* Offerentur. *ix Re.* O mater nostra. *sed sine prosa. ps̄.* Te Deum. ℣ Specie tua et pulchritudine. *In laudibus añ.* Veni sponsa Christi. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Quam pulchra es amica mea quam pulchra es et decora oculi tui columbarum all'a. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Sicut malus inter ligna silvarum sic amica mea inter filias. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Media nocte. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Tunc intraverunt que parate erant et clausa est janua. *ps̄.* Laudate. *Capitulum.* Mulierem. *Hymnus.* Hujus obtentu. ℣ Gloria patri. *quere in hymno* Virginis proles. ℣ Adducentur. regi. *In evangelio añ.* Simile est regnum celorum homini negociatori. *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra.* ¶ *Ad primam añ.* Veni sponsa. *ps̄.* Deus in nomine tuo *etc. añ.* Gratias. *ps̄.* Quicunque. *Ad tertiam añ.* Quam pulchra. *ps̄.* Legem pone. *Capitulum.* Mulierem fortem. *Re.* Diffusa est. *Oratio ut supra. Ad sextam añ.* Sicut malus. *ps̄.* Defecit. *Capitulum.*

Accinxit fortitudine lumbos suos et roboravit brachium suum: gustavit et vidit quoniam bona est negociatio ejus non extinguetur in nocte lucerna ejus. *Re.* Specie tua. *Oratio ut supra.* ¶ *Ad nonam añ.* Tunc intraverunt. *ps̄.* Mirabilia. *Cap.*

Mulier timens deum ipsa laudabitur date ei de fructu manuum suarum et laudent eam in portis opera ejus. *Re.* Adjuvabit eam. *Oratio ut supra.* ¶ *Ad vesperas añ.* Veni sponsa. *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Capitulum.* Mulier timens. *Si duplex fuerit*

[1] 'ne' om.: R.E.G. [2] abdicat: R. [3] dicerentur: E.S.

Digitized by Google

Re. O mater nostra. *Hymnus* Hujus obtentu. ℣ Diffusa est. *In evangelio añ.* Accinxit fortitudine lumbos suos et roboravit brachium suum : ideoque lucerna ejus non extinguetur in sempiternum. *ps̄.* Magnificat. *Oratio ut supra.* ¶ *In festo trium lect. ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Capitulum* Mulierem fortem. *Responsorium non dicitur. Hymnus.* Hec rite. Hujus benigne. Sit Christe. ℣ Diffusa est. *In evangelio antiphona.* Simile est regnum celorum sagene. *ps̄.* Magnificat. *oratio.* Omnipotens sempiterne deus da nobis in festo beate N. *Ad matutinas invitatorium.* Eternum trinumque. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Hec rite. *ut supra. In nocturno añ.* Veni electa. *ps̄.*

Domine dominus noster. *et ceteri psalmi unius virginis sub hac antiphona.* ℣ Diffusa est. *Tres lectiones. Lectio j.* Sancta ecclesia sagene comparatur. *Responsoria de prima et secunda turba alternatim sumpta : si plura festa unius matrone in septimana contigerint.* ℣ Specie tua. *In laudibus hec sola añ.* Veni sponsa. *ps̄.* Dominus regnavit. *et cetera. Capitulum.* Mulierem fortem. *Hymnus.* Hujus obtentu. Gloria patri. ℣ Adducentur regi. *In evangelio añ.* Simile est regnum celorum homini negociatori. *Re.*[1] Benedictus. *Oratio ut supra. Ad horas antiphone de laudibus. Capitulum. Responsoria et oratio ut supra.*

[1] *pro 'Re.' pš.: R.*

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTORALE.

Digitized by Google

Digitized by Google

[1]¶ *In festo sancti Andree apostoli. Si festum sancti Andree in prima dominica adventus evenerit: transferatur usque in feriam secundam et die sabbati jejunetur vigilia: et fiat servitium de sancto Saturnino. et missa de vigilia in eodem sabbato: et in dominica habebit omnino vesperas suas: sicuti habebit: si in secunda feria festum ejus evenerit: cum antiphonis suis propriis: quia festum ejus duplex est. et psalmis dominicalibus. sed cum oratione* Majestatem. *Et fiet memoria de adventu cum añ.* Ne timeas *et oratione* Excita domine. *et memoria de domina*[2] *cum antiphona* Beata es maria. *Fiet etiam memoria de martyribus Crisanto et Daria: in primis vesperis de apostolo quando festum apostoli transfertur in crastinum.*

¶ *Et sciendum est: quod in omnibus vigiliis festorum vigilias habentium: sive sint de temporali: sive de sanctis: semper ad primas vesperas dicatur oratio de vigilia: nisi festum differatur. et tunc dicatur oratio de die: preterquam in vigilia nativitatis beate marie virginis: ubi ad primas vesperas dicitur oratio de die. Si autem infra adventum hoc festum evenerit: non dicetur psalmus.* Te deum. *nec* Gloria in excelsis. *nec* Ite missa est.

¶ *Et notandum quod infra octavas sancti andree fiet servitium*

de sancto andrea feria quarta vel quinta nisi impediatur per commemorationem beate virginis: vel per festum Crisanti et Darie. Aliis vero feriis infra octavas dicetur de adventu: nisi impediatur ex causis predictis. Si in dominica hec vigilia evenerit: fiat memoria de sancto saturnino ad vesperas et[3] *matutinas.*

¶ *In vigilia sancti andree apostoli ad matutinas de sancto saturnino dicatur: si in die feriali evenerit et cum nocturno et tribus lectionibus de martyribus: responsoria et cetera que sequuntur: sumantur de communi unius martyris cum oratione* Deus qui nos.

¶ *In vigilia sancti andree apostoli ad vesperas super psalmos feriales.* *Antiphona.*

Unus ex duobus qui secuti sunt dominum erat andreas frater symonis petri all'a. *Añ.* Dignum sibi dominus computavit martyrem quem vocavit apostolum dum esset in mari. alleluya. *Añ.* Dilexit andream dominus in odorem suavitatis alleluya. *Añ.* Andreas Christi famulus: dignus deo apostolus: germanus petri: et in passione socius. *Añ.* Qui persequebatur justum: demersisti eum domine in inferno: et in ligno crucis dux justi fuisti. *Capitulum.*

Corde creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura:

[1] *'Incipit proprium de sanctis tempore hyemali' add: E.G.S.*

[2] *dominica: E.G.*

[3] *'ad' add: E.G.*

Digitized by Google

omnis qui credit in illum non confundetur. *Re.* Vir perfecte pietatis et dux innocentie: vota plebis tua festa celebrantis[1] suscipe. Et astantes laudis tue servulos officio precibus tuis adjunge sanctorum collegio. ℣ Imitator Jesu Christi sub crucis patibulo: nos andrea fac consortes celi contubernio. Et astantes. Gloria. Et. *Hymnus.*

Andrea pie sanctorum mitissime obtine nostris erratibus[2] veniam et qui gravamur sarcina peccaminum subleva tuis intercessionibus. *Hym.* Annue Christe. ℣ Dilexit andream dominus. In odorem suavitatis. *Añ.* Cum pervenisset beatus andreas ad locum ubi crux parata erat: exclamavit et dixit: o bona crux diu desiderata: et jam concupiscenti animo preparata: securus et gaudens venio ad te: ita ut et tu exultans suscipias me discipulum ejus qui pependit in te. *ps̄.* Magnificat.

Quesumus omnipotens [*Oratio.* deus: ut beatus andreas apostolus tuum pro nobis imploret auxilium: ut a nostris reatibus absoluti: a cunctis etiam periculis eruamur. Per dominum nostrum Jesum. *Memoria de adventu: et de domina: si infra adventum evenerit.*[3] *Invita.* Adoremus victoriosissimum regem Christum: Qui victorem per crucis tropheum coronavit beatum andream apostolum. *ps̄.* Venite. *Hym.* Eterna Christi. *In j. nocturno añ.* Andreas apostolus dixit ad egeam: tanto meo regi deo ero acceptior: quanto pro ejus amore fuero permanens in tormentis confessor. *ps̄.* Celi enarrant. *añ.* Ego crucis Christi servus sum: et crucis tropheum optare potius debeo quam timere. *ps̄.* Benedicam. *añ.* Cunque carnifices apostolum ducerent ut cruciaretur: concursus factus est populorum clamantium justus homo et amicus dei: quid fecit: ut ducatur ad crucem. at ille rogabat populum ut non impedirent passionem ejus. *ps̄.* Eructavit cor meum. ℣ In omnem terram.[4]

Proconsul egeas patras [*Lec. j.* civitatem ingressus: cepit compellere credentes in Christum ad sacrificia idolorum. Cui occurrens sanctus andreas dixit. Oportebat ut tu qui judex esse hominum comprobaris: judicem tuum qui in celis est cognosceres et agnitum coleres: et colendo eum qui verus est deus: ab his qui veri dii non sunt animum revocares. *Re.* Dum perambularet dominus supra mare secus littus galilee vidit[5] petrum et

[1] celebrantis tua festa: G.

[2] errantibus: S.

[3] '*Si festum sancti andree ante adventum evenerit dicitur* [*dicatur: G.*] *completorium ut in tempore estivali si infra adventum evenerit dicitur* [*dicatur: G.*] *cum antiphonis ut notatur in adventu cum isto hymno in utroque tempore.*

'Salvator mundi domine qui nos salvasti hodie in hac nocte nos protege et salva omni tempore. Adesto nunc propicius et parce supplicantibus: tu dele nostra crimina tu tenebras illumina. Ne mentem somnus opprimat nec hostis nos surripiat nec ullis caro petimus commaculetur sordibus. Te reformator sensuum votis precamur cordium ut puri castis mentibus surgamus a cubilibus. Deo patri sit gloria ejusque soli filio cum spiritu paraclito et nunc et imperpetuum. *Ad matu.*' add: E.G.

[4] 'exivit sonus eorum. Et in fines orbis terre verba eorum' add: G.

[5] videns: G.

Digitized by Google

andream retia mittentes in mare: vocavit eos dicens: Venite post me: faciam vos piscatores hominum. ℣ Erant enim piscatores: et ait illis. Venite post me. *Lec. ij.*

Egeas dixit. Ista superstitiosa[1] et vana sunt verba. Nam Jesus vester dum hec predicaret: judei illum crucis patibulo affixerunt. Beatus andreas respondit: O si velis scire mysterium crucis quam rationabili caritate auctor humani generis pro restauratione nostra hoc crucis patibulum non invitus: sed sponte suscepit. *Re.* Mox ut vocem domini predicantis audivit beatus andreas relictis retibus: Quorum usu actuque vivebat: eterne vite secutus est premia largientem. ℣ Ad unius jussionis vocem beatus andreas relictis retibus: Quorum usu.

Egeas dixit: cum [*Lectio iij.* traditus asseratur hic a suo disciplo: et a judeis tentus: et ante presidem adductus: et ad petitionem judeorum a militibus presidis crucifixus: quomodo tu dicis eum sponte crucis subiise patibulum? Andreas respondit. Ideo ego dico spontaneum: quia simul cum ipso fui[2] cum a suo discipulo traderetur: et antequam traderetur: dixit nobis quod tradendus esset et crucifigendus pro salute hominum: et die tertia resurrecturum se esse predixerat. *Re.* Homo dei ducebatur ut crucifigerent eum: populus autem clamabat voce magna dicens: Innocens ejus sanguis sine causa damnatur. ℣ Cunque carnifices ducerent eum ut crucifigeretur: factus est concursus populorum clamantium et dicentium. Innocens. Gloria. Innocens. ℭ *In ij. nocturno añ.* Cum pervenisset beatus andreas ad locum ubi crux parata erat: videns eam a longe exclamabat voce magna dicens: salve crux: que in corpore Christi dedicata es: et ex membris ejus tanquam margaritis ornata. *ps̄.* Omnes gentes. *Añ.* Antequam te ascenderet dominus noster o beata crux: timorem terrenum habuisti: modo vero amorem celestem obtinens pro voto susciperis. *ps̄.* Exaudi deus deprecationem. *añ.* Amator tuus semper fui: et desideravi te amplecti o bona crux. *ps̄.* Exaudi deus orationem. ℣ Constitues eos. *Lec. iiij.*

Hec et his similia dicente apostolo: indignatus egeas ipsum cruci affigi precepit: mandans hoc questionariis: ut ligatis pedibus et manibus quasi in eculeo[3] tenderetur. ne clavis affixus cito deficeret: sed potius cruciaretur longo cruciatu. Accedentes vero carnifices levaverunt eum in cruce: et extensis funibus per totum corpus ejus: sicut eis jussum fuerat suspenderunt. Dixit autem populus ad egeam: Male judicasti iniqua sunt judicia tua. *Re.* O bona crux: que decorem et pulchritudinem de membris domini suscepisti. Accipe me ab hominibus: et redde me magistro meo: ut per te me recipiat: qui per te me redemit. ℣ Salve crux que in corpore Christi

[1] supersticiosa: S. [2] fuit: S. [3] equuleo: E.G.S.

Digitized by Google

dedicata es: et ex membris ejus tanquam magaritis ornata. Accipe. *Lectio v.*

Egeas vero expavescens populum: et promittens se eum[1] deponere: simul cepit ire. Quem videns sanctus andreas dixit: Quid tu ad nos egea venisti? Si vis credere Christo: aperietur tibi via indulgentie: sicut promisi. Si autem venis ad hoc tantum ut me solvas: ego penitus hinc de ista cruce vivens in corpore deponi non potero. Mittentes autem manus ad crucem carnifices: non potuerunt penitus contingere eum. *Re.* Salve crux que in corpore Christi dedicata es: et ex membris ejus tanquam margaritis ornata. Suscipe discipulum ejus qui pependit in te. ℣ O bona crux: diu desiderata: et jam concupiscenti animo preparata. Suscipe. *Lectio vj.*

Tunc voce magna sanctus Andreas dixit: Domine Jesu Christe: magister bone: quem dilexi: quem cognovi: quem confessus sum: jube me de ista cruce non deponi: nisi ante spiritum meum susceperis. Et cum hec dixisset: videntibus cunctis splendor nimius sicut fulgur de celo veniens: ita circundedit eum: ut penitus pre ipso splendore oculi humani eum non possent aspicere. Cunque permansisset splendor fere dimidie hore spacio: abscedente lumine emisit spiritum simul cum ipso lumine pergens ad dominum: cui est honor et gloria in secula seculorum. *Re.* Gloriosus apostolus dei andreas: dum ad hunc deponendum veniret egeas: tu me inquit penitus non attingas: sed si credideris: tormenta evades curre miser dum potes. In cruce pendens biduo predicabat populo. ℣ Qui fere spacio dimidie hore immensi luminis circundatus splendore: abscedente lumine emisit spiritum: cum palma martyrii pergens ad Christum. In cruce. Gloria. In cruce. *Aliud responsorium.* Oravit sanctus andreas dum respiceret celos voce magna clamavit: et dixit: tu es deus meus quem vidi. Ne me patiaris ab impio judice deponi: quia virtutem sancte crucis agnovi. ℣ Tu es magister meus Christe: quem dilexi: quem cognovi: quem confessus sum: tantummodo in ista me voce exaudi. Ne me. Gloria. Quia. *In iij. nocturno añ.* Accedentes carnifices levaverunt eum in cruce et extendentes funibus totum corpus ejus: sicut eis jussum fuerat suspenderunt. *ps̄.* Confitebimur. *Añ.* Omnis interea populus conclamabat dicens: virum sanctum pudicum: ornatum moribus: bonum doctorem: pium: modestum: rationabilem: non debere hoc pati: sed debere de cruce deponi. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* Tunc sanctus andreas ait: jam regem meum video: jam adoro: jam in ejus conspectu consisto. *ps̄.* Dominus regnavit irascantur. ℣ Nimis honorati sunt amici. *Secundum Mattheum.*

In illo tempore: Ambulans Jesus juxta mare galilee vidit duos fratres: symonem qui vocatur petrus: et andream

[1] secum: S.

Digitized by Google

fratrem ejus: et vocavit eos. Et reliqua.

Omelia beate gregorii pape. Lec. vij.

Nulla miracula fratres adhuc Jesum facere viderant petrus et andreas: nihil ab eo de premio eterne retributionis audierant: et tamen ad unum domini preceptum: hoc quod possidere videbantur: obliti sunt. Quanta nos ejus miracula videmus: quot flagellis affligimur: quantis minarum asperitatibus deterremur: et tamen vocantem sequi contemnimus. *Re.* Doctor bonus et amicus dei andreas ducitur ad crucem aspiciens a longe vidit crucem. Salve crux: suscipe discipulum ejus qui pependit in te magister meus Christus. ℣ Cum vero pervenisset ad locum ubi crux parata erat: videns eam a longe exclamavit dicens: Salve crux.

Quid fratres carissimi: [*Lec. viij.* quid in ejus judicio dicturi sumus: qui ab amore hujus seculi: nec preceptis flectimur: nec verberibus emendamur. Sed fortasse fratres aliquis sibi tacitis cogitationibus dicit: Ad vocem dominicam uterque iste piscator: quid aut quantum dimisit: qui pene nihil habuit? Sed in hoc[1] fratres carissimi affectum potius debemus pensare quam censum. Multum reliquit: qui sibi nihil retinuit. *Re.* Dilexit Andream dominus: in odorem suavitatis: dum penderet in cruce: dignum sibi computavit martyrem: quem vocavit apostolum dum esset in mari. Et ideo amicus dei appellatus est. ℣ Elegit eum dominus: et excelsum fecit eum. Et ideo. *Lectio ix.*

Multum ergo petrus et andreas dimisit: quando uterque desideria habendi dereliquit. Multum dimisit: qui cum re possessa etiam concupiscentiis renunciavit. A sequentibus ergo tanta dimissa sunt: quanta a non sequentibus concupisci potuerunt. Multa fratres relinquitis: si terrenis desideriis renunciatis. Despiciamus ergo que terrena sunt relictis temporalibus meremur eterna. *Re.* Vir iste in populo suo mitissimus apparuit: sanctitate autem et gratia plenus iste est qui assidue orat: Pro populo et pro civitate ista. ℣ Pro eo ut me diligerent: detrahebant mihi: ego autem orabam. Pro populo. Gloria. Pro populo. *Si ante adventum evenerit. ps̄.* Te deum. ℣ Dilexit andream dominus.

In laudibus an̄.

Salve crux preciosa: suscipe discipulum ejus qui pependit in te: magister meus Christus. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Concede nobis hominem justum: redde nobis hominem sanctum: ne interficias hominem deo carum[2] justum mansuetum et pium. *ps̄.* Jubilate. *an̄.* Biduo vivens pendebat in cruce pro Christi nomine beatus andreas: et docebat populum. *ps̄.* Deus deus. *an̄.* Beatus andreas orabat dicens domine rex eterne glorie: suscipe me pendentem in patibulo. *ps̄.* Benedicite. *an̄.* Non me permittas domine famulum tuum a te separari: tempus

[1] pro 'hoc' hac re: S.

[2] pro 'carum' sacratum: E.G.

Digitized by Google

est ut commendes terre corpus meum. *ps̄.* Laudate. *Capl'm.* Corde creditur. *Hymnus.* Exultet celum. ℣ Dedisti hereditatem. *In evangelio an̄.* Ambulans Jesus juxta mare galilee: vidit petrum et andream fratem ejus: et ait illis venite post me: faciam vos fieri piscatores hominum: at illi relictis rhetibus[1] et navi secuti sunt eum. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.*

Majestatem tuam domine suppliciter exoramus: ut sicut ecclesie tue beatus andreas apostolus extitit predicator et rector: ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor: Per dominum. *Memoria de adventu et de dominica[2] ut supra.*

Ad primam. an̄. Salve crux. *ps̄.* Deus in nomine tuo. *ps̄.* Beati immaculati. *ps̄.* Retribue. *An̄.* Gratias tibi. *ps̄.* Quicunque vult. *Cetera que ad primam pertinent: sicut predictum est in[3] prima dominica adventus domini expleantur. Ad tertiam. An̄.* Concede. *Capl'm.* Corde creditur. *Responsoria de communi ad omnes horas dicantur cum oratione* Majestatem. *etc. Ad sextam an̄.* Biduo. *Cap.* Jam non estis. *Ad nonam an̄.* Non me permittas. *Capl'm.* Per manus.

℄ *Et est sciendum quod in festis ix. lectionum quando antiphone de laudibus dicende sunt: ad horas dici debent modo predicto: ita quod semper quarta antiphona omittatur. Ad vesperas antiphone de laudibus cum psalmis de apostolis. Cap.* Corde creditur.

[1] retibus: E.G.
[2] *domina: S.*
[3] *'in' om.: E.G.*

Re. Gloriosus apostolus. *Hymnus.* Exultet celum. ℣ Dilexit andream. *In evan. an̄.* Domine Jesu Christe magister bone: suscipe spiritum meum in pace: quia jam tempus est ut veniam desiderans te videre. *ps̄.* Magnificat. *Or̄o.* Majestatem. *Prima memoria de martyribus crisanto[4] et daria: si de eis fuerit in crastino cantandum. Si autem non: fiat de eis memoria ultima: quia ejus precedet[5] memoria: unde in crastino est dicendum. Alie memorie ut supra.*

℄ *Sanctorum martyrum crisanti et darie. In natali sanctorum crisanti et darie tantum memoria de eis fiet:[6] si in dominica prima adventus evenerit festum eorum. Si alia[7] die evenerit preterquam in sabbato ubi dicetur de domina: totum servitium de eis fiat sicut plurimorum martyrum: nisi contingat festum sancti andree ad illum diem transferri: quia tunc tantum memoria fiet de eis.*

℄ *Ad matutinas invitato.* Regem martyrum. *etc. ps̄.* Venite. *hymnus* Eterna Christi munera. *In noct. an̄.* Secus decursus. *ps̄.* Beatus vir. ℣ Exultent justi. *etc. Lectio j.*

In diebus illis: Polemius vir illustrissimus ad urbem romam cum filio suo crisanto veniens: a romano senatu susceptus est: et magnis honoribus a numeriano imperatore illustratus: cathedram in curia romana suscepit. Post hec iratus polemius: quia

[4] *'chrysanto' passim: G.*
[5] *precedit: G.*
[6] *fiat: E.G.*
[7] *alio: S.*

Digitized by Google

filius ejus effectus est christianus: fecit eum incarcerari: et parcissime refici. Tunc dixit ei quidam: Si filium tuum ab hac ursurpatione volueris eripere: ipsum deliciis et voluptatibus occupa. Hoc audiens polemius fecit ipsum vestiri: et dariam virginem sibi associari. *Lec. ij.*

Post plurima verba sancti crisanti: credidit daria: et nomen conjugii assumpserunt: ita ut ambo in dei timore: et castitatis gloria perdurarent. Post hoc autem crisantus ferro vincitur: daria quoque in contubernio meretricum punitur. Sed crisanto lux divina prestatur: darie vero leo fugiens de cavea amphitheatri dirigitur. *Lec. iij.*

Milites autem nescientes leonem intus esse cum daria miserunt ad eam quendam: qui in scelere corruptionis opinatissimus habebatur. Qui ut ingressus est: insiluit[1] in eum leo: et prosternens eum sub pedibus ejus: cepit ad dariam aspicere: quasi interrogans quid juberet. Quod intelligens daria dixit: Adjuro te per filium dei: ne eum ledas. Tunc leo dimisit eum. Post hec sanctus crisantus cum beata virgine daria deponuntur in foveam: sicque vivi terra et lapidibus sunt obruti: animasque suas ita deo reddiderunt. *Cetera ad matutinas et horas de communi plurimorum martyrum: et fiant memorie ad matutinas de sancto andrea et aliis: prout tempus exegerit.*

¶ *Et*[2] *notandum: quod in omnibus festis iij. lectionum per totum annum extra tempus pasce:*[3] *dicuntur ad matutinas ix. psalmi sub una antiphona scilicet prima de primo nocturno nisi in festis iij. lectionum in vigilia contingentibus: ubi dicitur nocturnus ferialis.* ¶ *Et in laudibus hujusmodi festis iij. lectionum dicitur una aña. scilicet prima super psalmum.* ¶ *Ad primam vero secunda aña. de laudibus. Ad tertiam tertia aña. Ad sextam quarta. Et ad nonam quinta nisi in festis iij. lectionum proprias laudes habentium*[4]*: ubi in laudibus dicentur singule antiphone super singulos psalmos. Et tunc ad primam prima antiphona de laudibus. Ad tertiam secunda. Ad sextam tertia. Ad nonam quinta.* ¶ *Et est sciendum: quod nullum festum iij. lectionum habebit secundas vesperas nec memoriam loco secundarum vesperarum. Et idem observari in commemorationibus debet.* ¶ *Infra octavam sancti andree. Invita.* Dilexit andream dominus in odorem suavitatis dum penderet in cruce. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Eterna Christi. *an̄.* Andreas apostolus. *ps̄.* Celi enarrant. *et ceteri psalmi de apostolis sub hac sola antiphona.* ℣ In omnem terram. *Lectio j.*

Civis quidam cujus filius habebat spiritum immundum rogavit beatum andream apostolum dicens: Sana queso vir dei filium meum: qui male a demonio vexatur. Demon vero sciens se ejiciendum: ad cubiculi

[1] insilivit: E.G.
[2] '*Et*' *om.: E.G.*
[3] *pasche: E.G.S.*
[4] *habentibus: G.*

Digitized by Google

secretum adduxit puerum: et laqueo suffocavit eum. *Re.* Dum perambularet. *Lectio ij.*

Pater ergo pueri cum invenisset illum mortuum: flevit: et amicis suis ait: Deferte ergo mortuum ad theatrum: confido enim quod poterit resuscitari per apostolum: qui predicat Jesum Christum. Quo delato narravit apostolo qualiter suffocatus esset a demonio. *Re.* Mox ut vocem. *Lectio iij.*

Conversus itaque apostolus ad populum: ait: Quid vobis proderit viri thessalonicenses: cum hoc fieri videritis: nisi fidem Christi susceperitis. Illi autem dixerunt: Cum puer iste resuscitatus fuerit: omnes credemus. Hec illis dicentibus: ait apostolus: In nomine Jesu Christi surge puer. Et statim surrexit: et stupefactus omnis populus clamavit dicens: In eum quem predicas famule dei credimus: et virtutem ejus suscipimus. Apostolus autem Christi omnem populum per triduum instruxit: et que dei erant docuit. *Re.* Oravit. *Supra post sextum. Resp.* ℣ Dilexit andream. *In laudibus hec sola añ.* Salve crux. *Cap.* Corde creditur. *Hymnus.* Exultet celum. ℣ Dedisti hereditatem. *In evan. aña.* Unus ex duobus. *ps̄.* Benedictus. *Oro.* Majestatem. *Et dicende sunt memorie de adventu de domina: et*[1] *omnibus sanctis. Exequie defunctorum non omittantur propter hujusmodi octavam. Ad primam añ.* Concede. *Una ex sex antiphonis de trinitate dicatur super psal.* Quicunque *secundum feriam.*

Ad tertiam añ. Biduo. *Cap. Re. et oro. ad omnes horas sicut in die. Ad sextam añ.* Beatus andreas. *Ad nonam añ.* Non me permittas. ¶ *Quando autem vespere dicentur de eo infra octavas suas fient cum antiphonis et psalmis ferialibus añ.* Corde creditur. *Hymnus.* Exultet celum. ℣ Dilexit andream. *cum aliqua antiphona de eo propria super psalmum* Magnificat. ¶ *Et sciendum quod infra octavas super psalmos* Magnificat *et* Benedictus: *quando agitur de eo: et ad memoriam quando agitur de alio: sumende sunt primo*[2] *seriatim antiphone de primis vesperis et illis dictis: antiphone nocturnales: incipiendo ad secundam antiphonam de primo nocturno et dicatur versiculus* Dilexit andream *in omnibus memoriis suis. Salvo quod quando dicitur ad memoriam añ.* Dilexit andream *tunc dicatur* ℣ Dedisti hereditatem.

¶ *De festis ix. lectionum simplicibus vel duplicibus infra adventum.*

Si festum sancti nicolai in dominica evenerit: nisi duplex fiat: transferatur in secundam feriam et quia octave sancti andree occurrunt: fiat tantum memoria de octavis. Si autem duplex fiat ejus festum: tunc si in sabbato evenerit: habebit omnino ultimas vesperas suas: et memoria fiat de adventu: et de

[1] *'de' add: S.*

[2] *'et' add: G.*

Digitized by Google

domina: et de sancto andrea. Et si in dominica evenerit: servitium fiat omnino de eo: et in utrisque vesperis et ad matutinas memoria de adventu cum antiphonis ad[1] *dominicam contingentibus: et oratione dominicali: et ad missam cum eadem oratione. et in crastino incipiatur historia cum iij. lectionibus tantum de expositione evangelii.*[2] *cum tribus responsoriis de primo nocturno: et dicetur*[3] *super psalmum.* Benedictus. *antiphona contingens feriam. et sequatur oratio dominicalis. Hoc modo fiat de omnibus festis duplicibus infra adventum contingentibus: nisi in prima dominica: et tunc fiat sicut ibi invenietur.*

¶ *Et si festum simplex ix. lectionum tempore illo in sabbato evenerit: in vesperis sabbati tantum memoria de eo fiet. Si vero*[4] *in dominica evenerit: transferatur*[5] *in secundam feriam. Et si in secunda feria evenerit: vel a dominica in secundam feriam translatum fuerit: vespere in dominica a capitulo de illo erunt: et memoria de adventu.*

¶ *In festivitate*[6] *sancti nicholai*[7] *episcopi et confessoris.*

Ad vesperas añ. et psalmi feriales. Cap. Ecce sacerdos. *Re.* Dum vero adhuc penderet ad ubera matris. O nova res quarta feria et sexta semel in die papillas bibebat. ℣ Jam quodam modo sacri jejunii se futurum presignans amatorem nicolaus. O nova. Gloria. O nova. *Hymnus* Iste confessor. ℣ Amavit eum. *In evang. añ.* O pastor eterne: o clemens et bone custos: qui dum devoti gregis preces attenderes: voce lapsa de celo presuli sanctissimo dignum episcopatu nicolaum ostendisti tuum famulum. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui beatum nicolaum pontificem tuum innumeris decorasti miraculis: tribue nobis quesumus: ut ejus meritis et precibus a gehenne incendiis liberemur: per dominum. *Memoria de adventu: et de domina. Añ.* Ne timeas. *Deinde de sancto andrea. Ad matu. Invita.* Adoremus regem seculorum: in quo vivit nicolaus honor sacerdotum. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Iste confessor. *In primo nocturno. añ.* Nobilissimis siquidem natalibus ortus velut lucifer nicolaus emicuit. *ps̄.* Beatus vir. *Añ.* Postquam domi puerilem decurrit etatem: cunctis mundi hujus spretis oblectationibus: Christi se jugo subjiciens: documentis sanctis suum prebuit auditum. *ps̄.* Quare fremuerunt. *Añ.* Pudore bono repletus dei famulus[8] sumptibus datis stupri nephas prohibuit. *ps̄.* Domine quid multiplicati. ℣ Amavit eum. *Lectio j.*

Beatus nicolaus ex illustri prosapia ortus: civis fuit patere[9] urbis. Qui cum adhuc matris lacte aleretur: cepit bino in ebdomada die: quarta scilicet et[10] sexta feria semel bibere mammas: et hac vice contentus tota die sic permanebat. *Re.*

[1] *'ad' om.: G.S.* [2] *'et' add: S.* [3] *dicatur: G.* [4] *'vero' om.: G.* [5] *transferetur: G.* [6] *festo: G.* [7] *nicolai: G.S.* [8] famulis: S. [9] 'patare': G. [10] 'et' om.: S.

Digitized by Google

Confessor dei nicolaus: nobilis progenie sed nobilior moribus. Ab ipso puerili evo secutus dominum: meruit divina revelatione ad summum provehi sacerdotium. ℣ Erat enim valde compatiens: et super afflictos pia gestans viscera. Ab ipso puerili. *Lectio ij.*

Puerilibus igitur annis simpliciter domi transactis: cepit bone indolis adolescens esse: et non sicut illa etas assolet: lasciviam complexus est mundi. Sed nunc parentum comitatus vestigia: nunc solus ecclesiarum terebat limina. et quod ibi de scripturis patulo advertebat auditu: non immemor armariolo condebat pectoris. *Re.* Operibus sanctis nicolaus humiliter insistens. Revelatione divina provectus est ad summum sacerdotii gradum. ℣ Voce quippe de celo lapsa cuidam insinuatur presuli dignum episcopatu nicolaum. Revelatione. *Lectio iij.*

Ubi autem utroque parente orbatus est: sepius illud evangelium[1] in mente habebat: Nisi quis renunciaverit omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Et ideo semper deum deprecabatur: quatinus[2] de tantis sibi relictis opibus sic ordinaret: ut sine laude humana conspectui placeret divino. *Re.* Quadam die tempestate sevissima quassati naute: ceperunt sanctum vocare nicolaum. Et statim cessavit tempestas. ℣ Mox illis clamantibus: apparuit quidam dicens illis Ecce assum: quid vocastis me. Et statim. Gloria. Et statim. *In secundo nocturno. an̄.* Auro virginum incestus: auro patris earum inopiam: auro prorsus utrorumque detestabilem infamiam dei servus ademit nicolaus. *ps̄.* Cum invocarem. *An̄.* Innocenter puerilia jura transcendens: evangelice institutionis discipulus effectus est. *ps̄.* Verba mea. *An̄.* Gloriam mundi sprevit cum suis oblectationibus: et ideo meruit provehi ad summum sacerdotii gradum. *ps̄.* Domine dominus noster. ℣ Justum deduxit. *Lectio iiij.*

Post hec cum mirrea[3] metropolis orbata esset suo antistite: convenerunt in unum episcopi cum clericis: ut Jesu annuente providerent illi ecclesie idoneum presulem. Illis quippe[4] summa cum devotione orantibus: vocem de celo audivit quidam pontifex dicentem sibi: ut egrediens ad portas ecclesie staret: et quem primum hora matutinali venire conspiceret: ipsum consecraret antistitem: adjungendo[5] quod nicolaus vocaretur. *Re.* Audiens Christi confessor trium juvenum innocentum necem: precucurrit quamtoties[6] ad locum quo fuerant plectendi. Et liberavit eos. ℣ Statimque solutos a vinculis usque ad pretorium consulis secum adduxit. Et. *Lectio v.*

Quo audito: idem episcopus valvas basilice adiit[7]: et illas sancta calliditate observabat. Et ecce hora matutinali quasi a

[1] evangelicum: G.
[2] quatenus: E.G.S.
[3] myrrea: E. myrea: G.
[4] pro 'quippe' autem: G.
[5] adjungentem: S.
[6] quamtotius: E.G.S.
[7] abiit: E.

Digitized by Google

deo missus: ante omnes se agebat nicolaus. Qui cum januas ecclesie appropinquasset apprehendit eum episcopus dicens: Quale nomen habes? Ille columbina simplicitate respondit Nicolaus vestre sanctitatis servus. *Re.* Qui cum audissent sancti nicolai nomen: statim expandunt manus utrasque ad celum. Salvatoris laudantes clementiam. ℣ Clara quippe voce coram hominibus dignum referebant illum dei famulum. Salvatoris. *L. vj.*

Cui presul: Fili veni mecum. est enim aliquid secreti quod tue indoli fari debeam. Mox introgressus episcopus: dixit. En quod petivimus accepimus. Quo viso omnes salvatoris laudabant magnalia. Quid multis moror. Licet multum renitens obstiterit: illico[1] intronisatus[2] pontificalem accepit infulam. *Re.* Beatus nicolaus jam triumpho potitus novit suis famulis prebere celestia commoda: qui toto corde poscunt ejus largitiones. Illi nimirum tota nos devotione oportet committere. ℣ Ut apud Christum ejus patrociniis adjuvemur semper. Illi nimirum. Gloria. Illi. *In iij. nocturno an̄.* Pontifices almi divina revelatione letificati nicolaum presulem devotissime consecraverunt. *ps̄.* Domine quis habitabit. *An̄.* Sanctus quidem triticum quod a nautis postulaverat acceptum: et sagacitate distribuere et augere precibus impetravit. *ps̄.* Domine in virtute. *An̄.* Muneribus datis neci sunt juvenes innocentes addicti: quibus domini servus fuit vite presidium festinanter. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Magnificavit eum. ¶ *Notandum quod in nocte sancti nicolai: et in nocte beate katherine non pronunciatur expositio evangelii: nisi festa eorum fuerint duplicia: et tunc legatur statim post pronunciationem evangelii tantum una lectio de expositione ejusdem. Et quotiens pronunciatur evangelium ad matu. in festis sanctorum legenda est una lectio de expositione evangelii[3] ad minus: nisi in festo omnium sanctorum: dicta benedictione scilicet* Creator omnium *legatur septima lectio de sancto. Si hoc festum fuerit duplex: legatur expositio* Homo quidam peregre. *Omelia ut in communi. Aliter sit[4] ista. L. vij.*

Pontificali igitur cathedra sublimatus: eandem quam prius sectabatur humilitatem. Creber in oratione pervigilabat: corpus attenuabat jejuniis: mulierum consortia quasi pestem fugiebat. Cum ergo omnium carismatum virtute roboraretur nicolaus: nihil sibi: sed totum dei gratie tribueret.[5] Cepit itaque choruscare miraculis: ut non tantum sui: sed etiam alieni quibuslibet angustiis oppressi invocato nomine ejus: statim sentirent levamen. *Re.* Summe dei confessor nicolae: te venerantes protege. Namque credimus tuis precibus nos posse salvari. ℣ Qui tres pueros morti addictos illesos abire fecisti: tuis laudibus instantem conserva plebem. Namque. *Lectio viij*

[1] ilico: S.
[2] intronizatus: G.
[3] evangelium: S.
[4] '*sit*' *om.: G.*
[5] tribuebat: G.

Digitized by Google

Quadam vero die cum quidam naute maris tempestate periclitarentur: timentes clamabant: Nicolae famule dei: si vera sunt que de te audivimus: nunc nos in periculo constituti: tuum si placet experiamur auxilium. Talia dicentibus: apparuit quidam dicens eis: Vocastis enim me ecce assum. Et cepit eos[1] antennis atque aliis armamentis adjuvare. Nec multo post omnis cessavit tempestas. *Re.* Servus dei nicolaus: auri pondo trium virginum redemit pudorem. Earumque patris impudicam remenso auro fugavit inopiam. ℣ Affluens itaque misericordie visceribus metallo duplicato propulsavit earum infamiam. Earumque patris. *Lectio ix.*

Cum igitur his et aliis virtutibus floreret nicolaus: decidit in egritudinem qua ex hac luce subtractus est. Qui cum tota mentis intentione oraret: vidit sanctos angelos dei ad se venientes: et inclinato capite signo crucis armavit se: et tricesimum psalmum incepit dicens: In te domine speravi: non confundar in eternum: usque in manus tuas commendo spiritum meum. Et cum hoc dixisset: accepto corporis Christi viatico: preciosam et castissimam[2] animam Christo reddidit. *Re.* Ex ejus tumba marmorea sacrum resudat oleum quo liniti sanantur ceci. Surdis auditus redditur: et debilis quisque sospes regreditur. ℣ Catervatim ruunt populi: cernere cupientes: que per eum fiunt mirabilia. Surdis. Gloria patri. Surdis. *Resp. reincipiatur*[3] Ex ejus tumba. *et cantetur usque ad* Sospes. *et tunc prosa dicitur.*[4]

Sospitati dedit egros olei perfusio. Nicolaus naufragantum affuit presidio. Relevavit a defunctis defunctum in bivio. Baptisatur auri viso judeus indicio. Vas in mari mersum patri redditur cum filio. O quam probat sanctum dei farris augmentatio. Ergo laudes nicolao concinat hec concio. Nam qui corde poscit illum propulsato vicio. Sospes regreditur. ℣ Ora pro nobis beate nicolae.[5] *In laud. an̄.*

Beatus nicolaus ad huc puerulus: multo jejunio macerabat corpus. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Ecclesie sancte frequentans limina: sacra pectori condebat mandata. *ps̄.* Jubilate. *an̄.* Juste et pie vivendo ad honorem sacerdotii meruit promoveri divinitus. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Amicus dei nicolaus pontificali decoratus infula: omnibus se amabilem exhibuit. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* O per omnia laudabilem virum: cujus meritis ab omni clade liberantur: qui ex toto corde querunt illum. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Benedictionem. *Hymnus.* Jesu redemptor omnium. ℣ Justus germinabit. *In evangel. an̄.* Copiose caritatis nicolae pontifex: qui cum deo gloriaris in celi palatio: condescende supplicamus ad te suspirantibus: ut exutos gravi carne pertrahas ad superos. *ps̄.*

[1] 'in' add: E.G. [2] sanctissimam: S. [3] '*Reincipiatur. Resp.*': *G.*
[4] '*Prosa*' *add: G.* [5] 'ut digni efficiamur' add: G.

Digitized by Google

Benedictus. *Oro.* Deus qui beatum. *Memorie ut supra. Ad horas ane de laudibus. cetera de communi: cum oratione propria. Ad vesperas ane de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Benedictionem. *Ubi autem hoc festum duplex fit: tunc dicatur Re.* Ex ejus tumba. *sine prosa. Hymnus.* Jesu redemptor. ℣ Amavit. *In evange. an.* O Christi pietas: omni prosequenda laude: qui sui famuli nicolai merita longe lateque declarat: nam ex tumba ejus oleum manat: cunctosque languidos sanat. *ps.* Magnificat. *Oro ut supra. Memoria de sancto andrea. An.* Cum pervenisset. ℣ Dilexit andream.[1] *Oratio.*

Protegat nos domine sepius beati andree apostoli repetita solennitas: ut cujus patrocinia sine intermissione recolimus: perpetuam defensionem sentiamus. per dominum. *Et hec memoria dicenda est in secundis vesperis de sancto nicolao: quando ejus festum non transfertur. alioquin dicenda est in primis vesperis. Fiet etiam memoria de adventu: et de domina. Si autem octava*[2] *sancti andree in dnica evenerit:*[3] *fiat tantum memoria ad primas vesperas et ad matuti. de sancto andrea. et licet festum ejus mutetur in secundam feriam: octave tamen sue non mutantur unde si alio*[4] *die quam die dominica festum ejus evenerit: in octavis suis totum servitium de eo fiet cum iij. lectionibus et memoria de adventu.*

¶ *In octavis sancti andree. ad matu. invi.* Dilexit andream. *ps.* Venite. *Hymnus.* Eterna Christi. *In j. nocturno an.* Andreas apostolus. *ps.* Celi enarrant. *et ceteri psalmi unius apostoli sub hac ana.* ℣ In omnem terram. *Lectio j.*

Quodam vero tempore dilectus andreas Christi famulus et apostolus supra arenam maris sedebat: multisque viam salutis pandebat. Et ecce cadaver in mari necatum: projectum erat ante pedes ejus. Moxque apostolus fusa oratione mortuum suscitavit: illumque exponere jussit: quomodo in mari necatus esset. *Re.* Dum perambularet. *Lectio ij.*

Tunc ille suscitatus dixit apostolo: Audivi domine signa ac prodigia medelasque magnas fieri a quodam doctore: et ideo properavi: ut possem videre eum. Sed cum navigarem cum pueris et amicis meis: ecce suborta tempestate: omnes simul fluctibus oppressi sumus. Et utinam simul projecti essemus: ut per sanctam orationem tuam resuscitaremur. *Re.* Oravit. *Lectio iij.*

Tunc apostolus de se hoc dictum intelligens: manus suas expandit ad deum dicens: Domine Jesu Christe: creator omnium rerum: ostende queso reliquorum cadavera mortuorum. Orante autem apostolo: statim apparuerunt triginta et novem corpora mortuorum ad littus ab undis devecta. Orante iterum apostolo diutissime: surrexerunt

[1] '*R.* In odorem' add: G.
[2] *octave: G. S.*
[3] *evenerint: G. S.*
[4] *alia: G.*

Digitized by Google

omnes illi triginta et novem viri : et a beato apostolo susceperunt fidei sacramenta. *Re.* Vir iste. ℣ Dilexit andream. *In laudibus hec sola añ.* Salve crux. *ps̄.* Dominus regnavit. *Cap.* Corde creditur. *Hym.* Exultet celum. ℣ Dedisti hereditatem. *In evangel. aña.* Ambulans Jesus. *ps̄.* Benedictus. *Oratio:* Protegat. *Memoria de adventu et de domina: et de omnibus sanctis. Ad horas ut supra infra octavas cum oratione.* Protegat. ¶ *Festum*[1] *conceptionis beate marie semper solenniter celebretur. vj. idus decembris: sicut duplex festum principale: in quo festo omnia dicantur ad vesperas completorium matutinas horas: processionem: et missam: sicut in nativitate ejus: mutato nomine nativitatis in nomen conceptionis excepta legenda: et psalmo.* Te deum *ad matutinas. et* Gloria in excelsis. *ad missam: que in festo propter adventum non dicuntur. Ad matuti.* *Lectio j.*[2]

Conceptio veneranda dei genitricis et virginis marie fratres

[1] *Haec omnia a 'Festum' usque ad 'Lectio j' om.: E.G.S.*

[2] *In festo conceptionis beate marie. Ad vesperas aña.*

Felix nanque es beata virgo maria que et genitricis dignitatem obtinuisti et virginalem pudicitiam non amisisti. *ps̄.* Dixit dominus. *añ.* Virgo prudentissima quo progrederis quasi aurora valde rutilans filia syon tota formosa et suavis et pulchra ut luna electa ut sol. *ps̄.* Confitebor. *añ.* Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est quesivi et non inveni illum vocavi et non respondit mihi invenerunt me custodes civitatis percusserunt me et vulneraverunt me tulerunt pallium meum custodes murorum filie hierusalem nunciate dilecto quia amore langueo. *ps̄.* Beatus vir. *añ.* Tota pulchra es amica mea et macula non est in te favus distillans labia tua mel et lac sub lingua tua odor unguentorum tuorum super omnia aromata jam enim hyems transiit imber abiit et recessit flores apparuerunt vinee florentes odorem dederunt et vox turturis audita est in terra nostra surge propera amica mea veni de libano veni coronaberis. *ps̄.* De profundis. *añ.* Beata dei genitrix maria virgo perpetua templum domini sacrarium spiritus sancti sola sine exemplo placuisti domino Jesu Christo ora pro populo interveni pro clero intercede pro devoto femineo sexu. *ps̄.* Memento. *Capitulum.*

O quam pulchra est casta generatio cum claritate immortalitas [immortalis : G.] enim est in ['in' om.: G.] memoria illius quoniam et apud deum nota est et apud homines. *Re.* Solem justitie. *Hymnus.*

Ave maris stella dei mater alma atque semper virgo felix celi porta. Sumens illud ave gabrielis ore funda nos in pace mutans nomen eve. Solve vincla reis profer lumen cecis mala nostra pelle bona cuncta posce. Monstra te esse matrem sumat per te preces qui pro nobis natus tulit esse tuus. Virgo singularis inter omnes mitis nos culpis solutos mites fac et castos. Vitam presta puram iter para tutum ut videntes Jesum semper colletemur. Sit laus deo patri summo Christo decus spiritui sancto trinus honor unus. amen. ℣ Post partum. *In evangelio añ.* Gloriose virginis marie conceptum dignissimum recolamus cujus dominus humilitatem respiciens angelo nunciante concepit redemptorem mundi. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Supplicationem servorum tuorum deus miserator exaudi ut qui in conceptione dei ['genetricis' add: E.G.] et virginis congregamur ejus intercessionibus complacatus a te de instantibus periculis eruamur. Per eundem dñm.

¶ *Ad completorium ut notatur post psalterium fo. lxxvj.* ['*fo. lxxvj.*' *om.*: G.] *Ad matuti. Invita.* Corde et voce simul Christum regem veneremur virginis et matris jubilemus nobili conceptu. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Ave maris stella. *In j. nocturno añ.* Hodie concepta est beata virgo maria ex progenie david per quam salus mundi credentibus apparuit. *ps̄.* Domine dominus noster. *añ.* Beatissime virginis marie conceptionem devotissime celebremus ut ipsa pro nobis intercedat ad dominum deum nostrum. *ps̄.* Celi enarrant. *añ.* Quando concepta est virgo sacratissima tunc illuminatus est mundus stirps beata radix sancta et benedictus fructus ventris ejus. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Sancta dei genitrix. add : E.G.S.

Digitized by Google

quemadmodum per multa experimenta signorum in anglia : et in francia: ceterisque mundi climatibus olim sit declarata: me anselmo cantuariensi archiepiscopo narrante: audiat dilectio vestra. Tempore nanque illo: quo divine placuit pietati: anglorum gentem de malis suis corrigere: et sue servitutis officiis artius astringere: normanorum duci. Vilelmo [1] eandem patriam debellando subegit.[2]

Audientes autem dacii [3] [*Lec. ij.* angliam subjectam normanis: arma preparant: classem aptant: ut eis adeuntibus a dacia: dictum regem ab anglia expellant. Hoc comperto rex vilelmus elsinum abbatem remesiensis cenobii accersitum in daciam dirigit: ut hujus rei veritatem requirat. Negocio fideliter peracto: ad angliam reverti cupiens: mare ingreditur. Et subito densis surgentibus [4] ventis: horrida tempestas celum commovit et undas. Cumque de salute corporum desperarent: et beatam mariam devote reclamarent: [5] ecce subito aspiciunt virum pontificali infula decoratum. Qui vocans ad se elsinum abbatem: dixit ei. Scias me a domina nostra directum ad te: et si dictis meis obtemperare volueris: sanus et incolumis evades immanens periculum maris. Qui concessit se illico [7] ei fore in omnibus obtemperatum: si hoc evaderet periculum.[6] *Lectio iij.*

Promitte inquit ille deo et mihi: quod diem conceptionis et creationis matris Christi solenniter celebrabis: et celebrandum predicabis. At ille: Et in quo die erit hoc festum celebrandum? Et ait: Sexto idus decembris. Et quo utetur officio in ecclesiastico obsequio? Omne inquit officium quod dicitur in ejus nativitate: dicetur in ejus conceptione: excepto quod nomen nativitatis mutabitur in nomen conceptionis. His dictis evanuit: et citius per deum sedata tempestate: abbas cum suis applicuit anglicis littoribus. et que viderat et audierat: quibus potuit notificabat. Statuitque idem festum in remesiensi cenobio celebrari: et ipse quoad vixit: devotis obsequiis illud celebravit. Et nos ergo fratres: qui portum salutis apprehendere volumus: dei genetricis conceptionem celebremus: ut ab ejus filio digna mercede remuneremur.[7]

[1] Willelmo : E.G.S.

[2] '*Re.* Hodie concepta est beata virgo maria ex progenie david per quam salus mundi credentibus apparuit. Cujus vita gloriosa lucem dedit seculo. ℣ Beatissime virginis marie conceptionem devotissime celebremus. Cujus' add : E.G.

[3] daci : E.G.

[4] 'undique' add : G.

[5] clamarent : E G.

[6] 'Beatissime virginis marie conceptionem devotissime celebremus Ut ipsa pro nobis intercedat ad dominum Jesum christum. Cum jocunditate conceptionem beate marie celebremus. Ut' add : E.G.

[7] '*Re.* Stirps jesse virgam produxit virgaque florem. Et super hunc florem. Requiescit spiritus almus. ℣ Virgo dei genitrix virga est flos filius ejus. Et super. Gloria. Requievit. *In ij. noct. añ.* Hodie concepta est virgo maria ex semine abrahe letantur archangeli exultant omnes sancti et congaudet omnis mundus. *ps.* Eructavit. *añ.* Dignum namque est ut ei qui [pro 'qui' cum: G.] summa devotione famulemur per quam nobis virginitatis in-

Digitized by Google

Sermo beati anselmi episcopi. Lec. [iiij.

Sicut enim in sancta ecclesia dei genitricis marie nativitas celebratur : sic debet celebrari ejusdem conceptio. Nisi conciperetur nunquam nasceretur. Sicut enim ad salvandum genus humanum olim fuit necessaria ejus nativitas: sic fuit necessaria ejus conceptio. Nisi enim conciperetur : mundi ex ea redemptor nunquam nasceretur.[1]

Jussu dei concipitur et [*Lec. v.* nascitur. Immo si divina ratio prospiciatur : spiritalis[2] ejus conceptionis dies magis fore approbatur quam nativitatis. Res enim major extitit adam a deo creari : quam filio[3] ade de matre nasci. Non enim mirum si homo a deo creatus nascitur de matre.[4] *Lectio vj.*

Erubescant ergo omnino insensati : qui tantum diem tantaque mysteria et sacramenta : tenebris ignorantie excecati ideo respuunt celebrare : quod viri ac mulieris copulatio in conceptione virginis extitit. Nam quod due sunt conceptiones hominis : omnibus notum est peritis. Una qua carnalis copula viri et mulieris agitur. Alia qua spiritualis[5] anima nova et pura deo operante corpori divinitus adunatur. Et quibus non placet celebrare dominice matris carnalem copulationem : placeat colere anime ejus creationem spiritualem corporisque cum anima copulationem. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii* Liber generationis Jesu Christi. *quere in nativitate ejusdem.*[6]

signia pullularunt. *ps.* Deus noster refugium. *an.* Benedicta et venerabilis sancta maria virgo dei genitrix cujus conceptionem celebramus ut intercessio ipsius sit pro nobis ad dominum. *ps.* Fundamenta. ℣ Speciosa facta es ' add : E.G.

[1] '*Re.* Gloriose virginis marie conceptum dignissimum recolamus. Cujus dominus humilitatem respiciens angelo nunciante concepit redemptorem mundi. ℣ Hodie concepta est beata virgo maria ex progenie david. Cujus ' add : E.G.

[2] spiritualis : G.

[3] filios : G.

[4] '*Re.* Corde et animo Christo canamus gloriam in hac sacra solennitate in qua beata dei genitrix virgo maria exorta est. Quam gabriel archangelus plenam gratia ostendit. ℣ Valde namque eam nos oportet summa cum devotione venerari que tam sancta permanet virgo. Quam ' add : E.G.

[5] specialis : E.

[6] *Re.* Ad nutum domini nostrum ditantis honorem Sicut spina rosam genuit judea mariam. ℣ Ut vicium virtus operiret gratia culpam. Sicut. Gl'ia pri. Sicut. *In iij. noct. an.* Nativitas [Conceptio : E.G.] est hodie sancte marie virginis : cujus pulchritudinem respexit deus et visitavit humilitatem suam. *ps.* Cantate (*j.*) *An.* Ista est speciosa electa a domino : cujus nativitatem [conceptionem: E.G.] celebramus [celebremus : G.] : ut ipsa intercedat pro nobis ad dominum deum nostrum. *ps.* Dominus regnavit exultet. *an.* Sancta maria succurre miseris : juva pusillanimes : refove flebiles : ora pro populo : interveni pro clero : intercede [interveni : G.] pro devoto femineo sexu. *ps.* Cantate (*ij.*) *vŝus* Post partum. *Initium sancti evangelii secundum Matheum.*

Liber generationis Jesu Christi. Et reliqua. *Sermo ex commentario beati hieronymi presbyteri. Lectio vij.*

In ysaia legitur. Generationem ejus quis enarrabit. Non ergo putemus evangelistam prophete esse contrarium : ut quod ille non dixit esse futurum : hoc hic narrare incipiat : quia ibi de generatione divinitatis : hic de incarnatione est dictum. A carnalibus autem cepit : ut per hominem deum discere incipiamus. *Re.* Conceptio gloriose virginis marie ex semine abrahe concepta de tribu juda clara ex stirpe david. Cujus vita inclyta cunctas illustrat ecclesias. ℣ Conceptio est hodie sancte marie virginis. Cujus vita. *Lectio viij.*

Digitized by Google

¶ *In festivitate sancte lucie virginis et martyris. Ad vesperas añe. et psalmi feriales. Cap.* Qui gloriatur. *Re.* Per ipsam. *Hymnus.* Virginis proles. ℣ Diffusa est. *In evange. añ.* In tua patientia possedisti animam tuam lucia sponsa Christi: odisti que in mundo sunt: et choruscas cum angelis: sanguine proprio inimicum subisti.[1] *ps.* Magnificat. *Oratio.*

Exaudi nos deus salutaris noster: ut sicut de beate lucie virginis et martyris tue festivitate gaudemus ita pie devotionis erudiamur affectu. Per dominum. *Memoria de adventu et de domina. Ad matuti. Invita.* Agnum sponsum. *etc. ps.* Venite. *Hymnus.* Virginis proles. *In primo nocturno añ.* Lucia virgo venerabilis syracusanorum nobilissima cum matre

Filii david: filii abraham. Ordo preposterus sed necessario commutatus. Si enim p'ius posuisset abraham et postea david: rur-us ei repetendus fuerat abraham: ut generationis series texeretur. Ideo autem ceteris pretermissis horum filium nuncupavit: quia ad hos tantum est facta de Christo repromissio. Ad abraham in semine inquit tuo benedicentur omnes gentes: quod est Christus. Ad david: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *Re.* Felix namque es sacra virgo maria et omni laude dignissima. Quia ex te ortus est sol justitie Christus deus noster. ℣ Ora pro populo interveni pro clero intercede pro devoto femineo sexu sentiant omnes tuum levamen quicunque celebrant tuam c nceptionem. Quia. Gloria. Quia. *Lec. ij.*

Judas autem genuit phares et zaram de thamar. Notandum in genealogia salvatoris: nullam sanctarum assumi mulierum: sed eas quas scriptura reprehendit. Ut qui propter peccatores venerat de peccatoribus nascens omnium peccata deleret. Unde et in sequentibus ruth moabitis ponitur: et bethsabee uxor urie. Naason autem genuit salmon. Iste este salmon princeps tribus jude: sicut et in numeris legimus. *Re.* Solem justitie regem paritura supremum. Stella maria maris hodie processit ad conceptum. ℣ Cernere divinum lumen gaudete fideles. Stella maria. Gloria patri. Stella. *Non dicitur ps.* Te deum. ℣ Speciosa facta. *In laudibus añ.*

Conceptio gloriose virginis marie ex semine abrahe concepta de tribu juda clara ex stirpe david. *ps.* Dominus regnavit. *Añ.* Conceptio est hodie sancte marie virginis cujus vita inclyta cunctas illustrat ecclesias. *ps.* Jubilate. *Añ.* Regali ex progenie maria concepta refulget: cujus precibus nos adjuvari mente et spiritu devotissime poscimus. *ps.* Deus deus meus. *Añ.* Corde et animo Christo canamus gloriam in hac sacra solennitate precelse genitricis dei marie. *ps.* Benedicite. *Añ.* Cum jocunditate conceptionem beate Marie celebremus: ut ipsa pro nobis intercedat ad dominum deum nostrum. *ps.* Laudate. *Cap.* O quam pulchra. *Hymnus.* O quam glorifica. ℣ Elegit eam deus. *In evangel. añ.* Conceptionem hodiernam perpetue virginis genitricis dei marie solenniter celebremus: qua celsitudo throni processit alleluya. *ps.* Benedictus. *Oro.* Supplicationem. *Ad primam añ.* Conceptio gloriosa. *Ad tertiam añ.* Conceptio est. *ps.* Legem pone. *Cap.* O quam pulchra. *Re.* Sancta dei genitrix. Virgo semper maria. ℣ Intercede pro nobis ad dominum deum nostrum. Virgo semper. Gloria. Sancte dei. ℣ Post partum. *Oro.* Supplicationem. *Ad sextam añ.* Regali. *ps.* Defecit. *Cap.* Et sic in syon. *Re.* Post partum virgo. Inviolata permansisti. ℣ Dei genitrix intercede pro nobis. Inviolata. Gloria patri. Post partum. ℣ Speciosa. *Oro ut supra. Ad nonam An.* Cum jocunditate. *ps.* Mirabilia. *Cap.* Et radicavi. *Re.* Speciosa facta es. Et suavis. ℣ In deliciis tuis sancta dei genitrix. Et suavis. Gloria. Speciosa. ℣ Elegit eam. *Oro ut supra. Ad vesperas antiphone de laudibus cum psalmis de domina. Cap.* O quam pulchra. *Re.* Ad nutum. *hymnus.* O quam glorifica. ℣ Post partum. *In evangelio añ.* Conceptio tua dei genitrix virgo gaudium annunciavit universo mundo: ex te enim ortus est sol justicie [justitie: G.] Christus deus noster: qui solvens maledictionem: dedit benedictionem: et confundens mortem: donavit nobis vitam sempiternam. *ps.* Magnificat. *Oratio.* Supplicationem. Haec addunt E. et G.

[1] vicisti: E.G. subiisti: S.

euticia ad sepulchrum beate agathe venerandum convenerat. *ps̄.* Domine dominus noster. *an̄.* Crede mater agathen pro Christi nomine passam hoc meruisse: ut semper eum presentem pro quo passa est habeat. *ps̄.* Celi enarrant. *An̄.* Continge ergo sepulchrum virginis credens et continuo a fluxu sanguinis liberaberis. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Diffusa. *Lectio prima*

Cum per universam provinciam cycilie[1] beatissime virginis agathe fama crebesceret: et syracusanus populus ad urbem cathanensium sitienter pergeret ad sepulchrum beate agathe virginis venerandum: contigit luciam simul pergere: invitante eam matre ejus euticia: que annis quattuor fluxum sanguinis patiebatur: et nullis medicamentorum remediis poterat liberari. *Re.* Lucia virgo quid a me petis quod ipsa poteris prestare continuo: nam et matri tue fides tua subvenit: et ecce salva est. Quia jocundum deo in tua virginitate habitaculum preparasti. ℣ Sicut[2] per me civitas cathanensium sublimatur a Christo: ita per te civitas syracusana decorabitur. Quia.

Igitur dum processionis [*Lec. ij.* mysteria agerentur: hec evangelii lectio fuit: qua legitur tactu fimbrie vestimenti Christi mulierem a sanguinis fluxu fuisse sanatam. Et dum hec lectio recitaretur: ait lucia matri sue. Si credideris mater hiis que leguntur: credere[3] poteris agathen passam pro

Christi nomine hoc meruisse. Continge ergo sepulchrum ejus credens et liberaberis. *Re.* Per ipsam te deprecor mater que te suis salvavit precibus ne aliquando mihi in terris nomines sponsum. Nec velis de corporis mei posteritate fructum mortalitatis inquirere. ℣ Que datura eras pro corruptionis mee auctore da mihi eunti ad integritatis mee auctorem Christum. Nec velis. *Lectio iij.*

Igitur dum peractis omnibus populus abcessisset: prostraverunt se ante sepulchrum ejus mater cum filia: et ceperunt cum lachrymis flagitare suffragium. Interea dum orationis prolixitas tenderetur: somnum lucia virgo arripuit. Et vidit in somnis beatam agathen[4] in medio angelorum gemmis ornatam stantem et dicentem. Soror mea lucia virgo deo devota: quid a me petis: quod ipsa poteris prestare continuo. Nam et matri tue fides tua subvenit: et ecce salva est. *Re.* Si tibi gratum vis esse deum vivens et salutem tui corporis habens da Christo que possides. Moriens enim ideo das quia tecum auferre non prevales. ℣ Non satis deo carus est: qui dat quo frui non potest unde quod mihi spoponderas incipe tradere Christo. Moriens. Gloria patri. Moriens. *In secundo nocturno an̄.* Fiebat interea prediorum ac gemmarum distractio: et quotidie pauperum necessitatibus expendebantur. *ps̄.* Eructavit. *An̄.* Tandem ad sponsi

[1] sicilie: G. cylicie: S. [2] Sic: S. [3] cerdere: S. [4] agatham: E.G.

Digitized by Google

noticiam pervenitur proponit ergo litem in judicio sponsam suam christianissimam contra leges vivere augustorum. *ps̄.* Deus noster refugium. *an̄.* Paschasius proconsularis luciam corripiens cepit ad sacrificia demonum cogere. *ps̄.* Fundamenta. ℣ Specie tua. *Lectio iiij.*

His auditis lucia expergefacta surrexit tremens: et ait matri sue. Mater mea ecce salva facta es: per ipsam te deprecor que te salvavit suis precibus et orationibus: ne tu mihi aliquando sponsum nomines. Sed omnia que mihi eunti ad corruptionis mee auctorem hominem moriturum eras datura: da mihi eunti ad integritatis mee auctorem dominum Jesum Christum viventem in secula. *Re.* Lucia virgo judici dixit: patrimonium meum tuto loco constitui. Corruptores autem nec corporis nec mentis mee aliquando suscepi. ℣ Hostiam sanctam viventem deo vivo meipsam offero. Corruptores.

[Lectio v.

Cui mater ejus euticia ait. Omnia que sunt patris tui defuncti per novem annos incontaminata custodiens: ampliavi potius quam minui. In patrimonio autem nostro omnia que sunt vel esse possunt: ipsa melius nosti. Tege oculos meos: et quicquid tibi placuerit de ipsis facultatibus facito. Interea fiebat rerum distractio. predia et gemme venduntur: et universa pene distracta dedit pauperibus viduis orphanis peregrinantibus et deo servientibus. *Re.* Paschasius dixit: cessabunt verba cum fuerit perventum ad verbera: lucia respondit: verba dei cessare non poterunt. Ancilla dei sum. et ideo dixi verba dei. ℣ Non vos Christus inquit loquemini [1] in conspectu judicum: sed spiritussanctus. Ancilla. *Lectio vj.*

Tunc proponit sponsus ejus litem in judicio paschasii proconsularis: dicens sponsam suam christianissimam contra leges vivere augustorum. Quam paschasius corripiens: cepit ad sacrificia demonum invitare. Cui beata lucia ait: Sacrificium mundum et immaculatum apud deum et patrem hoc est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum. Ego vero per istos [2] tres annos nihil aliud egi: nisi deo vivo sacrificavi. Jam quia nihil superest quod sacrificem: meipsam offero in sacrificium deo hostiam viventem. Quod sibi placet: de hostia sua faciat. *Re.* Nunquam inquinatur corpus nisi de consensu mentis. Nam si invitam me feceris violari: castitas mihi duplicabitur ad coronam. ℣ De sensibus enim et de voluntatibus judicat deus. Nam si. Gloria patri. Nam si. *In tertio nocturno an̄.* Beata lucia paschasio dixit: sacrificium mundum et immaculatum apud deum et patrem hoc est: visitare viduas et orphanos in tribulatione eorum. *ps̄.* Cantate (j.). *An̄.* Ego per istos tres annos nihil aliud egi nisi deo vivo sacrificavi: jam enim [3] quia nihil superest

[1] loquimini: E.G.S. [2] illos: E. [3] pro 'enim' autem: G.

Digitized by Google

meipsam offero. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* Tu principum leges attendis: ego dei leges attendo: tu principes times ego deum timeo: tu illis placere desideras: ego ut Christo soli placeam concupisco. *ps̄.* Cantate (ij.). ℣ Adjuvabit eam. *Septima lectio tantum de expositione evangelii secundum Mattheum.* Simile est regnum celorum thesauro. *Omelia ut in communi.* *Re.* Jussu impii paschasii ubi beatam virginem ceperunt trahere velle ad lupanar: tanto pondere eam fixit spiritussanctus. Ut tanquam mons immobilis penitus moveri non posset. ℣ Impellunt plurimi nec movetur immissis funibus admotis boum paribus multis ita solo herens manebat. Ut tanquam. *Lectio viij.*

Paschasius dixit ad beatam luciam: Ego faciam te ad lupanar duci: nisi modo cerimoniis consenseris augustorum. Lucia dixit. Jam tibi dixi: tu voluntatem meam nunquam poteris ad consensum provocare peccati. Tunc paschasius jussit venire lenones: et tradidit eam illis dicens. Invitate ad castitatem ejus populum: et facite eam tamdiu[1] illudi quamdiu mortua nuncietur. At cum vellet eam trahere ad lupanar: tanto pondere eam fixit spiritussanctus: ut penitus moveri non posset. Tunc ignem fecit circa eam copiosum accendi. At illa in nomine Jesu Christi stetit immobilis. *Re.* Que sunt hec maleficia tua consularis dixit: ut puella fragilis a mille tracta hominibus non movearis. Ista inquit maleficia mea non sunt sed sunt beneficia dei. ℣ Si alia decem milia adduxeris audies mihi dicentem spiritumsanctum quod cadent a latere meo mille et decem milia a dextris meis. Ista. *Lectio ix.*

Tunc angustante[2] paschasio: non ferentes amici ejus injuriam: gladium in ejus visceribus mergi fecerunt. Igitur percussa quamdiu voluit oravit: et quamdiu voluit allocuta est turbam circunstantem dicens: Annuncio vobis pacem datam ecclesie dei. Dioclicianum[3] de regno suo ejectum: et maximianum hodie mortuum. Hec loquente lucia martyre dei sacratissima: de loco in quo percussa est: penitus mota non est: neque exivit spiritus sanctus ejus donec venientibus sacerdotibus et mysteria ei dantibus atque omnibus dicentibus amen: illa emisit spiritum. *Re.* Lucia martyr invictissima sponsa agni: hostia dei templum spiritussancti hoste jam triumphato visceribus patefactis instantius dominum Jesum diutissime predicabat. Dum Christi sumptis mysteriis: Vite incorruptibili virgo incorrupta successit. ℣ Judice confuso et cuncto terrore devicto igne superato gladio quoque transverberata loco omnino non est mota. Dum. Gloria patri. Vite incorruptibili. *Re.* Lucia. ℣ Specie tua.

¶ *In laudibus antiphona.*

[1] tandiu: G.S. [2] angustiante: E.G. [3] Dioclecianum: E.S. Dioeletianum: G.

Digitized by Google

Torquebatur animo paschasius: et ignem pice: resina: ac ferventi oleo injecto copiosum circa dei famulam fecit accendi. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* In mediis flammis martyr invicta in nomine domini nostri Jesu Christi exultans et Christum turbis annuncians manebat immobilis. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Ego rogavi dominum meum Jesum Christum: ut ignis iste non dominetur mihi quatenus tibi insultent confidentes in Christo. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Ideo petivi inducias martyrii mei ut credentibus timorem tollerem passionis: et non credentibus vocem insultationis auferrem. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Tunc in viscera ejus gladium mergi fecerunt: at illa constantior populum circunstantem diutius allocuta pacem ecclesie dei redditam nunciabat. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Sapientia vincit. *Hymnus* Jesu corona. ℣ Adducentur. *Añ.* Columna es immobilis lucia sponsa Christi: quia omnis plebs te expectat ut accipias coronam regni all'a. *ps̄.* Benedictus. *Oratio* Exaudi nos deus. *etc. Memoria de adventu et de domina. Ad horas antiphone de laudibus: cetera de communi: cum oratione propria.*

¶ *Ad vesperas antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Emulor enim. *Hymnus* Jesu corona. ℣ Diffusa. *Añ.* Soror mea lucia virgo deo devota quid a me petis quod ipsa poteris prestare continuo matri tue. *ps̄.* Magnificat. *Or̄o ut sup.*

¶ *In vigilia sancti thome. Ad matutinas omnia dicantur de adventu et hore similiter. Ad vesp. añ.* Vos qui reliquistis. *cum sequentibus antiphonis psalmis ferialibus. Cap.* Non vos. *Re.* Qui sunt isti. *Hymnus.*

O Thoma Christi perlustrator lateris per illa sancta te rogamus vulnera que mundi cuncta diluerunt crimina nostros reatus terge tuis precibus. *Hymnus.* Annue Christe. ℣ In omnem terram. *In evangelio añ.* O thoma didime[1] per Christum quem meruisti tangere: te precibus rogamus altissonis[2] succurre nobis miseris ne damnemur cum impiis in adventu judicis. *ps̄.* Magnificat. *Oratio de communi. Memoria de adventu. Añ.* O oriens.

Ad matutinas. *Lectio j.*

In diebus illis: cum sanctus thomas apostolus predicaret in cesarea: apparuit ei dominus Jesus Christus: et ait ad eum Rex indorum gundoforus misit prepositum suum ad syriam querere hominem architectorica arte eruditum: veni et mittam te cum eo. Dicit[3] ei thomas. Domine quo vis mitte me: preter indos. Dicit[3] ei dominus. Vade quia ego tecum sum et non te deseram. Et cum acquisieris mihi indos: cum corona martyrii venies ad me. *Lec. ij.*

Hec eo dicente: ecce prepositus regis indorum nomine abbanes descendens de navi deambulabat juxta mare in foro rerum venalium: Quem cum dominus interrogaret quid

[1] didyme: G. passim. [2] altisonis: G. [3] Dixit: S.

Digitized by Google

comparare voluisset: et ille responderet: hominem architectorica arte eruditum. Habeo inquit dominus servum mihi valde fidelem: hunc mittam tecum: ut expletis omnibus cum honore facias eum ad me remeare.

Pergentes autem ab- [*Lec. iij.* banes et thomas: pervenerunt ad regem indie gundoforum nomine. Rex autem ut vidit thomam: dixit ei: Potes mihi fabricare palatium? Respondit thomas Possum: Ostendens autem rex locum apostolo: et relinquens ei pecunias infinitas: abiit. Apostolus autem circuibat per vicinas civitates: et predicabat verbum dei: et baptisabat[1] credentes: et pauperibus pecuniam dividebat. *Lectio iiij.*

Cum autem venisset rex post biennium: et hoc quod fecit apostolus deprehendisset: jussit eum simul cum abbane in carcerem mitti. et quoniam frater regis in extremitate vite languebat: distulit interfectionem illorum. Cunque moreretur frater regis: nomine gad: et jam sepulturam ei pararent: quarto die is qui mortuus fuerat surrexit. Tunc dixit gad fratri suo regi: Audi frater: Iste homo quem occidere proponis: amicus dei est: et mihi ostensum est palatium quod ipse tibi edificabat. *Lectio v.*

Dixit autem gad ad sanctum thomam apostolum: Palatium quod fratri meo gundoforo fabricasti conspexi: et petentibus angelis dei hoc merui: ut illud emerem His itaque gestis veniente die dominica: baptisati sunt quattuor decim milia hominum: exceptis parvulis et mulieribus. Tunc jussit migidonius[2] rex indie[3] superioris sanctum apostolum manibus a tergo ligatis adduci ad se: et jussit ferrum igniri: et precepit supra illud sanctum apostolum ambulare. Extincto autem igne dei virtute cogere nitebatur eum rex: ut sacrificaret deo soli.

Cum autem venisset [*Lec. vj.* sanctus apostolus ad simulachrum solis: ait. Adjuro te demon: qui in isto simulachro habitas: ut istud comminuas mox ut genua mea[4] flexero: Orante autem apostolo[5]: quasi cera juxta ignem posita idolum ipsum liquefactum est. Tunc omnes sacerdotes mugitum levaverunt. Pontifex autem templi tenens gladium: transforabat apostolum dicens: Ego vindicabo injurias dei mei. Factaque est dissensio in populo: major tamen pars populi clamabat pro apostolo: ita ut ipsum pontificem: qui eum percussit quererent: ut vivus incenderetur. Corpus vero sancti apostoli cum honore apostolico in ecclesiam transtulerunt. *Scdm. johannem.*[6]

In illo tempore: Thomas autem unus ex duodecim: qui dicitur didimus: non erat cum eis quando venit Jesus. Et reliqua. *Omelia*[7] *gregorii pape.*[8]

Iste unus discipulus [*Lectio vij.* defuit reversus que gesta sunt audivit audita credere rennuit.

[1] baptizabat: S. [2] mygdonius: G. [3] in die: S.
[4] meam: W. [5] pro 'apostolo' populo: W. [6] '*xx.*' *add: S.*
[7] '*beati*' *add: G.* [8] '*de eadem lectione*' *add: G.*

Digitized by Google

Venit iterum dominus: et non credenti discipulo latus palpandum prebuit: manus ostendit: et ostensa suorum cicatrice vulnerum: infidelitatis illius vulnus sanavit. *Lectio viij.*

Quid fratres charissimi: quid inter hec animadvertitis? Nunquid casu gestum creditis: ut electus ille discipulus tunc deesset: post autem veniens audiret: audiens dubitaret: dubitans palparet: palpans crederet? Non hoc casu: sed divina dispensatione gestum est. *L. ix.*

Egit nanque miro modo superna clementia: ut discipulus dubitans: dum in magistro suo vulnera palparet carnis: in nobis vulnera sanaret infirmitatis. Plus enim nobis thome infidelitas ad fidem: quam fides credentium discipulorum profuit: quia dum ille ad fidem palpando reducitur nostra mens omni dubitatione postposita in fide solidatur. *In evangelio añ.* Thomas qui dicitur didimus: non erat cum eis quando venit Jesus: dixerunt ei alii discipuli: vidimus dominum alleluya. *Oratio.*

Da nobis quesumus domine beati apostoli tui thome solennitatibus ita gloriari: ut ejus semper patrociniis sublevemur: et fidem congrua devotione sectemur: per dominum. *Cetera de communi. Memoria de adventu. Añ.* Nolite timere: quinta enim die veniet ad vos dominus noster. ℣ Vox clamantis. *Oratio dominicalis: nisi in dominica evenerit: et tunc non dicetur antiphona* Nolite timere. *Sed fiet memoria de adventu tam in primis quam in secundis vesperis et matutinis cum antiphonis et versiculis dominicam contingentibus: et oratione dominicali. et nisi quattuor tempora in festo suo evenerint: quia si sexta feria vel sabbato quattuor temporum festum ejus evenerit: non dicatur*[1] *antiphona* Nolite timere. *sed antiphona de evangelio super psalmum* Benedictus. *cum oratione de quattuor temporibus et memoria de domina ad matutinas tantum.*

¶ *Ad horas omnia de communi cum oratione propria. Ad vesperas antiphona.* Juravit.[2] *cetere antiphone cum psalmis de apostolis. et*[3] *cetera ut in communi. In evang. antiphona.* Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui non viderunt et crediderunt. all'a. *ps̄.* Magnificat. *Oratio ut supra. Memoria de adventu. Añ.* O rex gentium.

¶ *S. felicis presbyteri in pincis.*

Concede quesumus omnipotens deus: ut ad meliorem vitam sanctorum tuorum exempla nos provocent quatinus quorum solennia agimus: etiam actus imitemur. Per dominum. [*Oro.* *Lectio j.*

Post completionem beatissimi felicis presbyteri: alius felix presbyter germanus ejus pro confessione Christi a paganis invaditur. Qui cum adductus fuisset ad iniquissimum flaccum urbis prefectum: cepit compellere ut idolis immolaret. Cui beatus felix ait Puto quod inimici estis deorum vestrorum effecti. Si vultis probare virtutem domini mei Jesu Christi: ad capitolium me ire jubete: ut

[1] *dicetur*: G. [2] '*et*' *add*: G. [3] '*et*' *om.*: G.

Digitized by Google

ipsum jovem principem demoniorum vestrorum ruere faciam.

Audiens hec flaccus [*Lectio ij.* prefectus clausit aures suas: et jussit eum fustibus cedi: atque exilio deportari in montem qui vocatur circei: ubi lapides quadrati excidebantur: ut ibidem omnibus diebus vite sue hoc sanctus felix faceret. Adveniens igitur in predictum locum invenit ibidem cujusdam probi tribuni: qui preerat loco filiam a demonio vexari. Pro qua invocato nomine domini nostri Jesu Christi: statim salvata est. *L. iij.*

Tunc probus tribunus: cum[1] vidisset hoc miraculum factum in ejus filia: misit se ad pedes ejus clamans et dicens: Vere tu verus es homo dei sanctus. Et exinde jam non eum permisit penitus: ut ibi injurie subjaceret. Supervixit autem beatissimus felix presbyter in eadem civitate per annos duodecim. Post duodecim vero annos ipsa die dominica confectis mysteriis: dansque pacem universo populo: projiciens se in pavimento: in oratione perrexit ad dominum. *Cetera de communi unius confessoris non pontificis.*

¶ *Sancti mauri abbatis. Lectio j.*

Beatus maurus igitur[2] a sancto benedicto instructus: magistri sui adjutor existens: ac miraculorum ejus cooperator: corpus proprium jejuniis: vigiliis: nimiisque frigoribus edomavit. In vicesimo sexto anno fundationis cenobii beati mauri: centum quadraginta fratrum congregatio illic erat adunata. Quem numerum excedere vel minuere nunquam licebat. *Lectio ij.*

Quadam vero nocte cum sanctus maurus more solito ecclesiam vellet intrare: diabolus magna obsequentium stipatus caterva: ab ingressu prohibuit eum dicens. Eja maure ego nunc strages diversarum mortium inferendo de tuis triumphabo: ita ut vix aliqui de tanta remaneant congregatione. Cui cum vir domini respondisset: increpet dominus te sathan: quia mendax es: diabolus velud fumus evanuit. *Lectio iij.*

Interea cum vir domini esset pro his que audierat merens: angelus domini apparuit ei dicens. O dilectissima deo anima: verum est aliquo modo quod audisti. Pars enim maxima hujus congregationis infra breve tempus colligetur ad dominum. Quos cum omnes premiseris felix: ut promeruisti felicior prosequeris. Factum est enim[3] ut infra quinque menses centum et sedecim morerentur fratres. Expleto tanto numero: dolor lateris graviter beatum invasit maurum. Qui languore ingravescente: astantibus qui relicti fuerant discipulis: feliciter migravit ad dominum.[4] *Cetera de communi unius confessoris non pontificis.*

¶ *Sancti marcelli pape et martyris Oratio.*

Preces populi tui quesumus domine clementer exaudi:

[1] 'cum' om.: S.
[2] igitur maurus: G.
[3] pro 'enim' autem: G.
[4] 'Tu autem domine miserere' add: G.

Digitized by Google

ut beati marcelli martyris tui atque pontificis meritis adjuvemur cujus passione letamur. per dominum. *Lectio j.*

Temporibus diocliciani et maximiani imperatorum: beatus marcellus papa prefuit in ecclesia Christi in romana urbe: mortuo autem diocliciano: filius ejus maximianus precepit puniri omnes christianos: zeloque ductus fecit maximis tormentis affligi beatum cyriacum: largus[1] et smaragdus et crescentianus diversa supplicia perpessi sunt. Beatus quoque marcellus jubente maximiano fustibus cesus est et expulsus ab eo. *Lectio ij.*

Post hoc[2] dictavit augustus sententiam: ut cyriacus et socii ejus capitalem deberent subire sententiam. Et ducti sunt cum cyriaco promiscui sexus numero viginti: et[3] decollati sunt via salaria: quorum corpora johannes presbyter condidit in eadem via. Ipso tempore maximianus interfecit sororem suam arsemiam[4] propter christianam religionem. *Lec. [iij.*

Post dies octo sanctus marcellus cum lucina christianissima matrona transtulit corpora sanctorum in predium suum septimo die mensis augusti. Et consecravit beatus marcellus domum lucine ecclesiam sicut obnixe rogavit ipsa. Et cum sepe in eadem ecclesia missas celebrasset: iratus maximianus jussit in eadem ecclesia plangas sternere ad stabulum animalium: et ipsum marcellum deputavit in custodia publica. Ibique servivit deo: et post multos annos defunctus est sub die septimo decimo kalendarum februarium: et sepultus in cimiterio[5] priscille via salaria. *Cetera de communi unius martyris.*

¶ *Sancti anthonii*[6] *monachi. Oratio.* Adesto domine. *ut in communi.* *Lectio j.*

Beatus antonius nobilibus religiosisque parentibus ab egypto oriundus fuit: quique et virtutibus immensis claruit: et postmodum pater monachorum innumerabilium insignissime enituit. Qui post multas tribulationes et vexationes demonum solus conscendit ad montem: et heremi adhuc monachis ignotam[7] interrupto meatu viam conatus est pandere. *L. ij.*

Diabolus autem impedire ejus propositum volens argenteum discum in itinere projecit. Quo viso antonius: callidi artificis cognoscens astutiam ait Hoc artificium diabole tuum est non impedies voluntatem meam: argentum tuum tecum sit in perditionem. Hec illo dicente: discus evanuit. Deinde non ut ante fantasiam: sed ingentem massam auri jacentem in itinere conspexit. At ille rapido cursu quasi quoddam vitaret incendium: ad montem perrexit.

Appropinquante vero [*Lec. iij.* ejus vite termino: vocatis ad se duobus fratribus dixit. Ego quidem filioli: jam nunc patrum gradior viam: vos patris operite corpusculum: et illud custodite mandatum: ut nemo preter vos mei noverit tumuli

[1] 'autem' add: S. [2] hec: S. [3] 'simul' add: G. [4] arthemiam: G.W.
[5] cemeterio: G. cymeterio: W. [6] *antonii: G. passim.* [7] ignote: G.

Digitized by Google

locum : ne forte corpus vano servetur honore. Dum ergo verba finierat : mortem letus aspexit : atque regna penetravit celestia. Ubi cum sanctis omnibus regnat in secula seculorum amen. *Cetera de communi unius confessoris non pontificis.*

¶ *Sancte prisce virginis et martyris.* *Oratio.*

Da quesumus omnipotens deus : ut qui beate prisce martyris tue natalitia colimus : et annua solennitate letemur : et tante[1] fidei proficiamus exemplo : per dominum. *Lectio j.*

Celebrantes ergo veneranda sancte prisce virginis et martyris festa : libet in medium conferre quedam de ejus martyrio glorioso. Beata vero prisca nobilis romana tertio decimo etatis sue anno jussa est a claudio imperatore in templo appollinis[2] sacrificare. Qua orante : in eodem templo terremotus factus est : et civitas concussa : et appollo[3] cecidit et comminutus est : et quarta pars templi ruens oppressit multitudinem peccatorum.

Deinde expoliata et [*Lectio ij.* cesa et in carcere clausa per totam noctem hymnum cantabat : et visitatione angelica confortata est. Postmodum pinguedine adipum ferventi peruncta est. Secundo uncinis[4] ferreis toto corpore dissipata. Dehinc ferocissimis bestiis exposita. tandem carnifices tandiu carnes ejus raserunt : donec ad ossa pervenerunt :[5] et sic a[6] tormentis cessarunt. *Lectio iij.*

Tunc imperator jussit eam igne consumi. Sed pluvia magna de celo facta : ignis extinctus est. Tunc comam capitis ejus jussit radi : in qua credebat magicam artem consistere. Post hec inclusit eam in templo : ut ibi fame deficeret. Die autem tertio ingressus vidit ancillam Christi : que angelico solatio fuerat relevata : et idolum dejectum et comminutum. Et iratus claudius : jussit eam capite truncari. *Cetera de communi unius virginis et martyris. Sancti germanici martyris omnia ut in communi.*

¶ *Sanctorum martyrum fabiani et sebastiani.*

Si in festo sanctorum martyrum fabiani et sebastiani dominica in septuagesima evenerit : anticipetur festum : et fiat in die sabbati. Si vero in festo sancte agnetis evenerit : festum sancte agnetis fiat in crastino sancti vincentii. et fiat memoria de sancta emerenciana. Quando et ex quibus causis ista festa debeant anticipari vel differri : vide supra in magna rubrica ante historiam Domine ne in ira.

¶ *Ad vesperas Cap.* Sancti per fidem. *Re.* Erat nanque *Hymnus* Sanctorum meritis. ℣ Exultent justi. *In evang. añ.* Insignes preconii alme tue nobilitati consonant voces : collaudantes verbo supplici prosequamur. Ave inclite martyr : angelorum consors : apostolorum socius : prophetarum concivis : et martyrum coheres : sancte sebastiane cum

[1] ante : S. [2] appolinis : E. apollinis : G.W. [3] apolo : E.
[4] uncis : G. [5] evenerunt : S. [6] pro 'a' ad : S.

Digitized by Google

sociis tuis: intercede pro nostra omniumque salute. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Infirmitatem nostram respice omnipotens deus: et quia pondus proprie actionis gravat: beati fabiani martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. *Sub una conclusione.*

Deus qui beatum sebastianum martyrem tuum virtute constantie in passione roborasti: ex ejus nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere et nulla ejus adversa formidare: per. *Ad matuti. Invita.* Gaudete. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Eterna Christi. *In primo nocturno an̄.* Sebastianus mediolanensium partium civis: quem perfuderat deus gratia ab omnibus amabatur. *ps̄.* Beatus vir. *An̄.* Erat enim in sermone verax: in judicio justus. *ps̄.* Quare fremuerunt. *An̄.* Christo quotidie sedulum exhibebat officium: erat enim verus dei cultor. *ps̄.* Cum invocarem. ℣ Exultent justi.

[*Lec. j.*] Sebastianus vir christianissimus: mediolanensium partium civis: diocliciano et maximiano imperatoribus ita carus erat: ut principatum ei prime cohortis traderent: et suis conspectibus eum semper juberent astare. Erat enim vir totius prudentie. In sermone verax: in judicio justus: in consilio providus: in commisso fidelis: in interventu strenuus: in bonitate conspicuus: in universa morum honestate preclarus. *Re.* Sebastianus dei cultor studiose curabat sub absconso clamidis[1] sanctorum animos confortare. Spem promittens et gloriam consequi sempiternam. ℣ Christo quotidie sedulus exhibebat officium: et christianorum animos confortabat. Spem. *Lectio ij.*

Clarissimis igitur viris marcelliano et marco duobus geminis fratribus pro Christi nomine in vinculis constitutis quotidie solatium exhibebat sanctus sebastianus: et [2] ipsis quam etiam servis eorum cum quibus tenti fuerant: et omnibus in vinculis pro Christi fide constitutis: salutaria fidei consilia ministrabat: ut seculi blandimenta respuerent: et momentanea tormentorum genera non timerent. *Re.* Erat nanque in sermone verax: in judicio justus: in consilio providus in bonitate conspicuus. In universa morum honestate preclarus. ℣ In commisso quoque fidelis: in interventu strenuus. In. *Lec. iij.*

Igitur cum hec quottidie sanctus sebastianus faceret: quadam die subito per unam fere horam splendore nimio de celo veniente circundatus est: et sub ipso splendore juvenis amictus pallio candidissimo apparuit juxta eum. Hec autem gerebantur infra domum nichostrati[3]: apud quem custodiebantur marcellianus et marcus. Qui nichostratus[3] habebat uxorem nomine zoe. hec autem ante sex annos facta est muta: prudentiam tamen audiendi et intelligendi non solum non amiserat: verumetiam et melius quam habuerat prius: obtinebat. *Re.* Sebastianus vir

[1] chlamydis: G. [2] 'tam' add: E.G. [3] nicostratus: G. passim.

Digitized by Google

christianissimus quem occultabat militaris habitus: Et clamidis sue obumbrabat aspectus. ℣ Quem perfuderat deus gratia: ideoque ab omnibus amabatur. Et clamidis. Gloria patri. Et clamidis. *In secundo nocturno añ.* Ad hoc tantum sub clamide Christi militem tegebat absconditum: ut deo redderet animas: quas diabolus conabatur auferre. *ps̄.* Verba mea. *añ.* Clarissimis quotidie viris marcelliano et marco suadebat seculi blandimenta respuere: et momentanea tormentorum genera non timere. *ps̄.* Domine dominus noster. *Añ.* Sebastianus vir christianissimus: quem occultabat militaris habitus: et clamidis sue obumbrabat aspectus. *ps̄.* Conserva me. ℣ Letamini. *Lectio iiij.*

Igitur cum intellexisset zoe uxor nichostrati omnia que beatus sebastianus predixerat: et tantum lumen circa eum vidisset: genibus flexis rogare eum cepit manuum indiciis. Tunc dixit sebastianus: Si ego verus Christi servus sum: et si vera sunt omnia: que ex ore meo hec mulier audivit: et credidit: aperiat os ejus: qui aperuit os zacharie prophete domini. *Re.* Christo quotidie sedulum exhibebat officium. Et Christianorum animos: quos in tormentis videbat deficere: confortabat. ℣ Erat enim in sermone verax: in judicio justus: in universa morum honestate preclarus. Et. *Lectio v.*

Ad hanc vocem clamavit mulier voce magna dicens Beatus es tu: et benedictus sermo oris tui: et beati qui credunt per te[1] Christum filium dei vivi. His et aliis multis expletis: beatus sebastianus a fabiano prefecto apud dioclicianum imperatorem accusatus est. Quem dioclicianus ad se advocans ait: Ego te inter primos in meo palatio semper habui: et contra salutem meam in deorum injuriis[2] hactenus latuisti. Sebastianus respondit: Pro salute tua semper Christum colui: et pro statu romani imperii: illum qui in celis est semper adoravi. Consideravi enim a lapidibus auxilium petere: insani capitis esse et vani. *Re.* Sebastianus mediolanensium partium civis: quem perfuderat deus gratia: ab omnibus amabatur. ℣ Erat enim in sermone verax: in judicio justus. Quem. *Lectio vj.*

Iratus autem dioclicianus imperator: jussit sanctum Sebastianum duci in medium campum: et ligari quasi signum ad sagittandum: et jussit ut sagittarii circundarent eum. Tunc posuerunt eum milites in medium campum: et hincinde repleverunt eum sagittis: ut quasi hericius ita esset consitus ictibus sagittarum. Estimantes[3] autem illum mortuum: abierunt. Quedam autem religiosa mulier venit nocte: et inveniens eum viventem: duxit in domum suam: ibique intra paucos dies salutem integerrimam recuperavit in omnibus membris. *Re.* Zoe uxor nichostrati dixit beato sebastiano: beatus es tu: et benedictus

[1] 'Jesum' add: S. [2] injurias: G. [3] Existimantes: G.

Digitized by Google

sermo oris tui: Per Jesum Christum dominum nostrum. ℣ Benedicti qui in omnibus que locutus es credunt. Per Jesum. Gloria. Per. *In tertio nocturno añ.* Ut vidit beatus sebastianus athletas dei immenso certaminis pondere fatigari: dixit: o fortissimi milites Christi nolite per misera blandimenta coronas deponere sempiternas. *ps̄.* Domini est terra. *Añ.* Sebastianus dixit marcelliano et marco: non vos seducant blandimenta mulierum. *ps̄.* Beati quorum. *Añ.* Nolite timere: non separabuntur a vobis: sed vadunt in celum parare vobis sydereas[1] mansiones. *ps̄.* Deus venerunt. ℣ Justorum anime. *Expositio.* Descendens Jesus de monte. *Omelia est in communi.* *Re.* Egregie dei martyr sebastiane princeps ac propagator sanctissimorum preceptorum: ecce nomen tuum in libro vite celestis ascriptum est. Et memoriale tuum non derelinquetur in secula. ℣ Socius enim factus es supernarum virtutum: que et in celis spiritum tuum susceperunt. Et memoriale. *Lec. viij.*

Cum ergo omnes christiani convenissent ad sanctum sebastianum: hortabantur eum abscedere. Ille autem oratione completa: ascendit super gradus. Et imperator dioclicianus adveniens: dixit ad eum. Tune es sebastianus: quem nos jussimus sagittis interfici? Sebastianus respondit. Ad hoc me dominus resuscitare dignatus est: ut conveniam et contestar vos coram omni populo injusto judicio persecutionem vestram in Christi famulos ebullire.[2] Tunc jussit eum dioclicianus in hyppodronium[3] palatii duci: et tandiu fustigari: donec spiritum exalaret. *Re.* Elegit dominus virum de plebe: et claritatem visionis eterne dedit illi: celebremus solennitatem sebastiani martyris. Gaudium sit in celo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. ℣ Beatus es tu et bene tibi erit egregie martyr sebastiane. Gaudium sit. *Lec. ix.*

Projecerunt autem sanctissimum corpus sebastiani in cloacam maximam dicentes: ne forte christiani eum martyrem sibi faciant. Apparuit autem sanctus sebastianus lucine cuidam matrone dicens ad eam: In cloaca illa que est juxta circum invenies corpus meum pendens in gumpho. Quod cum levaveris perduces ad catacumbas:[4] et sepelies juxta vestigia apostolorum. Beata autem lucina pergens noctis medio tulit inde corpus ejus: et in ipso loco ubi ipse imperavit honorifice sepelivit ad laudem domini nostri Jesu Christi: cui est honor et gloria in secula seculorum amen. *Re.* Beatus es et bene tibi erit egregie martyr sebastiane. Quia cum sanctis gaudebis: et cum angelis exultabis in eternum. ℣ Beatus es Christi martyr sebastiane: et benedictus sermo oris tui. Quia. Gloria. Quia. ℣ Mirabilis deus.

¶ *In laudibus antiphona.*

Sebastianus dei cultor studiose curabat sub absconso

[1] syderas: E.G. [2] ebullire: G. [3] hippodromium: G. [4] cathacumbas: G.

Digitized by Google

clamidis sanctorum animos confortare: spem promittens: et gloriam consequi sempiternam. *ps̄.* Dominus regnavit. *an̄.* Si ego verus Christi servus sum: et si vera sunt omnia: que ex ore meo hec mulier audivit et credidit: aperiat os ejus qui aperuit os zacharie prophete domini. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Ad hanc vocem Christi martyris sebastiani illico apertum est os uxoris nichostrati. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Zoe uxor nichostrati dixit beato sebastiano: beatus es tu: et benedictus sermo oris tui. *ps̄.* Benedicite. *an̄.* Sebastianus dixit ad nichostratum: salvator noster pro peccatoribus dignatus est suam exhibere presentiam. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Reddet deus. *Hymnus.* Rex gloriose martyrum. ℣ Justi autem. *In evanglio an̄.* Beatus es: et bene tibi erit egregie martyr sebastiane: quia cum sanctis gaudebis: et cum angelis exultabis in eternum. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Infirmitatem. *Alia oratio.* Deus qui beatum sebastianum. *Ad horas antiphone de laudibus. Cetera de communi plurimorum martyrum cum oratione.*

Infirmitatem nostram respice omnipotens deus: et quia pondus proprie actionis gravat: beatorum martyrum tuorum fabiani et sebastiani intercessio gloriosa nos protegat. Per dominum.

¶ *Sancte agnetis virginis et martyris. Ad vesperas an̄.* Sebastianus. *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus.*

Cap. Qui gloriatur. *Re.* Dexteram tuam meam. *Hym.* Virginis proles. ℣ Diffusa est. *In evangelio An̄.* Beata agnes in medio flammarum expansis manibus orabat: te deprecor venerande colende pater metuende: quia per sanctum filium tuum minas evasi sacrilegi tyranni et carnis spurcicias immaculato calle transivi: et ecce venio ad te: quem amavi: quem quesivi: quem semper optavi. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Omnipotens sempiterne deus: qui infirma mundi eligis ut fortia queque confundas: concede propitius: ut qui beate agnetis martyris tue solennia colimus: ejus apud te patrocinia sentiamus. Per dominum.[1] *Memoria de sanctis fabiano et sebastiano. An̄.* Egregie dei martyr sebastiane princeps ac propagator sanctorum preceptorum: ecce nomen tuum in libro vite celestis ascriptum est: et memoriale tuum non derelinquetur in secula. ℣ Exultent justi. *Oratio.* Infirmitatem nostram. *Oratio.* Deus qui beatum. *Ad matutinas Invita.* Christum dominum: cujus mater virgo est: cujus pater feminam nescit. Venite adoremus. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Virginis proles. *In primo nocturno An̄.* Discede a me pabulum[2] mortis: quia jam ab alio amatore preventa sum. *ps̄.* Domine dominus noster. *An̄.* Anulo[3] suo subarravit me dominus meus Jesus Christus: et tanquam sponsam decoravit me corona. *ps̄.* Celi enarrant.

[1] '*etc.*' *add: G.* [2] papulum: W. [3] Annulo: G.

Digitized by Google

An̄. Dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus preciosis: tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Diffusa. *Lectio j.*

Diem festum sacratissime virginis agnetis celebremus: omnesque gratulemur in domino: et qualiter passa sit ad memoriam revocemus. Tempore illo erat quedam virgo rome: nobilis genere nomine agnes: que certans contra principes tenebrarum tertiodecimo etatis sue anno mortem perdidit: et vitam invenit: quia solum vite auctorem dilexit. Dum a scholis reverteretur: a prefecti urbis filio adamatur. Cujus parentes ceperunt ei multa offerre et plura promittere. *Re.* Diem festum sacratissime virginis celebremus: qualiter passa sit beata agnes: ad memoriam revocemus: tertio decimo etatis sue anno mortem perdidit et vitam invenit. Quia solum vite dilexit auctorem. ℣ Ingressa agnes turpitudinis[1] locum angelum domini preparatum invenit. Quia solum. *Lectio ij.*

Juvenis autem omnem preciosum lapidem secum detulit: et per seipsum:[2] et per amicos cepit aurem virginis appellare: domos possessiones: et omnes[3] mundi divitias promittere: si consensum suum ejusque conjugium non negaret. Tunc beata agnes dixit ad eum. Discede a me pabulum mortis quia jam ab alio amatore preventa sum: qui mihi satis meliora te obtulit ornamenta: et

anulo[4] fidei sue subarravit me. *Re.* Dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus preciosis: tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. Et circumdedit me vernantibus atque choruscantibus gemmis. ℣ Induit me dominus ciclade auro texta: et immensis monilibus ornavit me. Et circumdedit.

Audiens hec insanissimus juvenis amore ceco corripitur: et inter angustias anime et corporis anhelo cruciabatur spiritu. Fiunt hec interea nota patri: qui cepit inquirere: quis esset sponsus de cujus se[5] agnes[6] potestate gloriaretur. Dictumque est ei hanc esse christianam: et ita magicis artibus occupatam: ut dicat Christum sponsum suum esse. Audiens hec prefectus letus efficitur: et eam sibi presentatam primo blandis sermonibus: deinde terroribus pulsat. Sed Christi virgo eodem vultu perseverans: et terrentem sicut blandientem animo deridebat. *Re.* Induit me dominus vestimento salutis: et indumento leticie circundedit me Et tanquam sponsam decoravit me corona. ℣ Tradidit auribus meis inestimabiles margaritas: et circundedit me vernantibus atque choruscantibus gemmis. Et tanquam. Gloria patri. Et tanquam. *In secundo nocturno an̄.* Christus circundedit me vernantibus atque choruscantibus gemmis preciosis. *ps̄.* Eructavit. *An̄.* Posuit signum in faciem meam: ut nullum preter eum amatorem[7] admittam. *ps̄.* Deus

[Lec. iij.]

[1] turpitudis: W. [2] 'et per seip.' om.: S. [3] 'omnes' om.: S. [4] annulo: G. [5] 'se' om.: G.S. [6] 'agnes' om. S. [7] amorem · W.

Digitized by Google

noster refugium. *Añ.* Induit me dominus ciclade auro texta: et immensis monilibus ornavit me. *ps̄.* Fundamenta. ℣. Specie tua.[1]

Sequenti autem die [*Lec. iiij.* prefectus jussit sibi presentari agnetem: et iterum atque iterum repetens cepit replicare de juvenis amore sermonem. Noli inquit temetipsam[2] decipere: ut iram deorum incurras: sed ad venerabilem deam nostram properare necesse habes ut si perseverare in virginitate placet: ejus die ac nocte sacrificiis insistas. Unum inquit e duobus elige: aut cum virginibus dee mee veste sacrifica aut cum meretricibus scortaberis. At illa respondit: Novi virtutem domini mei Jesu Christi: et ideo secura contempno minas tuas. *Re.* Amo Christum in cujus thalamum introivi cujus mater virgo est: cujus pater feminam nescit: cujus mihi organa modulatis vocibus cantant. Quem cum amavero casta sum: cum tetigero munda sum: cum accepero virgo sum. ℣ Mel et lac ex ejus ore suscepi: et sanguis ejus ornavit genas meas. Quem cum. *Lectio v.*

Insanissimus autem judex jussit sanctam virginem spoliari: et nudam ad lupanar duci sub voce preconia dicens. Agnetem virginem sacrilegam deos blasphemantem scortatam lupanaribus datam. Statim autem ut spoliata est tantam densitatem capillorum concesit ei gratia divina: ut melius capillis quam vestibus videretur tecta. Ingressa igitur agnes turpitudinis locum angelum domini illic preparatum invenit qui immenso eam splendore circundedit: ita ut nullus posset eam pre splendore prospicere: nec contingere: nec videre. *Re.* Ipsi sum desponsata: cui angeli serviunt: cujus pulchritudinem sol et luna mirantur. Ipsi soli servo fidem ipsi[3] me tota devotione committo. ℣ Dexteram meam et collum meum cinxit lapidibus preciosis: tradidit auribus meis inestimabiles margaritas. Ipsi.

Cumque beata virgo [*Lec. vj.* in oratione se prosterneret: subito apparuit ante oculos ejus stola candidissima: et ipsa apprehendens eam induit se: et dixit. Gratias tibi ago domine Jesu Christe: qui me in numero ancillarum tuarum computans: vestem mihi largiri precepisti. Cumque hec agerentur: prefecti filius veniens ad locum in quo sancta virgo orabat: et videns tantum lumen circa eam esse: non dedit honorem deo: sed irruens in ipsum lumen priusquam manu eam contingeret: cecidit in faciem suam: et prefocatus a diabolo expiravit. *Re.* Jam corpus ejus corpori meo sociatum est: et sanguis ejus ornavit genas meas. Cujus mater virgo est: cujus pater feminam nescit. ℣ Ipsi sum deponsata cui angeli serviunt: cujus pulchritudinem sol et luna mirantur. Cujus. Gloria. Cujus. *In tertio nocturno añ* Mel et lac ex ore ejus[4] suscepi: et sanguis ejus ornavit genas meas. *ps̄.* Cantate (*j.*) *Añ.* Cujus pulchritudinem

[1] '*etc.*' *add*: *G.*
[2] temetipsum: S.
[3] pro 'ipsi' ipsim: E.
[4] 'ex ejus ore': G.

Digitized by Google

sol et luna mirantur: ipsi soli servo fidem. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *an̄.* Christi virgo nec terrore concutitur: nec blandimentis seducitur. *ps̄.* Cantate (*ij.*) ℣ Adjuvabit eam. *Expositio.* Simile est regnum celorum decem virginibus. *Omelia ut in communi.* *Re.* Omnipotens adorande colende tremende benedico te. Quia per filium tuum unigenitum evasi minas hominum impiorum: et spurcicias diaboli impolluto calle transivi. ℣ Te confiteor labiis: te corde: te totis visceribus concupisco. Quia per filium. *Lectio viij.*

Prefectus autem audiens filium suum interiisse: cum ingenti tumultu venit ad theatrum: et invenit corpus filii sui jacere exanime: et dixit ad beatam agnetem. In hoc apparebit: quia magicis artibus ista non gessisti: si deprecata fueris: ut restituatur mihi filius meus. Cui beata agnes respondit Licet fides vestra hec[1] impetrare non mereatur a domino: tamen quia tempus est: ut virtus domini mei Jesu Christi manifestetur: egredimini foras: ut solam me in orationem offeram. *Re.* Pulchra facie: sed pulchrior fide beata es agnes respuens mundum letaberis cum angelis. Intercede pro omnibus nobis. ℣ Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Intercede. *Lectio ix.*

Orante igitur beata agnete: resuscitatur ille juvenis: et cepit clamare dicens. Unus est deus in celo et in terra: qui est deus christianorum. Ad hanc vocem omnes clamabant. Tolle magam: tolle maleficam: que mentes mutat et animos alienat. Igitur aspasius urbis rome vicarius jussit in conspectu omnium ignem copiosum accendi: et in medio sanctam virginem jactari. Quod cum fuisset impletum flamme in duas partes divise sunt. Ipsamque penitus incendium in nullo contingebat. Tunc aspasius gladium in ejus gutture mergi fecit. Sicque gloriosa migravit ad dominum. *Re.* Mel et lac ex ejus ore suscepi. Et sanguis ejus ornavit genas meas. ℣ Cujus pulchritudinem sol et luna mirantur: ipsi soli servo fidem. Et. Gloria patri. Et. *ps̄.* Te deum. ℣ Specie tua.

In laudibus antiphona.

Ingressa agnes turpitudinis locum: angelum domini preparatum invenit. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Mecum enim[2] habeo custodem corporis mei angelum domini. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Stat a dextris ejus agnus nive candidior: Christus sibi sponsam et martyrem consecravit. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Benedico te pater domini mei Jesu Christi: quia per filium tuum ignis extinctus est a latere meo. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Congaudete mecum: et congratulamini: quia cum his omnibus lucidas sedes accepi. *ps.* Laudate. *Cap.* Sapientia vincit. *Hymnus.* Jesu corona virginum. ℣ Adducentur. *In evangelio an̄.* Ecce quod concupivi: jam video: quod speravi: jam teneo: illi sum juncta in

[1] pro 'hec' hoc: G.

[2] pro 'enim' non: S.

Digitized by Google

celis : quem in terris posita tota devotione dilexi. *ps̄.* Benedictus. *Oratio* Omnipotens sempiterne deus. *Ad horas antiphone de laudibus. Cetera de communi unius virginis et martyris cum oratione propria.*

¶ *Sancti vincentii martyris.*

Ad vesp. an̄. Ingressa agnes. *cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Beatus vir qui suffert. *Re.* Sanctus vincentius. *Hym.* Deus tuorum. ℣ Gloria et honore. *In evan. an̄.* Sacram hujus diei solennitatem humili celebremus devotione qua invictus Christi martyr vincentius tyranno devicto insignem[1] victorie palmam celo gaudens intulit. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Adesto quesumus[2] domine supplicationibus nostris : ut qui ex iniquitate nostra nos reos esse cognoscimus beati vincentii martyris tui intercessione liberemur per dominum. *Memoria de sancta Agnete. An̄.* Stans beata agnes in medio flamme expansis manibus orabat ad dominum : omnipotens adorande : colende : tremende benedico te : et glorifico nomen tuum in eternum. ℣ Diffusa est. *Oratio.* Omnipotens sempiterne deus. *Ad matu. Invit.* Vincentem mundum adoremus dominum. In quo pressuras mundi martyr vicit vincentius. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Deus tuorum. *In primo nocturno an̄.* Sanctus vincentius a puericia studiis literarum traditus superna sibi providente clementia gemina scientia efficacissime claruit. *ps̄.* Beatus vir. *An̄.* Sanctitate quoque insignis diaconii arce suscepta : vices pontificis diligenter exequebatur. *ps̄.* Quare fremuerunt. *An̄.* Valerius igitur episcopus et levita vincentius spe fruendi victoria divinitus subnixi in confessione deitatis alacriter cucurrerunt. *ps̄.* Domine quid. ℣ Gloria et honore.

Probabile satis est ad [*Lec. j.* gloriam vincentii martyris quod descriptis passionis ipsius gestis titulo invidit inimicus. Igitur gloriosus levita Christi vincentius : cum episcopum valerium magistrum suum in suppliciis positum videret : ita eum alloquitur : Quid agis episcope dei ? Quid contra canem leniter musitas ?[3] Exclama in magna virtute christicola : ut qui per te exoptant corroborari te discant imitari. *Re.* Sacram presentis dei solennitatem humili celebremus devotione : qua invictus Christi martyr vincentius tyranno devicto. Insignem victorie palmam celo gaudens intulit. ℣ Peracto passionis sue venerando triumpho angelorum cetibus comitatur. Insignem. *Lectio ij.*

Audiens hec dacianus preses dixit : Amovete episcopum istum vincentium vero graviorem rebellem : qui in publicam contumeliam venit applicate tormentis. Dum autem martyr Christi cederetur : torqueretur : nec vinceretur : tyranno subridens ait : Insurge diabole : et toto malignitatis tue spiritu debachare[4] : ut dum me punis :

[1] insigne : W.
[2] 'quesumus' om. : S.
[3] mussitas : G.
[4] debacchare : G.

Digitized by Google

gravius ipse puniaris. Non eum vincere poterunt supplicia: quem celestia muniunt presidia. *Re.* Sanctus vincentius Christi martyr providente superna clementia: qui sibi eum previdebat vas electionis futurum. Gemina scientia efficacissime claruit. ℣ Sanctitate quoque insignis diaconii arce suscepta vices pontificis diligenter exequebatur. Gemina scientia. *Lectio tertia.*

Cernens ergo dacianus preses ministros suos martyrem puniendo deficere: virgis eos et fustibus jubet cedi: quosque[1] etiam mandat occidi. Subinde alii et alii ad torquendum servum dei accedentes: mox in ipso conamine deficiunt: et quem vincere exardescunt: invictum obstupescunt: seque nil proficere ingemiscunt. *Re.* Valerius igitur episcopus et levita vincentius spe fruendi victoria divinitus subnixi. In confessione deitatis alacriter cucurrerunt. ℣ Tanto nanque feliciores se esse credebant quanto acriora tyranni supplicia pia longanimitate certassent evincere. In confessione. Gloria. In confessione.[2] *Prosa* Salute corporea omnino post habita. ℣ Mundi quoque gloria. ℣ Mente libera. ℣ Conculcando terrena. ℣ Minas et blandicias. ℣ Carcerum custodias. ℣ Flagella fustes et convicia. ℣ Ipsi facti hostia. ℣ Pro perhenni gloria. ℣ Dantes satis vilia. ℣ Ementes morte vite premia. ℣ Hujus vite stadia alacriter cucurrerunt. *In secundo nocturno añ.* Tanto nanque feliciores se esse credebant quanto acriora tyranni supplicia pia longanimitate certassent evincere. *ps̄.* Cum invocarem. *Añ.* Levita vincentius dixit beato valerio: si jubes pater sancte: responsis judicem aggrediar. *ps̄.* Verba. *Añ.* Jam tibi fili charissime divini verbi curam commiseram: nunc quoque pro fide qua astamus responsa committo. *ps̄.* Domine deus noster. ℣ Posuisti domine.

[*Lectio iiij.*

Tunc sanctus vincentius dixit ad presidem. O daciane: ecce jam de apparitoribus tuis vindicor: ultionem etiam mihi in pena ipse fecisti. Videns ista dacianus: contremuit mente: et ad suos insano exclamavit furore. Quid agimus: alios in confessione mortis sue loqui coegimus[3]: huic silentium: ne contumeliam nobis loquatur: imperare non possumus. *Re.* Levita vincentius dixit ad beatum valerium: si jubes pater sancte responsis judicem aggrediar: jam tibi fili carissime divini verbi curam commiseram. Nunc quoque pro fide qua astamus responsa committo. ℣ Tibi enim gemina scientia pollenti ac superni amoris igne ferventi celestis olim doctrine ministerium delegavi. Nunc. *Lectio v.*

Ad hec vincentius inquit Torque diutius: confitentem nec a pena mea cesses: ut me gloriosiorem in omnibus facias. Torquetur sanctus vincentius: tunditur: flagellatur: exuritur: et distentis membris crescebat

[1] eosque: G.

[2] 'deitatis. *et non ultra' add:* G.

[3] cogimus: W.

Digitized by Google

corpus ad penam. Imprimuntur ardentes pectori lamine: et vulnera vulneribus imprimuntur. Sales ignibus aspersi crepitantibus minuciis per membra dissiliunt: et jam non ad artus tantum: sed[1] ad viscera suppliciorum tela jaciuntur. *Re.* Ecce jam in sublime agor: et omnes principes tuos seculo altior tyranne despicio: nolo gloriam meam minuas: nec damna inferas laudi. Paratus sum enim ad omnia tormenta pro salvatoris nomine sustinenda. ℣ Insurge ergo et toto malignitatis spiritu debachare: videbis me dei virtute plus posse dum torqueor: quam possis ipse: qui torques. Paratus. *Lectio iij.*

Renunciatur daciano a dilectis suis: sanctum vincentium hylari vultu universa percurrisse supplicia. Heu inquit datianus vincimur: sed adhuc habeo: quod de suppliciis supersit. Querite locum tenebrosum extra carceres carcerem: ibi fragmentis testule[2] passim exasperatos congerite mucrones: ut ex omni parte jacentis corpus offendat: cum evadere se credit. *Re.* Assumptus ex eculeo[3] levita vincentius atque ad patibulum raptus tortores suos pene preveniens. Moras carnificum arguendo: ad penam alacriter properabat. ℣ Intrepidus itaque dei athleta candentis ferri machinam ultro conscendit. Moras. Gloria patri. Moras. *In tertio nocturno añ.* Beatus vincentius: cujus jam mens conscia erat corone: dixit daciano: hactenus a te habitus sermo de neganda fide peroravit. *ps̄.* In domino confido. *Añ.* Nepharium tamen apud christianorum prudentiam esse cognosce deitatis cultum abnegando blasphemare. *ps̄.* Domine quis habitabit. *Añ.* Profitemur enim christiane religionis nos esse cultores ac unius veri dei permanentis in secula famulos et testes. *ps̄.* Domine in virtute. ℣ Magna est gloria.[4] *Expositio* Nisi granum frumenti. *Omelia ut in communi. Re.* Beatus dei athleta vincentius horrendo clausus ergastulo carceris psalmum deo et hymnum angelorum frequentia relevatus letus dicebat. Quorum vallatus caterva venerando fovebatur obsequio: et mulcebatur alloquio. ℣ Dantur ergo laudes deo altissimo: et resonante organo vocis angelice[5] modulata suavitas procul diffunditur. Quorum. *Lectio viij.*

Sancto igitur vincentio divinitus totum commutatum est in gloriam: quod dacianus preses sibi ingerere decreverat ad penam. Nimius enim splendor luminis in carcere illo tenebroso fulserat: in quo sanctus martyr inclusus erat. Tunc sanctus vincentius dixit custodibus: nolite timere: sed potius renunciate datiano: qua perfruor luce. Comentetur diabolus: si adhuc potest: et aliquid superaddat ad gloriam meam. *Re.* Christi miles preciosus levita vincentius: ut tribunal

1 'etiam' add: G.
2 te stulte: W.
3 eculo: W. equuleo: S.
4 'ejus in salutari tuo. *Re.* Gloriam et magnum decorem impones super eum' add: G.
5 angelici: S.

Digitized by Google

sponte rogum conscendit intrepidus. Cujus salis crepitantis per corpus minucie sparsim ibant atque prune vernabant e sanguine. ℣ Inter hec manet immotus ille dei famulus orans Christum in sublime erectis luminibus. Cujus salis. *Lectio nona.*

Quid ergo inquit dacianus amplius faciemus? Jam victi sumus. Deferatur ad lectulum corpus: et stramentis mollioribus reponatur nolo gloriosiorem facere: si inter tormenta defecerit. Fertur ad lectulum sanctus vincentius gaudentium manibus: qui oscularentur vestigia ejus: et omne ejus laceratum lamberent corpus: et qui ipsius fuerant supplicio grassati: eorum utitur bajulorum obsequiis. Hinc statim sancti martyris spiritus victor: jam victo diabolo: cruento migravit e seculo. *Re.* Agnosce o vincenti invictissime: pro cujus nomine fideliter decertasti. Ipse tibi coronam preparatam servat in celis: Qui te fecit victorem in penis. ℣ Esto igitur jam securus de premio: quia mox deposito onere carnis: nostro eris addendus collegio. Ipse tibi. Gloria patri. Qui te fecit. ℣ Posuisti.

In laudibus añ.

Assumptus ex eculeo[1] levita vincentius atque ad patibulum raptus moras carnificum arguendo ad penam alacriter properabat. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Intrepidus itaque candentis ferri machinam ultro conscendit: ac manens immotus erectis in celum luminibus dominum precabatur. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Hinc horrendo carceris clausus ergastulo dei athleta angelorum venerando fovebatur obsequio: et mulcebatur alloquio. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Agnosce o vincenti invictissime: quia pro cujus nomine fideliter decertasti: ipse tibi coronam preparatam servat in celestibus. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Dantur ergo laudes deo altissimo et resonante organo vocis angelice modulata suavitas procul diffunditur. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Iste sanctus. *Hymnus.*

Christi miles preciosus levita vincentius: ut tribunal sponte rogum conscendit intrepidus: cujus salis crepitantis per corpus minucie. Sparsim ibant atque prune vernabant e sanguine: inter hec manet immotus ille dei famulus: orans Christum in sublime erectis luminibus. Et corone qua nitescis almus sacri nominis: nos qui tibi fabulamur fac consortes fieri et expertes dire mortis in die judicii. Gloria et honor deo usquequo altissimo una patri filioque inclyto paraclito: cui laus est et potestas per eterna secula. Amen. ℣ Justus ut palma. *In evangelio añ.* Egregius dei martyr vincentius diris tormentorum suppliciis pro Christo alacriter superatis ac felicis pugne agone constanter expleto: tandem preciosam resolutus in mortem: celo triumphans spiritum reddidit. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Adesto quesumus domine. *Memoria de sancta maria deinde de*

[1] equuleo: G.S.

Digitized by Google

sancta agnete. Añ. Ingressa agnes. ℣ Adducentur. *Oratio.* Omnipotens sempiterne deus. *Et fiat memoria per octavas de sancta agnete cum antiphonis de laudibus ordinatim iteratis.* ℂ *Ad horas antiphone de laudibus. Cetera de communi unius martyris cum oratione propria.* ℂ *Ad vesperas antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Iste sanctus. *Hym.* Martyr dei. ℣ Gloria et honore. *In evang. añ.* Ecce jam in sublime agor: et omnes principes tuos seculo altior tyranne despicio: paratus ad omnia pro salvatoris nomine sustinenda. *ps̄.* Magnificat. *Oratio ut supra. Memoria de domina: et de sancta emerentiana et de sancta agnete.*

ℂ *Si autem infra lxx. ante tamen festum purificationis concurrant festa ix. lectionum et trium: et memorie fuerint faciende: is sit ordo: facto servitio ix. lect. primo sequatur memoria de lxx. secundo de domina tertio de festo iij. lectionum ultimo de sancta agnete: nisi de festo fuerit in crastino cantandum: quia ejus precedet memoria unde in crastino est dicendum etiam sive sit infra lxx. sive non.*

ℂ *Sancte Emerenciane virginis et martyris.* *Lectio j.*

Post mortem vero beate agnetis virginis: parentes illius nullam penitus de morte ejus habentes tristiciam: cum omni gaudio abstulerunt corpus ejus: et posuerunt illud in predio suo non longe ab urbe roma: via que dicitur numentana: ubi dum omnis turba christianorum concurreret: insidias a paganis perpessi sunt. Et videntes populum infidelium super se venientem armatum: omnes fugerunt.

Emerentiana autem: [*Lec. ij.* que fuerat collactanea beate agnetis: virgo sanctissima licet cathechumina: constanter intrepida juxta sepulchrum ejus stabat: immobilis: et his verbis exprobrabat eis dicens. Superflui miseri caduci atque attrocissimi impii pagani: deum omnipotentem colentes occidistis: et pro defensione lapidum innocentes homines jugulastis.

Hec et his similia [*Lectio iij.* dum turbis diceret: lapidata est ab eis: et orans juxta sepulchrum beatissime agnetis virginis: emisit spiritum. Unde dubium non est: quod in suo sanguine sit baptisata[1]: que pro defensione justitie dum confiteretur deum: mortem constanter excepit. Venientes autem parentes beatissime agnetis virginis cum sacerdotibus: nocte abstulerunt corpus sancte virginis emerenciane: et sepelierunt illud in confinio agelli beatissime virginis. *Cetera de communi unius virginis et martyris.*

ℂ *Sanctorum martyrum babille cum sociis.* *Lectio j.*

Numerianus igitur rex: cum immolasset immundis idolis: voluit introire in domum dei: sed sanctus babillas episcopus prohibebat eum dicens: Non enim[2] intres in domum dei: habens manus coinquinatas. Tunc numerianus iratus: jussit

[1] baptizata: G.

[2] 'enim' om.: G.

Digitized by Google

torqueri sanctum episcopum habentem compedes: et boias super collum. Tres etiam parvuli: qui cum eo adducti erant: cum episcopo suspensi sunt multis horis. *Lectio ij.*

Post hec numerianus rex jussit babillam episcopum cum tribus parvulis deponi: dixitque ei: Libera te a tormentis et penis: quas incipies sustinere: et persuade infantibus: ut finem vite non habeant. Babillas episcopus dixit Insipientissime et impiissime tyranne: promissiones tuas da filiis tuis: et providentia tua tecum sit: non enim tanta potes dare: quanta conaris auferre. *Lectio iij.*

Tunc iratus rex numerianus: jussit sanctum episcopum decollari: cum tribus parvulis. Beatus vero babillas episcopus: rogavit prius percuti infantes: et ita se. Et ipse episcopus videns parvulos occisos: dixit Benedictus deus Christianorum: qui fecisti nobis secundum magnam misericordiam tuam. Et ita ipsius sancti episcopi incisum est caput[1]: et positus est cum infantibus cum boiis et compedibus. *Cetera de communi plurimorum martyrum.*

¶ *In conversione sancti pauli.* *Ad vesperas antiphone et psalmi feriales.* *Capitulum.*

Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini: cum iter faceret: contigit ut appropinquaret damasco: et subito circunfulsit eum lux de celo. *Re.* Ibat igitur saulus. *Hymnus.*

Doctor egregie paule: mores instrue: et mente polum nos transferre satage: donec perfectum largiatur plenius evacuato quod ex parte gerimus. *Hymnus.* Annue Christe. ℣ In omnem terram. *In evang. añ.* Cum autem complacui ei qui me segregavit ex utero matris mee: et vocavit per gratiam suam ut revelaret in me filium suum in gentibus: continuo non acquievi carni et sanguini: sed abii ad antecessores meos apostolos. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui universum mundum beati pauli apostoli tui predicatione docuisti: da nobis quesumus: ut qui ejus hodie conversionem colimus: per ejus ad te exempla gradiamur: per dominum. *Memoria de sancta maria et memoria de sancto prejecto martyre. Añ.* Hic est vere martyr. ℣ Gloria et honore. *Or̄o.*

Martyris tui prejecti nos quesumus domine interventio gloriosa commendet: ut quod nostris actibus non meremur: ejus precibus consequamur. per Christum. *Memoria de sancta agnete. Ad matu. Invit.* Laudemus Jesum Christum. In conversione apostoli pauli. *ps̄.* Venite. *Hym.* Eterna Christi munera. *In primo nocturno añ.* Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini: abiit ad principem sacerdotum: et petiit: illum ut ubi inveniret hujus vie viros: vinctos perduceret hierusalem. ℣ Et cum iter faceret: contigit ut appropinquarent damasco. *ps̄.* Celi enarrant.

[1] aput: E.

Digitized by Google

An̄. Ibat igitur saulus furia invectus : dirumque toto pectore virus efflabat : et sanctorum sanguinem sine intermissione sitiebat. ℣ Per totam judeam insania ferebatur : ut Christi membra laniaret in terris. *ps̄.* Benedicam. *An̄.* Et subito circunfulsit eum lux de celo : et cecidit in terram : nihilque vid.bat. ℣ Audivit autem vocem dicentem sibi : saule saule : quid me persequeris. *ps̄.* Eructavit. ℣ In omnem terram.

¶ *Sermo beati maximi episcopi.*

Lectio j.

Celebritatem hodierne diei per universum orbem doctoris gentium gloriosa conversio decoravit : in qua Christus dominus fide nominis sui dum ipsam fidem persequeretur elegit. Qui dum velut acerrimus persecutor christianam vastat ecclesiam inimico adhuc ejus in pectore : amicum sibi cor Christus invenit. *Re.* Saulus adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini : abiit ad principem sacerdotum : et petiit illum : Ut ubi inveniret hujus vie viros : vinctos perduceret hierusalem. ℣ Ibat igitur saulus furia invectus : dirumque toto pectore virus efflabat. Ut. *Lectio ij.*

Dum[1] saulus temporalia capit ad supplicia Christianos : ipse perpetuam raptus ad gratiam : factus est subito pastor ex lupo : ex predone custos : ex hoste defensor. Unde patuit nec paulum maligne mentis proposito plebem dominicam persecutum : nec Christum latuisse : quem elegerit in paulo. *Re.* Ibat igitur saulus furia invectus : dirumque toto pectore virus efflabat. Et sanctorum sanguinem sine intermissione sitiebat. ℣ Per totam judeam insania ferebatur : ut Christi membra laniaret in terris. Et sanctorum. *Lect. iij.*

Hic est paulus : qui Christi vocibus inclinatus : e celo oculis in se judaice infidelitatis obtusis videndi aciem non perdidit : sed mutavit. Amisit oculos : et recepit ut uno eodemque tempore : et in persequentem cecitatis vindicta procederet : et vocantis dei gratia electum illuminaret. *Re.* Tu es vas electionis sancte paule apostole : predicator veritatis in universo mundo. Per quem omnes gentes cognoverunt gratiam dei. ℣ Intercede pro nobis ad dominum : qui te elegit. Per quem. Gloria. Per quem. *In ij. nocturno an̄.* Saule saule : quid me persequeris ? quis es domine ? ego sum Jesus : quem tu persequeris : durum est tibi contra stimulum calcitrare. ℣ Circunfulsit eum lux de celo : et audivit vocem dicentem sibi. *ps̄.* Omnes gentes. *An̄.* Saulus autem tremens ac stupens : dixit ad Jesum : domine quid me vis facere ? ait autem dominus ad eum : surge et ingredere civitatem : et dicetur tibi quid te oporteat facere. ℣ Viri autem illi : qui comitabantur cum eo stabant stupefacti. *ps̄.* Exaudi deus deprecationem. *An̄.* Ad manus autem illum trahentes : introduxerunt damascum : et erat tribus diebus non videns : et non manducavit neque bibit. ℣ Surrexit autem

[1] Quam : W.

Digitized by Google

saulus de terra: apertisque oculis nihil videbat. *ps̄.* Exaudi deus orationem. ℣ Constitues.

*A*it nanque illi [*Lectio quarta.* dominus de celo Saule saule: quid me persequeris? Cur me inquam persequeris saule? Nunquid quia illuminavi cecos: quia sanavi egrotos: quia demones effugavi: quia esurientes populos quinque panibus pavi? An quia de tumulis mortuos suscitavi? An forte magis quia fidelibus meis regnum celeste promisi? *Re.* A Christo de celo vocatus: et in terram prostratus: ex persecutore effectus est vas electionis: et plus omnibus laborans multo latius inter omnes verbi gratiam seminavit. Atque doctrinam evangelicam sua predicatione complevit. ℣ Inter apostolos vocatione novissimus: predicatione primus: nomen Christi multarum manifestavit gentium populis. Atque.

*Q*uare me per- [*Lectio quinta.* sequeris saule? aut quid me persequendo proficies? Nunquid adversus regnantem in celo: ullum tua persecutio habebit effectum? Nunquid nocere mihi quicquam poteris: quem non potes intueri? Ego sum Jesus nazarenus: quem tu persequeris: qui terras celo: crucem regno: mortem perpetuitate mutavi. De quibus omnibus non te debere cunctari: et ereptus tibi nunc et post paululum redditus suadebit[1] aspectus. *Re.* Vade anania et quere saulum: quia vas electionis est mihi: ut portet nomen meum. Coram gentibus et regibus: et filiis israel. ℣ Ego enim ostendam illi: quanta oporteat eum pati pro nomine meo. Coram. *Lec. vj.*

*A*t beatissimus paulus repentina quadam cecitate coercitus: intellecta tamen majestate loquentis e celo: continuo fidelis effectus: et a persecutione destitit: et novos intuentium Christum oculos acquisivit. Fecit ergo Christus ex lupo agnum: ex saulo paulum: ex persecutore ecclesie doctorem: de quo predixit jacob. Benjamin lupus rapax: mane comedet predam: vespere dividet escam. *Re.* Ingressus paulus in synagogam: predicabat Jesum judeis: Affirmans quia hic est Christus. ℣ Stupebant autem omnes qui eum audiebant. Affirmans. Gloria. Affirmans. *In iij. nocturno añ.* Vade anania et quere saulum: ecce enim orat: quia vas electionis est mihi: ut portet nomen meum coram gentibus: et regibus: et filiis israel. ℣ Dixit autem dominus in visu ananie. *ps.* Confitebimur. *Añ.* Saule frater: dominus misit me Jesus: qui apparuit tibi in via qua veniebas: ut videas: et implearis spiritu sancto. ℣ Abiit ananias: et introivit domum: et imponens ei manus dixit. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* A Christo de celo vocatus: et in terram prostratus: ex persecutore effectus est vas electionis. ℣ Prostratus est sevissimus persecutor: et erectus est fidelissimus predicator. *ps̄.* Dominus regnavit irascantur. ℣ Nimis honorati.

*I*n illo tem- [*Secund. Matheum.* pore: Dixit simon petrus ad

[1] suadebat: S.

Jesum: ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Et reliqua. *Sermo ex commentario beati Hieronymi presbyteri.* *Lectio vij.*

Grandis fiducia petrus piscator erat: dives non fuerat: cibos manu et arte querebat: et tamen loquitur confidenter: reliquimus[1] omnia Quid autem reliquerat: qui nihil aliud habebat: nisi tantum navem et retia? Sed multa petrus reliquit: qui etiam voluntatem habendi deseruit. *Re.* Libenter gloriabor in infirmitatibus meis: Ut inhabitet in me virtus Christi. ℣ Quando enim infirmor: tunc fortior sum et potens. Ut. *Lectio octava.*

Tantum enim a petro et ceteris apostolis dimissum est: quantum ab aliquo non sequenti dominum concupisci poterat. Jesus autem dixit apostolis suis. Amen dico vobis: quod vos qui secuti estis me: in regeneratione cum sederit filius hominis in sede majestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim: judicantes duodecim tribus israel. *Re.* Magnus sanctus paulus vas electionis: vere digne est glorificandus. Qui et meruit thronum duodecimum possidere. ℣ A Christo de celo vocatus: et in terram prostratus: ex persecutore effectus est vas electionis. Qui.

Regenerationem gen- [*Lec. ix.* eralem resurrectionem appellat quoniam sicut anima et spiritus per aquam regenerantur: ita tunc regenerabuntur corpora ad incorruptionem. Igitur sicut apostoli judicaturi sunt: ita etiam omnes sancti: qui perfectionem[2] apostolorum consecuti sunt. Similiter etiam sicut duodecim tribus judicande sunt: ita etiam omnes homines gentes et judei et gentiles ad judicium sunt divinitus adducendi. *Re.* Sancte paule apostole predicator veritatis et doctor gentium. Intercede pro nobis ad deum: qui te elegit. ℣ Ut digni efficiamur gratia dei. Intercede pro nobis. Gloria. Intercede. *ps.* Te deum. ℣ Annunciaverunt.

In laudibus antiphona.

Ingressus paulus in synagogam: predicabat judeis Jesum affirmans: quia hic est Christus. ℣ Stupebant autem omnes qui eum audiebant. *ps.* Dominus regnavit. *An.* Saulus qui et paulus magnus predicator: a deo confortatus convalescebat: et confundebat judeos. ℣ Ostendens quia hic est Christus filius dei vivi. *ps.* Jubilate. *An.* Prostratus est sevissimus persecutor: sed erectus est fidelissimus predicator: quos domine verbis edocet de te: meritis ducat ad te. ℣ Inter apostolos vocatione novissimus: predicatione primus. *ps.* Deus deus. *An.* Magnus sanctus paulus vas electionis vere digne est glorificandus: qui et meruit thronum duodecimum possidere. ℣ In regeneratione cum sederit filius hominis in sede majestatis sue. *ps.* Benedicite.[3] *An.* Sancte paule apostole predicator veritatis et doctor gentium intercede pro nobis ad deum qui te elegit. ℣ Ut digni efficiamur gratia dei.

[1] relinquimus: E. [2] persecutionem: S. [3] Benedictus: S.

Digitized by Google

ps. Laudate. *Capitulum.* Saulus adhuc. *Hymnus.* Exultet celum. ℣ Dedisti hereditatem. *In evangelio an.* Celebremus conversionem beati pauli apostoli: quia hodie ex persecutore effectus est vas electionis: ideo gaudent angeli: atque letantur archangeli: et collaudant in celis filium dei. *ps.* Benedictus. *Oratio.* Deus qui universum mundum. *Memoria ut supra.* *Ad primam an.* Ingressus paulus.

¶ *Notandum quod ad omnes horas: et ad vesperas antiphone dicende sunt sine versibus. Quando vero versus cantantur: cantari debent statim finito psalmo ante antiphonam.* *ps.* Deus in nomine. *An.* Gratias. *ps.* Quicunque vult. *Ad tertiam an.* Saulus qui et paulus. *ps.* Legem pone. *Capitulum.* Saulus adhuc. *Re.* In omnem terram. *Oratio.* Deus qui universum mundum. *Ad sextam an.* Prostratus. *ps.* Defecit anima mea.[1] *Capitulum.*

Abiit ananias: et introivit in domum: et imponens saulo manus dixit: Saule frater: dominus misit me Jesus Christus: qui apparuit tibi in via: qua veniebas: ut videas: et implearis spiritusancto. *Re.* Constitues eos. *Oratio ut supra.* *Ad nonam an.* Sancte paule. *ps.* Mirabilia.

[*Capitulum.*
Saulus autem multo magis convalescebat: et confundebat judeos: qui habitabant damasci: affirmans: quia hic est Christus. *Re.* Nimis honorati. *Oratio ut supra.*

¶ *Ad vesperas antiphone de laudibus: cum psalmis de apostolis.* Saulus autem. *Hymnus.* Exultet. ℣ In omnem terram. *In evangelio an.* Tu es vas electionis sancte paule apostole predicator veritatis in universo mundo per quem omnes gentes cognoverunt gratiam dei: intercede pro nobis ad deum: qui te elegit. *ps.* Magnificat. *Oratio.* Deus qui universum mundum. *Memoria de domina: de sancto Policarpo*[2]*: et de sancta agnete.*

¶ *Sancti Policarpi martyris.*

Anthonino[3] qui pius cognominatus est: vicesimo et secundo anno principatus exacto: marcus aurelius Verus: et antoninus[4] filius ejus cum lucio fratre succedit. Quo in tempore clamatum est. Torqueantur innocentes. Querebatur policarpus. Cum igitur proconsuli esset oblatus: deum toto corde confessus: impia judicis cruenta contempsit. *Lectio ij.*

Universus itaque populus judeorum et gentium qui smirnam colebat: ira commotus exclamat: Hic est asie magister: Christianorum pater: nostrorum deorum destructor pertinax: violatorque templorum: qui dicebat non sacrificandum: nec deorum adoranda esse simulachra. Tandem quod peccarat inveniat.

[*Lec. tertia.*
Tunc placuit illis omnibus: ut vivum policarpum ignis exureret. Cum igitur hoc peccatoribus fuisset ostensum: ut intelligerent eum non posse comburi precepit congestorem ignis accingi et gladium sancto corpori immergi. Quo facto: ecce subito fluente

[1] pro 'anima mea' in salutare: G.
[2] '*polycarpo*' *passim*: G.
[3] *A*ntonino: G.
[4] antonius: G.

Digitized by Google

sanguinis copia : columba processit de corpore : statimque sopitum cruore cessit incendium. Tale itaque policarpus sancte smirnensis ecclesie magister : passionis munus implevit. *Cetera de communi unius martyris.*

¶ *Sancti juliani episcopi et confessoris.* *Lectio prima.*

Beatus itaque julianus romana generositate clarissimus : cum ab urbe egrederetur : ut Christo lucrum faceret : domino ducente : ad urbem cenomanicam venit. Per cujus manus tantas Christus operabatur virtutes : ut verbo demones fugaret : leprosos mundaret : cunctisque languentibus opere[1] crucis medicamine largiretur. Denique cum ad eum multi concurrerent pro adipiscenda salute corporum : illuminati verbo fidei cum salute redibant animarum. *Lectio ij.*

Nam cum idem vir beatissimus ab urbe degrediens : ut lucrum Christo de pereuntibus faceret : diocesis sue partes visitaret : ecce defunctus efferebatur : magna populi comitante caterva : adolescens cujusdam magnifici viri filius : qui dicebatur jovinianus. Superveniens sanctus episcopus consueta in dominum fiducia fretus jussit deponi defunctum corpus. Genibus vero in terram curvatis oculis ac manibus in celum porrectis : cunctis audientibus orationem fudit ad dominum. Finita igitur oratione : adolescens quasi a somno surrexit a feretro : et clara voce clamavit dicens : Vere magnus est deus christianorum : quem predicat servus ejus julianus. *Lec. tertia.*

Hoc audientes comprovinciales : fidem susceperunt : et a beato juliano omnes baptizati sunt : Appropinquante itaque vocationis sue die : secessit ad vicum : in quo nunc ecclesia beati martialis sita est. In qua cum pluribus degeret diebus : expectans horam : qua a deo pro labore perciperet coronam : letus celos aspexit : et animam Christo reddidit. *Cetera de communi unius confessoris et pontificis.*

¶ *In octava sancte agnetis. Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Cap.* Qui gloriatur. *Hymnus* Virginis proles. ℣ Diffusa est. *In evan. añ.* Beata agnes. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui nos annua beate agnetis martyris tue solennitate letificas : da quesumus : ut quam veneramur officio : etiam pie conversationis sequamur exemplo. per dominum. *Memoria ut supra. Ad matutinas Invitato.* Christum dominum. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Virginis proles. *Añ.* Discede a me. *ps̄.* Domine dominus noster. *Et ceteri psalmi unius virginis sub hac antiphona.* ℣ Diffusa est gratia. *Lectio j.*

Igitur cum parentes sancte agnetis : cujus octavum diem hodie celebramus : ipsius sepulchrum visitarent : medie noctis silentio viderunt exercitum virginum : inter quas viderunt beatam agnetem : virginem : et ad dexteram ejus agnum nive candidiorem. Quod videntes stuporem incurrebant. Sed beata agnes dixit parentibus

[1] opem : G.W.S.

suis: Nolíte me lugere quasi mortuam: quia cum hiis virginibus lucidas sedes accepi. *Re.* Diem festum. *Lectio ij.*

Cum autem hec visio divulgata narraretur constantie filie constantini: que a capite usque ad pedes vulneribus obsessa erat: spe recuperande sanitatis: quadam nocte ad sepulchrum sancte agnetis venit: et licet pagana: fideliter tamen orabat. Repentino igitur somno arrepta: vidit per visum beatam agnetem dicentem sibi: Constanter age constantia. Evigilans autem: sanam se penitus invenit. *Re.* Dexteram. *Lectio iij.*

Cucurrit autem opinio ad omnes: ut quotquot credentes ad sepulchrum beate agnetis venissent: sanabantur[1] de quacunque detenti essent infirmitate. Perseveravit ergo constantia in virginitate sua: per quam multe virgines sacra velamina susceperunt et prece illius edificaverunt basilicam parentes ejus in honore beate agnetis virginis. *Re.* Pulchra facie. ℣ Specie tua.

¶ *In laudibus hec sola antiphona.* Ingressa agnes. *Cap. Hymnus et ℣ de communi unius virginis. In evangelio añ.* Ecce quod concupivi. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Deus qui nos. *etc. ut supra. Ad horas ut supra cum oratione* Deus qui nos.

¶ *Sancte batildis regine. Lectio j.*

Preciosam et gloriosam dei ancillam batildem de partibus transmarinis divina advocans providentia: vili precio venundatam: galliam advenire concessit. Transacto vero tempore: sancta batildis clodoveum dagoberthi regis filium in conjugium accepit: quem humilliter postulabat: ut assidue pro ecclesiis et pauperibus esset et eis elemosinarum beneficia devotus impenderet. *Lectio ij.*

Igitur cum clodoveus Christo jubente rex francorum vir sancte batildis migraret de corpore ipsa vero dato precio: captivos plurimos redimere precepit: et liberos ire permisit. Post hec monasterium petiit: quod vocatur scala: et in illa sancta congregatione cum omni devotione est recepta. Diligebat enim sorores ut proprias filias: et abbatisse obediebat ut matri: atque omnibus ministerium exhibebat ut vilissima ancilla. *Lectio iij.*

Appropinquante igitur glorioso obitu sancte batildis visio ei preclara fuit ostensa: scala videlicet stans ante altare sancte marie: cujus cacumen celos attingeret: et quasi ipsa ascenderet per illam: angelis dei comitantibus. Ipsa vero hac visione comperta: cognovit se quamtocius de corpore esse migraturam: atque secum consistentibus precepit: ut aliis sororibus hoc nullatenus innotescerent. Illa vero processit ad tumulum: et confidenter se consignans suum emisit spiritum. *Cetera de communi unius matrone cum oratione de communi.*

¶ *Sancte Brigide virginis non martyris. Lectio prima.*

Sancta igitur Brigida de bona prosapia scotica orta: a

[1] sanarentur: G.

Digitized by Google

sua puericia moribus sobrietatis ac pudicitie plena. Hec cum suas pasceret oves in campestri loco: nimia perfusa est pluvia: et sic humectis vestibus domum rediit. Et cum umbra solaris per foramina domus intraret: desuper suam complutam vestem suspendit. Sicque in ipso umbraculo vestis illa pependit: tanquam in arbore grandi et firma. *Lectio ij.*

Mirabili quoque eventu ab hac venerabili brigida leprosi cervisiam postulabant. Cumque illa cervisiam non haberet: videns aquam ad balnea paratam: et cum virtute fidei benedicens: in optimam convertit cervisiam: et habundanter sitientibus tribuit. Quedam etiam ad eam veniebat sal petens: ipsaque in illa hora sal factum de lapide: quem benedixit: poscenti sufficienter largita est. *Lec. iij.*

Nam secundum exemplum domini: et hec sancta virgo oculos ceci nati aperuit. Quandam etiam feminam mutam oratione sua fecit esse sanissimam. Leprosis tribus vas argenteum contulit: et ne esset materia discordie fregit: nec ulla pars alia minor vel major inventa est. Hec vero sancta virgo brigida prima die [1] mensis februarii sarcinam dejecit carnis et agnum dei in celestibus secuta est mansionibus: que nos etiam illuc suis attollat precibus: ubi cum domino gaudet in secula seculorum amen. *Cetera de communi unius virginis non martyris.*

¶ *In festo purificationis beate marie. Ad vesperas añ.* O admirabile. *et cetere antiphone sequentes cum psalmis de domina.*

Ecce ego mitto angelum [*Cap.* meum: qui preparabit viam ante faciem tuam: et statim veniet ad templum sanctum suum dominator dominus: quem vos queritis: et angelus testamenti: quem vos vultis. *Re.* Videte miraculum. *Hymnus.*

Quod chorus vatum venerandus olim spiritu sancto cecinit repletus in dei factum genitrice constat esse maria. *H*ec deum celi dominumque terre virgo concepit: peperitque virgo: atque post partum meruit manere inviolata. *Q*uem senex justus symeon [2] in ulnis in domo sumpsit domini gavisus ob [3] quod optatum meruit videre lumine Christum. *T*u libens votis petimus precantum regis eterni genitrix faveto claraque celsi renitens olympi regna petisti. *S*it deo nostro decus et potestas sit salus perpes: sit honor perhennis: qui poli summa residet in arce trinus et unus. Amen. ℣ Responsum accepit symeon a spiritusancto. Non visurum se mortem nisi videret dominum. *In evang. añ.* Cum inducerent puerum Jesum parentes ejus: accepit eum symeon in ulnas suas: et benedixit deum dicens: nunc dimittis domine servum tuum in pace. *ps.* Magnificat. *Oratio.*

Erudi quesumus domine plebem tuam et que extrinsecus annua tribuis devotione venerari: intrinsecus assequi gratie tue luce concede. Per dominum. *Memoria de lxx. si contingat. Ad completorium añ.* Verbum caro.

[1] 'die' bis: W. [2] 'Simeon' passim: G. [3] pro 'ob' hoc: S.

Digitized by Google

Si infra lxx. evenerit dicatur sine all'a. *ps̄.* Cum invocarem. *Capitulum.* Tu in nobis. *Hymnus.* Corde natus. ℣ Benedictus qui venit. *Añ.* Glorificamus te. *ps̄.* Nunc dimittis.

¶ *Ad matuti. Invita.* Ecce venit ad templum sanctum tuum dominator dominus. Gaude et letare syon: occurrens deo tuo. *ps̄.* Venite. *Hymnus.*

Quem terra pontus ethera colunt: adorant: predicant trinam regentem machinam: claustrum marie bajulat. Cui luna sol et omnia deserviunt per tempora: perfusa celi gratia gestant puelle viscera. Beata mater munere: cujus supernus artifex mundum pugillo continens: ventris sub archa clausus est. Beata celi nuncio fecunda sancto spiritu desideratus gentibus: cujus per alvum fusus est. O gloriosa domina excelsa supra sydera: qui te creavit provide: lactasti sacro ubere. Quod eva tristis abstulit: tu reddis almo germine: intrent ut astra flebiles celi fenestra facta es. Tu regis alti janua: et porta lucis fulgida: vita data per virginem: gentes redempte plaudite. Gloria tibi domine: qui natus es de virgine cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. amen. ¶ *In j. noct. añ.* Specialis virgo inter agmina virginum gaude munere magnifico: que sola regem regum ferre maria digna fuisti casta intra viscera: quo minoratus paululum ab angelis est deitate qui patri consimilis. *ps̄.* Domine dominus noster. *Añ.* Celi regina maria te jure fatemur: ex cujus thalamo processit justicie sol. *ps̄.* Celi enarrant. *Añ.* Virgo creatoris celorum mater et orbis innocuis manibus: mundo quoque corde beato: rite dei pinguem meruisti scandere montem. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Responsum accepit.[1]

Sermo beati augustini. Lectio prima.

Hodiernus dies magnum nobis contulit gaudium: in quo Christus infans in templo est presentatus. Hodie nanque peractis a nativitate Christi quadraginta diebus: in templo est a parentibus idem dominus presentatus. Hodie a sancto symeone susceptus: patrique cum sacris muneribus oblatus. Hodie redemptionem israel expectantibus ab eodem symeone et anna publice predicatus. *Re.* Adorna thalamum tuum syon: et suscipe regem Christum. Quem virgo concepit: virgo peperit: virgo post partum quem genuit adoravit. ℣ Accipiens symeon puerum in manibus: gratias agens benedixit dominum. Quem virgo. *Lec. ij.*

Exultent ergo virgines: quia virgo maria peperit Christum nihil in ea quod vovit putent exterminatum: mansit virgo post partum: et illibata post filium. Exultent vidue: infantem Christum vidua anna cognovit. Exultent conjugate: nasciturum Christum elisabeth[2] maritata prophetavit. Nullus gradus pretermissus est: de quo

[1] 'a spiritu sancto. Non visurum se mortem nisi videret dominum' add: G.
[2] 'elizabeth': G.

Digitized by Google

non habeat testimonium salus omnium nostrum. *Re.* Senex puerum portabat: puer autem senem regebat. Quem virgo concepit: virgo peperit: virgo post partum quem genuit adoravit. ℣ Ecce venit ad templum sanctum suum dominator dominus: gaude et letare syon occurrens deo tuo. Quem. *Lec. iij.*

Nunquid enim sole virgines ad regnum celorum perveniunt? Perveniunt et vidue. Et magni meriti fuit illa vidua sancta anna: que a virginitate sua vixerat cum viro suo septem annis. Quo defuncto: usque ad senilem etatem pervenerat senectute sancta.[1] Octoginta enim gerens annos: expectabat infantiam salvatoris ut parvum videret annosa: parvum cognosceret annicula[2]: intrantem mundum salvatorem videret itura. *Re.* Accipiens symeon puerum in manibus: Gratias agens benedixit dominum. ℣ Symeon justus et timoratus expectans redemptionem israel. Gratias. Gloria patri. Gratias. ℭ *In secundo nocturno añ.* Gratia celestis reparatrix totius orbis: diffusa est labiis virgo maria tuis: propterea regum te rex benedixit in evum: et facit a dextris casta sedere suis: aurea quam fulvo vestis circundata lumbo: ambit et exornat riteque condecorat. *ps̄.* Eructavit. *Añ.* Sanctificans dominus templum Christus sibi dignum: virgine matre satus descendit ab arce polorum: cuncte cui gentes terre simul omnia regna: gaude dei genitrix dicunt et kyria chere. *ps̄.* Deus noster refugium. *Añ.* Aula maria dei casta[3]: titulusque pudoris: porta syon rutilis semper fundata sapphiris: que sola e cunctis placuisti casta tonanti: suscipe servorum miserans pia vota tuorum. *ps̄.* Fundamenta. ℣ Accipiens symeon puerum in manibus. Gratias agens benedixit dominum. *Lectio iiij.*

In masculino sexu tria ipsa genera commendata sunt. Ipse dominus Christus natus: puer in templo est presentatus. Exultent pueri continentiam voventes puero. Ipse vero integritatem puericie consecravit: qui sue matri fecunditatem attulit: virginitatem non abstulit. Symeon ille senex diu vixerat: cujus etas comparabatur anne: et audierat responsum: quod non esset visurus mortem: nisi videret Christum. *Re.* Symeon justus et timoratus expectabat redemptionem israel: Et spiritussanctus erat in eo. ℣ Responsum accepit symeon a spiritusancto: non visurum se mortem: nisi prius videret Christum domini. Et. *Lectio v.*

Intelligite fratres: quantum desiderium habebant antiqui sancti videre Christum. Sciebant illum esse[4] venturum: et omnes qui pie vivebant dicebant: O si hic me inveniat illa nativitas. O si quod credo in scripturis dei: videam oculis meis. Et ut noveritis antiquos sanctos et justos optasse videre: quod concessum est huic seni symeoni: dominus ad discipulos dicit: Multi justi

[1] sanctam: W.S. [2] anicula: G. [3] casti: G. [4] 'esse' om.: S.

Digitized by Google

et prophete voluerunt videre que vos videtis: et non viderunt: et audire que auditis: et non audierunt. *Re.* Suscipiens Jesum in ulnas suas symeon: exclamavit et dixit. Tu es vere lumen ad illuminationem gentium: et gloriam plebis tue israel. ℣ Cum inducerent puerum Jesum parentes ejus: accepit eum symeon in ulnas suas: et dixit: Tu es. *Lectio sexta.*

Multum senex iste fuit ad audiendum serus: sed ad videndum maturus. Non expectavit ut Christum videret loquentem: quem vidit infantem. Et hoc illi concessum erat jam decrepito: quasi desideranti et suspiranti et dicenti quotidie in orationibus suis: Quando veniet? Quando nascetur? Quando videbo? Putas durabo? Putas hic me inveniet? Putas quod isti oculi videbunt: per quem cordis oculi revelabuntur? Dicebat ista in orationibus suis: et pro desiderio meruit audire: quod non gustaret mortem: nisi prius videret christum domini. *Re.* Videte miraculum: mater domini concepit virgo: virilis ignara consortii. Stat onerata nobili onere maria: et matrem se electam cognoscit: que se nescit uxorem. ℣ Hec speciosum forma pre filiis hominum castis concepit visceribus: et benedicta in eternum: deum nobis protulit et hominem. Stat onerata nobili onere maria. Gloria patri. Stat onerata nobili onere maria.

¶ *In tertio nocturno añ.* Psallite cantantes domino nova cantica Christo omnis et illius nomen benedicito tellus: mundo virginea quem florem protulit alvus. *ps̄.* Cantate (*j.*) *añ.* Exultet tellus: letentur et insule Christo regnante davitico[1] germine: quem virgo sacra puritatis gremio prolatum mundo edidit castissima maria: cujus celebrans solennia: plebs veneratur ubique fidelium. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* Ave o theothocos[2] virgo maria: que trinam mundi regentem machinam filium protulisti: hinc rite exaltata supra sydera laudaris per secula. *ps̄.* Cantate. (*ij.*) ℣ Obtulerunt pro eo domino Par turturum aut duos pullos columbarum. *Secdm.*

In illo tempore. Postquam [*Luc.*[3] impleti sunt dies purgationis marie secundum legem moysi tulerunt Jesum parentes ejus in hierusalem: ut sisterent eum domino: sicut scriptum est in lege domini. Et reliqua.

Omelia venerabilis bede presbyteri.[4] *Lectio vij.*

Precepit nanque lex fratres charissimi: ut mulier que suscepto semine peperisset filium: immunda esset septem diebus: et in die octava circuncideret infantulum: nomenque ei[5] aptaret. *Re.* Responsum acceperat symeon a spiritusancto: non visurum se mortem: nisi videret Christum domini: et benedixit deum et dixit: Nunc dimittis servum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum domine. ℣ Cum inducerent puerum Jesum parentes

[1] davidico: G. [2] theothecos: E.S. [3] '*ij.*' *add:* S. [4] '*de eadem lectione*' *add:* S. [5] 'ei' om.: S.

Digitized by Google

ejus: accepit eum symeon in ulnas suas: et dixit. Nunc dimittis. *Lectio viij.*

Deinde etiam alios triginta tres dies ab ingressu templi ac viri thoro[1] abstineret: donec quadragesima nativitatis die filium cum hostiis ad templum domini deferret. Primogenitum autem omne masculini sexus sanctum domino vocari: atque ideo mundo quoque deo offeri: immunda autem mundis mutari vel occidi: et hominis primogenitum quinque siclis argenti debere redimi. *Re.* Cum inducerent puerum Jesum parentes ejus: accepit eum symeon in ulnas suas: et benedixit deum: et dixit. Nunc dimittis domine servum tuum in pace. ℣ Accipiens symeon puerum in manibus gratias agens: exclamavit dicens. Nunc. *Lectio ix.*

Si autem feminam peperisset mulier: immunda fieri jussa est quattuordecim diebus: et sexaginta et sex diebus aliis a templi ingressu suspendi donec octogesimo nativitatis die: que dies purgationis ejus vocabatur: illo se suamque sobolem hostiis sanctificatura veniret: ac sic demum ad thorum[2] viri libera redire deberet. *Re.* Gaude gaude gaude maria virgo cunctas hereses sola interemisti: que gabrielis archangeli dictis credidisti. Dum virgo deum et hominem genuisti: et post partum virgo inviolata permansisti. ℣ Gabrielem archangelum scimus divinitus te esse affatum: uterum tuum de spiritusancto credimus impregnatum erubescat judeus infelix: qui dicit Christum ex joseph semine esse natum. Dum virgo. Gloria patri. Dum. *Re.* Gaude *reincipiatur: si infra lxx. evenerit.* ¶ *Prosa.*

Inviolata integra et casta es maria. ℣ Que es effecta fulgida celi porta. ℣ O mater alma Christi charissima. ℣ Suscipe laudum pia precamina. ℣ Nostra ut pura pectora sint et corpora. ℣ Que nunc flagitant devota voxque et corda. ℣ Tu da per precata dulcissona.[3] ℣ Nobis perpetua frui vita. ℣ O beata. ℣ O benigna. ℣ O beata que sola inviolata permansisti. *ps̄.* Te deum laudamus. *Si extra lxx. evenerit dicatur.* ℣ Accipiens symeon. *In laudibus añ.*

Responsum accepit symeon a spiritusancto: non visurum se mortem: nisi videret dominum. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Symeon justus et timoratus expectabat redemptionem israel: et spiritussanctus erat in eo. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Accipiens symeon puerum in manibus: gratias agens: benedixit dominum. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Obtulerunt pro eo domino par turturum: aut duos pullos columbarum. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Lumen ad revelationem gentium et gloriam plebis tue israel. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Ecce ego mitto. *Hymnus.* A solis ortus cardine. ℣ Symeon justus et timoratus. Expectabat redemptionem israel: et spiritussanctus erat in eo. *In evang. añ.* Senex puerum portabat: puer

[1] 'toro': G. [2] torum: G. [3] dulcisona: S.

Digitized by Google

autem senem regebat: quem virgo peperit: et post partum virgo permansit: ipsum quem genuit adoravit. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.*

Omnipotens sempiterne deus majestatem tuam supplices exoramus: ut sicut unigenitus filius tuus hodierna die cum nostre carnis substantia in templo est presentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per eundem dominum.

¶ *Ad primam Hymnus.* Agnoscat. *An̄.* Responsum. *ps̄.* Deus in nomine tuo. *ps̄.* Quicunque vult. *sub eadem antiphona. Capitulum.* Domine miserere. *Re.* Jesu Christe *cum* alleluia. ℣ Qui de virgine. *vel Re.* Jesu Christe. ℣ Tu patris verbigena. *si infra lxx. evenerit.* ℣ Exurge. *et* kyrie eleyson *et cetera.* ¶ *Ad tertiam Hymnus.* Maria ventre. *An̄.* Symeon justus. *ps̄.* Legem pone mihi. *Capitulum* Ecce ego mitto. *Re.* Responsum accepit symeon a spiritusancto alleluia. ℣ Non visurum se mortem: nisi videret dominum alleluia alleluia. Gloria patri et filio. Responsum accepit symeon a. ℣ Accipiens symeon puerum in. *Or̄o.* Omnipotens sempiterne deus. ¶ *Et notandum quod si hoc festum infra septuagesimam evenerit: non dicetur* alleluia *ad responsoria et*[1] *ad horas: neque in ultima parte versiculorum.* ¶ *Ad sextam hymnus.* Presepe poni. *An̄.* Accipiens symeon puerum. *ps̄.* Defecit. *Capitulum.*

Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. *Re.* Accipiens symeon puerum in manibus all'a. ℣ Gratias agens benedixit dominum all'a. Gloria patri. Accipiens symeon puerum. ℣ Obtulerunt pro eo. *Oratio ut supra.* ¶ *Ad nonam Hymnus.* Adam vetus. *an̄.* Lumen. *ps̄.* Mirabilia. *Capitulum.*

Ego mater pulchre dilectionis: et timoris: et magnitudinis: et sancte spei: in me omnis gratia vie et veritatis: in me omnis spes vite et virtutis. *Re.* Obtulerunt pro eo domino all'a all'a. ℣ Par turturum: aut duos pullos columbarum all'a all'a. Gloria. Obtulerunt. ℣ Symeon justus et timoratus. *Oratio ut supra.* *Ad vesperas an̄.* Responsum accepit. *ps̄.* Dixit dominus *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis de domina: preter quintum psalmum*[2]*: qui erit* Lauda hierusalem dominum. *Cap.* Ego quasi vitis. *Re.* Gaude gaude *cum prosa.* Inviolata. *Hymnus.* A solis ortus. ℣ Responsum accepit. *In evangelio an̄.* Homo erat in hierusalem cui nomen symeon: homo iste justus et timoratus expectans consolationem israel: et spiritussanctus erat in eo. *ps̄.* Magnificat. *Or̄o.* Omnipotens sempiterne. *Memoria de sancto blasio martyre et pontifice.* *An̄.* Beatus vir qui inventus est. ℣ Gloria et honore. *Oratio.*

Omnipotens sempiterne deus; qui beatum blasium presulem martyremque tuum in agone certaminis tuo amore roborasti: concede propitius: ut cujus

[1] *'et' om.: G.*

[2] *'psalmum' om.: G.*

Digitized by Google

triumphum recolimus in terris : ejus precibus adjuvemur in celis. per dominum. *Ad completorium ut supra in primis vesperis.*[1]

¶ *Sancti blasii martyris. Lectio prima.*

Beatus blasius toto tempore vite sue sanctus et mitis degebat : sicut de sancto job legimus. Videntes ejus vitam irreprehensibilem hi qui in sebasta capadocie civitate fideles existebant elegerunt eum sibi episcopum. Ipse vero declinans populi frequentiam pergens in montem qui vocatur argei : habitavit ibi in quadam spelunca.

Lec. ij.

In illis itaque diebus milites missi a preside agricolo ibi eum invenientes dixerunt ei. Egredere : vocat te preses. Quos videns sanctus dixit : filioli eamus simul. Cum ergo pergerent : in itinere multa miracula faciebat. Non tantum homines : sed etiam diversa animalia cum se lederent ad invicem sana restituebat. Quem cum vidisset agricolus : dixit Gaude blasi : amice deorum. Blasius respondit. Gaude et tu preses : nec dicas[2] eos deos esse : sed demones : qui eterno igni traduntur cum his qui eos adorant. *Lec. iij.*

Iratus itaque preses : jussit eum fustibus cedi : et in ligno suspendi : et carnes ejus cum ferreis pectinibus laniari. Postea jussit eum de ligno deponi : et in carcerem mitti. Et iterum ante eum adducto eo : dixit ei ; Vis nunc adorare deos an non ? Respondens martyr Christi ait : Impie cecus es : et non vides lumen dei verum. Tunc iratus servissimus ille : jussit caput ejus amputari. Et mox speculator ejiciens martyrem Christi blasium : una cum duobus pueris a pretorio amputavit capita eorum. *Cetera de communi unius martyris.*

¶ *Sancti gilberti confessoris. Lectio prima.*

Sanctus gilbertus genere et morum honestate conspicuus : in vico dicto simpynghram extitit oriundus. Constitutus autem ecclesie rector tanquam fidelis dispensator : ac paupertatis amator : de beneficiis ecclesiasticis sibi collatis quicquid colligere potuit totum egenis : orphanis : et pauperibus deputavit : ut ex contemptu temporalium : et ex lucro animarum : duplam a domino reportaret remunerationem. *Lectio secunda.*

Sciens etiam beatus gilbertus gratam a[3] deo esse virginitatem : septem virgines : quas divino amore succenderat : inclusit sub pariete ecclesie beati andree in sympynghram solitarie victuras. Quibus postea alias illegitimas adjunxit. Necnon et fratres laicos : et clericos regulares sibi associavit. Monialibus vero regulam beati benedicti. clericis vero regulam sancti augustini tenendam proponens. *Lec. tertia.*

Instanti itaque tempore : quo sancta ejus anima carnis hospicium erat relictura : munivit se sacramentis ecclesiasticis : et sic horam sui exitus : qua decuit devotione expectavit. Sicque pridie nonas februarii : anni gratie millesimi centesimi octogesimi noni : nox cum immutaretur

[1] *'in fine psalterii' add: E.G. 'ad compl. ut supra' om. : S.*

[2] nec : W.S.

[3] 'a' om. : G.

Digitized by Google

in diem a tenebris hujus seculi et laboribus mundi: ad veram lucem requiemque eternam migravit: gloriosus senex et plenus dierum habitaturus in domo dei et deum laudaturus in secula. *Cetera de communi unius confessoris non pontificis.*

¶ *Sancte agathe virginis et martyris. Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Cap.* Qui gloriatur. *Re.* Vidisti domine. *Hymnus.* Virginis proles. ℣ Diffusa. *In evangelio añ.* Agatha letissime et glorianter ibat ad carcerem: et quasi ad epulas invitata agonem suum domino precibus commendabat. *ps̄.* Magnificat.

Deus qui inter cetera [*Oratio.* potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius: ut cujus natalicia colimus per ejus ad te exempla gradiamur. per dominum. ¶ *Ad matutinas Invita.* Christum regum regem adoremus. Qui victrici triumpho sanctam agathen hodie eternam transvexit ad gloriam. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Virginis proles. *In primo noct. añ.* Mens mea solidata est: et in Christo fundata. *ps̄.* Domine dominus noster. *Añ.* Ingenua sum et expectabilis[1] genere: ut omnis parentela mea testatur. *ps̄.* Celi enarrant. *añ.* Et si ingenua es: cur te ostendis servilem personam? quia Christi ancilla sum: ideo me ostendo servilem personam. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Diffusa.[2] *Lectio j.*

In Sicilia urbe cathanensium sub decio imperatore: quintianus[3] proconsul Sicilie audiens opinionem virginis deo dicate agathe: multipharia[4] intentione perquirebat eam. Quam cum apparitoribus suis fecisset coartari: dedit eam cuidam matrone nomine afrodosie: que habebat novem filias turpissimas: sicut erat et mater. *Re.* Cum ingrederetur beata agatha in carcerem: dixit ad judicem. Impie crudelis et dire tyranne non es confusus amputare in femina: quod ipse in matre suxisti. ℣ Ego enim[5] habeo mamillas integras intus in anima mea: quas domino consecravi. Impie. *L. ij.*

Hoc autem fecit quintianus: ut[6] per dies triginta quotidie blandirentur: et mutarent[7] animum ejus. Et modo promittendo leta: modo ingerendo aspera: sperabat se mentem sanctam a bono proposito revocare. Quibus sancta agatha dicebat mens mea solidata est: et in Christo fundata. *Re.* Vidisti domine: et expectasti agonem meum: quomodo pugnavi in stadio: sed quia nolui obedire mandatis principum. Jussa sum in mammillas torqueri. ℣ Propter veritatem et mansuetudinem et justitiam.[8] Jussa. *Lectio iij.*

Videns autem afrodosia mentem sancte virginis a sancto proposito non posse permutari: abiit ad quintianum: et dixit ei. Facilius possent saxa molliri: et ferrum in plumbum converti:

[1] ex spectabili: G.
[2] 'est gratia in labiis tuis. *Re.* Propterea' add: G.
[3] quincianus: S.
[4] multifaria: G.
[5] pro 'enim' non: S.
[6] 'ei' add: G.
[7] mutaret: S.
[8] 'et justitiam' om.: S.

Digitized by Google

quam ab intentione christiana mens istius puelle posset[1] revocari. Tunc iratus quintianus: jussit sanctam virginem in eculeo[2] suspendi: et in mammilla torqueri: et tortam diutius jussit abscidi. *Re.* Quis es tu: qui venisti ad me curare vulnera mea? ego sum apostolus Christi: nihil in me dubites filia. Ipse me misit ad te. Quem dilexisti mente et puro corde. ℣ Nam et ego apostolus ejus sum: et novi medicinam. Ipse. Gloria patri. Quem. *In secundo noct. añ.* Ancilla Christi sum: ideo me ostendo servilem personam. *ps̄.* Eructavit. *Añ.* Summa ingenuitas ista est in qua servitus Christi comprobatur. *ps̄.* Deus noster refugium. *Añ.* Agatha sancta dixit: si feras mihi promittas: audito Christi nomine mansuescunt. *ps̄.* Fundamenta. ℣ Specie tua. *L. iiij.*

Agatha vero dixit ad quintianum. Impie crudelis et dire tyranne: non es confusus hoc amputare in femina: quod ipse in matre suxisti. Sed ego quidem habeo mammillas integras in anima mea: quibus enutrio omnes sensus meos: quas ab infantia domino consecravi. Quintianus vero proconsul mittens sanctam virginem in carcerem: precepit: ut nullus medicorum ad eam sanandi gratia intraret: neque cibum ei quisquam vel potum ministraret. *Re.* Ipse me coronavit: qui per apostolum petrum in custodia me confortavit: pro eo quod: Jussa sum suspendi in eculeo propter fidem castitatis adjuva me domine deus meus in tortura mammillarum mearum. ℣ Vidisti domine agonem meum quotidie pugnavi in stadio: sed quia nolui obedire mandatis principum. Jussa sum. *Lectio v.*

Cum igitur beata agatha in carcere fuisset inclusa circa mediam noctem venit quidam senex: quem antecedebat puer luminis portitor ferens diversa medicamina in manu sua: et dixit ad eam. Licet enim[3] te nimiis corporalibus penis afflixisset quintianus: tu eum gravioribus suppliciis astrinxisti responsionibus tuis. Sed tamen quia ibi eram qua hora hoc patiebaris: consideravi quod tua mammilla sanitatem potest accipere. *Re.* Agathes[4] letissime et gratulanter ibat ad carcerem. Et quasi ad epulas invitata agonem suum domino precibus commendabat. ℣ Nobilissimis orta natalibus ab ignobili gaudens trahebatur ad carcerem. Et quasi. *Lectio sexta.*

Tunc sancta agatha respondit. Nunquam corpori meo medicamina ab hominibus[5] facta accedunt: quia salvatorem habeo dominum Jesum Christum: qui solo sermone restaurat universa. Hic si vult: potest me salvam facere. Tunc senior subridens: dixit Et me ipse misit ad te: nam et ego apostolus ejus sum: et in nomine ejus scias te esse salvatam.[6] Et cum hoc dixisset: ab oculis ejus sublatus est: et omnia membra ejus salvata sunt: et restaurata erat mammilla

[1] possit: G. posse: S. [2] equuleo: G.S. [3] pro 'enim' virgo: G.
[4] Agatha: G. [5] omnibus: W. [6] salvandam: G.

Digitized by Google

ejus. Et post hec jussit quintianus iterum sanctam virginem ante tribunal astare: et dixit ei Immola diis. Agatha respondit. Omnia verba tua sunt vana. Et quis vult ad auxilium suum lapidem invocare: et non deum summum et verum: qui me dignatus est ab omni plaga curare. *Re.* Ego autem adjuvata a domino perseverabo in confessione ejus. Qui me salvam fecit: et consolatus est me. ℣ Gratias tibi ago domine Jesu Christe: qui misisti ad me apostolum tuum. Qui. Gloria patri. Qui me.[1] *In tertio nocturno añ.* Si ignem adhibeas: rorem mihi salvificum de celo angeli ministrabunt. *ps̄.* Cantate (*j.*). *Añ.* Vidisti domine agonem meum: quomodo pugnavi in stadio: sed quia nolui obedire mandatis principum jussa sum in mammilla torqueri. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* Propter fidem castitatis jussa sum suspendi in eculeo: adjuva me domine deus meus in tortura mammillarum mearum. *ps̄.* Cantate. (*ij.*). ℣ Adjuvabit. *Expositio.* Simile est regnum celorum decem virginibus. *Omelia ut in communi. Re.* Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui[2]: sed habeo dominum Jesum Christum. Qui verbo curat omnia. ℣ Ego enim habeo mammillas integras intus in anima mea: quas domino consecravi. Qui verbo. *Lec. viij.*

Quintianus vero dixit. Et quis est: qui te curavit: Agatha respondit. Christus filius dei vivi. Tunc quintianus ira commotus: testulas acutas jussit spargi: et sub testulis vivos immitti carbones: et sanctam virginem in eis nudo corpore volutari. Cunque hoc fieret: subito locus in quo sanctum corpus volutabatur commotus est: et pars parietis cecidit: et oppressit consiliarium ducis nomine silvinum: et amicum ejus nomine falconum. Sed et omnis civitas cathanensium a terremotu exagitata est. Quod videns quintianus: fugit: jubens sanctam virginem in carcerem mitti. *Re.* Qui me dignatus est ab omni plaga curare et mammillam meam meo pectori restituere. Ipsum invoco deum vivum. ℣ Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui[2]: sed habeo dominum meum Jesum Christum. Ipsum invoco deum. *Lectio nona.*

Sancta virgo Agatha ingressa carcerem expandit manus suas ad deum: et dixit. Domine qui me fecisti vincere tormenta carnificis: ignem: ferrum et vincula: te deprecor: ut accipias spiritum meum modo: quia tempus est ut me jubeas istud seculum derelinquere: et ad tuam misericordiam pervenire. Hec cum dixisset: coram omni populo emisit spiritum. Quod fideles populi audientes: tulerunt corpus ejus: et posuerunt illud in sarcofago[3] novo ad laudem domini nostri Jesu Christi: cui est honor et gloria in secula amen. *Re.* Beata agathes[4] ingressa carcerem expandit manus suas

[1] 'me' om.: G.
[2] adhibui. G.

[3] sarcophago: G. sarcofaco: S.
[4] agatha · G.

Digitized by Google

ad deum: et dixit: domine qui me fecisti vincere tormenta carnificum. Jube me domine ad tuam misericordiam pervenire. ℣ Gratias tibi ago domine Jesu Christe: qui me fecisti vincere ferrum ignem et vincula. Jube me. Gloria patri. Jube me domine. *Si infra septuagesimam evenerit: reincipiatur responsorium.* Beata agathes ingressa carcerem. *Sin autem.* *ps̄.* Te deum laudamus. ℣ Specie tua. *In laudibus an̄.* Quis es tu: qui venisti ad me curare vulnera mea ego sum apostolus Christi: nihil in me dubites filia. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui[1]: sed habeo dominum Jesum Christum: qui solo sermone restaurat universa. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Gratias tibi ago domine quia memor es mei: et misisti ad me apostolum tuum curare vulnera mea. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Benedico te pater domini nostri Jesu Christi: quia per apostolum tuum mammillam meam meo pectori restituisti. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Qui me dignatus est ab omni plaga curare: et mammillam meam meo pectori restituere: ipsum invoco deum vivum. *ps̄.* Laudate. *Capitulum.* Sapientia vincit. *Hymnus.* Jesu corona. ℣ Adducentur. *In evange. an̄.* Paganorum multitudo fugiens ad sepulchrum virginis: tulerunt velum ejus contra ignem: ut comprobaret dominus: quod a periculis incendii meritis agathe martyris sue eos liberaret. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Deus qui inter cetera. *Memoria de lxx. si evenerit. Ad horas antiphone de laudibus. Cetera de communi unius virginis: cum oratione propria. Ad vesperas antiphone de laudibus super psalmos feriales. Cap.* Emulor. *Hymnus* Jesu corona virginum. ℣ Diffusa est. *In evang. an̄.* Mentem sanctam spontaneum honorem deo: et patrie liberationem. *ps̄.* Magnificat. *Or̄o ut supra. Memoria de sanctis confessoribus et pontificibus vedasto et amando. An̄.* Fulgebunt. ℣ Sacerdotes. *Oratio.* Deus qui nos concedis. *ut in communi.*

❡ *Sanctorum confessorum vedasti et amandi.* *Lectio j.*

Egregia et omni acceptione digna merita sanctorum Christi presulum vedasti et amandi: sancta[2] celebrare consuevit ecclesia. Sanctus enim vedastus: quia sitienti amico vinum de vacuo produxit vasculo: laudabile et diuturnum sanctitatis sue prebet testimonium. Christus igitur in chana galilee de aqua vinum fecerat: vedastus vero ex arido poculo vinum produxerat. Magnum igitur quod dominus: sed majus est quod gessit servus. Non tamen vedastum domino: sed dominum preponimus vedasto.

Quadam igitur nocte [*Lec. ij.* dum sanctus amandus: ut illi mos erat oraret: immundus spiritus unum e[3] famulis apprehensa manu trahebat ad mare: volens eum demergi. Sed isdem[4] puer qui trahebatur: magnis cepit vocibus clamare dicens: Christe

[1] adhibui: G.
[2] sanctam: W.S.
[3] 'e' om.: S.
[4] 'idem': G.

Digitized by Google

adjuva me: Christe adjuva me: Sed malignus spiritus eidem puero insultando respondit: Qualis Christus? Sed dum puer qui trahebatur minime responderet: ait sanctus amandus. Dic illi fili: Christus filius dei vivi crucifixus. Statimque ad vocem illius inimicus ut fumus evanuit. *Lec. iij.*

Sanctus etiam amandus latronem quendam a periculo mortis liberare volebat: sed apud judicem hoc impetrare nequibat. Latrone illo suspenso et defuncto: et populo ad propria reverso: sanctus amandus adveniens: mortuum deposuit de ligno: et tandiu super eum preces fuderat: donec eum vite pristine restituerat. Hos igitur confessores vedastum scilicet et amandum sicut celestis aula suscepit cum gloria: ita nos eorum precibus divina custodiat misericordia: et ad illam perducat gloriam: que nescit finiri per secula. *Cetera de communi plurimorum confessorum.*

¶ *Sancte scolastice*[1] *virginis. Lect. prima.*

Beata igitur scolastica: ut legimus nobilissimis orta natalibus: magnificentissimis floruit virtutibus. Nam beatus papa gregorius de sancto benedicto et sorore ejus ita inquit: Soror nanque sancti benedicti scolastica omnipotenti domino ab ipso puericie tempore dedicata ad colloquia fratris sui semel per annum venire consueverat: ad quam vir dei non longe extra januam possessionis monasterii descendebat. Quodam vero die venit ex more: et totum diem in dei laudibus sacrisque colloquiis ducentes: incumbentibus jam noctis tenebris: simul acceperunt cibum. *Lec. ij.*

Cum vero sanctus benedictus sororque ejus scolastica adhuc ad mensam sederent: soror ejus rogavit eum dicens: Queso te frater: ut ista nocte me non deseras: ut usque mane de celestis vite gaudiis aliquid loquamur. Cui ille: Manere extra cellam nullatenus possum. At illa caput in mensa dominum rogatura declinavit. Cunque levaret de mensa caput: tanta choruscationis virtus in tonitruum vertitur: et inundatio pluvie erupit: ut neque venerabilis benedictus: neque fratres qui cum eo aderant: extra limen loci: quo consederant pedem movere potuissent. *Lec. iij.*

Quod videns sanctus benedictus: dixit: Parcat tibi soror omnipotens: quid est quod fecisti? Cui illa: Ecce te rogavi: et audire me noluisti. Rogavi etiam dominum meum: et exaudivit me. Modo ergo[2] si potes egredere et recede. Sic vero[3] mansit cum sorore invitus: qui extra cellam monasterii noluit manere sponte rogatus: Cunque die altero venerabilis femina scolastica ad cellam propriam recessit: vir dei benedictus ad monasterium rediit. Et ecce post triduum in cella consistentes: vidit ejusdem sororis sue animam celi secreta penetrare. Qui tante ejus glorie congaudens: omnipotenti deo gratias reddidit: ejusque obitum fratribus

[1] *scholastice: passim: G.*
[2] pro 'ergo' vero: G.
[3] pro 'vero' ergo: G.

Digitized by Google

denunciavit.[1] *Cetera de communi unius virginis non martyris.*

¶ *Sancti valentini martyris. Oro.*

Presta quesumus omnipotens deus ut qui beati valentini martyris tui natalitia colimus : a cunctis malis imminentibus : ejus intercessione liberemur. per dominum. *Lectio j.*

Beatus vir terraminensis civitatis presbyter valentinus bene vivendo meruit virtutibus adherere. Factum est autem ut unicus cratonis filius ceremon nomine talem incurreret egritudinem ut incurvatus dorso : caput habens inter genua maneret : et nullus medicus ei posset succurrere : dixit quidam : germanum suum a simili morbo per quendam valentinum presbyterum esse curatum et hortatur transmitti ad eum. *Lectio ij.*

Quem cum venientem craton hospicio recepisset : filium suum ceremonem ostendit ei : et cepit petere : ut sicut curavit germanum fontei : ita isti succurreret. Cui valentinus dixit. Crede ergo filium dei verum deum esse Jesum Christum : et omnibus renuncia simulachris et videbis salvum filium tuum. Tunc craton vocavit conjugem suam : et omnem familiam suam : et pedibus ejus prostratus cepit promittere : quoniam si ille salvus esset omnes crederent Christo. *Lectio iij.*

Tunc valentinus jussit silentium unius diei et unius noctis fieri : et clausit ostium super se et puerum : et tota nocte in die laudibus et oratione perseveravit. Sed spacio unius hore transacto: surrexit puer sanissimus. Tunc craton cum conjuge sua et omni domo credens : baptizatus est. Tunc indignatio pene omnium senatorum accensa est : et tentum valentinum atque virgis cesum incarceraverunt. Et medio noctis silentio ejectum de carcere decollaverunt jussu placidii urbis prefecti. *Cetera de communi unius martyris.*

¶ *Sancte juliane virginis et martyris.* *Lectio j.*

Temporibus igitur maximiani imperatoris scelestissimi Christianorum persecutoris : extitit quedam virgo juliana nomine : nobilis genere : sed nobilior fide. Que dum floreret pulcherrima : a quodam nobili licet gentili et sacrilego ad maritales invitatur amplexus. Cujus nuptias prophanas dum virgo abhorreret : tormentis gravibus est afflicta. Sed dum nec idolis vel[2] nuptiis consentiret : carceralibus mancipatur tenebris. *Lectio ij.*

Veniens autem ad ipsam diabolus in figura angelica : dicens se a celo missum : blandis eam illecebris persuadet : ut idolis et nuptiis consentiendo : penas horrificas jam sibi paratas effugeret.[3] Sancta virgo Christi juliana ad sermonem diaboli perterrita : cogitabat : quisnam esset : qui talia persuaderet. Que mox a deo edocta et corroborata apprehendit diabolum : et alligavit eum : et tandiu verberibus palam afflixit : donec omnia mala : que ab initio mundi fecerat : et[4] confessus est. *Lectio iij.*

Denique educta de carcere juliana : tormenta

[1] 'Tu autem' add : G. [2] pro 'vel' nec : G. [3] effugaret : S. [4] 'et' om. : W.G.

Digitized by Google

perferre jussa est majora: sed majora ei a deo adhibita sunt presidia. Nam omnes penas sibi illatas ac si epulas dulcissimas suscepit oblatas. Siquidem flammas ignium: et ollam superans ferventem[1]: demum capitis decollatione martyrium consummavit. Hujus virginis meritis et precibus adjuvemur: ut celestis gaudia sanctitatis consequamur: ipso annuente: qui vivit et regnat deus in secula seculorum amen. *Cetera de communi unius virginis et martyris.*

¶ *In cathedra sancti petri. Ad vesperas añ.* Quem dicunt. *Et cetere antiphone sequentes cum psalmis ferialibus.*[2] *Capitulum.*

Petrus apostolus Jesu Christi electis advenis dispersionis ponti galatie capadocie asye et bithinie[3] secundum prescientiam dei patris in sanctificatione spiritus: in obedientia et aspersione sanguinis Jesu Christi gratia vobis et pax a deo multiplicetur. *Re.* Quodcunque ligaveris.[4] *Hymnus.*

Jam bone pastor petre clemens accipe vota precantum et peccati vincula resolve tibi potestate tradita: qua cunctis celum verbo claudis aperis. *Hymnus.* Annue Christe. ℣ Exaltent eum in ecclesia plebis. Et in cathedra seniorum laudent eum. *In evangelio añ.* Tu es pastor ovium princeps apostolorum: tibi tradite sunt claves regni celorum. *ps̄.* Magnificat.

Deus qui beato petro [*Orō.* apostolo tuo collatis clavibus regni celestis ligandi atque solvendi pontificium tradidisti: concede: ut intercessionis ejus auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis et. *Memoria de lxx. vel xl. utralibet evenerit. Quocunque die sabbati septuagesime vel quadragesime evenerit istud festum beati petri: habebit omnino ultimas vesperas suas. Et memoria fiet de lxx. vel xl.* ¶ *Et si hoc festum in prima dominica vel aliis dominicis quadragesime evenerit: differatur festum in secundam feriam: et in dominica habebit omnino primas vesperas suas: et memoria fiet de dominica prout plenius notatur de hoc et de aliis in magna rubrica in sabbato quadragesime.* ¶ *Ad matut. Invita.* Pastori summo jubilemus corde jocundo. Qui claves petro celorum contulit

[1] fruentem: S.

[2] 'homines esse filium hominis dixit Jesus discipulis suis respondens petrus dixit tu es Christus filius dei vivi et ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. *psalmi feriales. añ.* Petrus ad se reversus dixit nunc scio vere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis judeorum. *añ.* Domine si tu es jube me venire ad te super aquas et extendens Jesus ['Jesus' om.: G.] manum apprehendit eum et dixit Jesus modice fidei quare dubitasti. *añ.* Cunque vidisset ventum validum venientem timuit et cum cepisset mergi clamavit dicens domine salvum me fac. *añ.* Solve jubente deo terrarum petre cathenas qui facis ut pateant celestia regna beatis' add: W.E.G.

[3] cappadocie asie et bithynie: G.

[4] 'super terram erit ligatum et in celis. Et quodcunque solveris super terram erit solutum et in celis. ℣ Tu es inquit petrus Christus filius dei vivi respondens dominus ait et ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et quodcunque. Gloria patri. Et quodcunque' add: W.E.G.

Digitized by Google

almo. *ps̄.* Venite. *Hym.* Eterna Christi munera. *In j. noct. an̄.* Pontificalis apex veneratur jure cathedre: quam primum meritis petrus conscendit herilis. *ps̄.* Celi enarrant. *An̄.* Hic super excelse positus fundamina petre: moribus exornat humeris quos vita reportat. *ps̄.* Benedicam. *An̄.* Antiochena polis divini lumine solis: irradiata sacrum decus hoc colit omnis et orbis. *ps̄.* Eructavit. ℣ In omnem terram. *Lec. prima.*

Institutio festivitatis hodierne a senioribus nostris cathedre nomen accepit: ideo quod primus apostolorum petrus hodie episcopatus cathedram suscepisse referatur. Recte ergo ecclesia natalem sedis illius colit: quam apostolus pro ejus salute suscepit. dicente ei domino. Tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. *Re.* Symon petre. *et cetera. Responsoria sicut in festo apostolorum petri et pauli.*[1] *Lectio ij.*

Petrum itaque fundamentum ecclesie nominavit dominus. Et ideo digne hoc fundamentum generalis ecclesia colit: supra quod sui edificii celsitudo consurgit. Unde convenienter psalmus dicit. Exaltent eum in ecclesia plebis: et in cathedra

seniorum laudent eum. Dignum ergo est: ut fundamentum hoc in ecclesia honoretur: per quod ad celum ascenditur. Quod natalis ergo cathedre beati petri hodie colitur: sacerdotale officium honoratur. Que etiam tanto necesse est: ut plus habeat in ecclesia dignitatis quanto sacerdotale officium plus est[2] honoris.[3] *Lectio iij.*

Dies ergo hec fratres charissimi a nobis merito honoratur: quia dum natale[4] cathedre colimus: episcopatum petri apostoli veneramur. Hujus autem solennii religio: sic in ecclesia introducta est. Cum enim pertransiret apostolus disseminans verbum vite: et fundamentum jaciens ecclesie: cum appropinquaret antiochiam[5]: cepit per nicetam et aquilam tota civitas audire: quod petrus adventaret. Omnis autem populus antiochie civitatis audientes petrum venire: occurrerunt ei. Omnesque majores natu et nobiles cineres sparserunt in capite: multique cilicio induti sunt: nudis pedibus penitentiam agentes: quod contra predicationem ejus cum symone mago consensissent.[6] *In ij. nocturno an̄.* Hujus amore deus servorum terge reatus: ut tibi qui[7] placuit:

[1] 'antequam de navi vocarem te novi te et super plebem meam principem te constitui. Et claves regni celorum tradidi tibi. ℣ Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in celis et quodcunque solveris super terram erit solutum et in celis. Et claves' add: W.E.G.

[2] pro 'est' habet: G.

[3] '*Re.* Si diligis me symon petre pasce oves meas domine tu nosti quia amo te. Et animam mea n pono pro te. ℣ Et si oportuerit me mori tecum non te negabo. Et animam' add: W.E.G.

[4] natalem: G.

[5] anthiochiam: W.

[6] '*Re.* Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte inferi non prevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni celorum. ℣ Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in celis et quodcunque salveris super terram erit solutum et in celis. Et tibi Gloria. Et tibi' add: W.E.G.

[7] 'qui' om.: W.

Digitized by Google

placitos nos reddere possit. *ps̄.* Omnes gentes. *Añ.* Pande tuis celos: quos servas magne[1] sacerdos: ne tibi commissos invadat pestifer agnos. *ps̄.* Exaudi deus deprecationem. *Añ.* Sydera scansurus terrisque hinc dona daturus: quos sibi elegit[2] tibi Christus petre subegit. *ps̄.* Exaudi deus orationem. ℣ Constituit. *Lectio quarta.*

Hec et his similia prosequentes offerunt ei vexatos languoribus: et demoniis fatigatos: paraliticos quoque et diversa pericula patientes. Et erat infinita multitudo languentium. Quos omnes hac voce alloquitur. Similem vobis hominem me esse videntes: nolite putare: quod a me possitis recuperare salutem: sed per eum qui de celo descendens: ostendit credentibus sibi[3] veram anime et corporis medicinam. Unde vox vestra testem habeat hunc omnem populum: quia ex toto corde creditis in dominum Jesum Christum: ut sciant etiam seipsos ab ipso per nos posse salvari. *Lectio v.*[4]

Cumque omnis multitudo infirmantium una voce clamaverat: hunc esse verum deum quem petrus annunciabat: subito immensum lumen gratie dei in medio plebis apparuit. Et ceperunt paralitici currere ad pedes petri sani: ceci recepto visu clamare: claudi restaurato gressu gratias deo agere: languentes recepta sanitate gaudere. Nonnulli etiam solo flatu viventes jam sine sensu et sine voce recuperati sunt. Tantam itaque spiritussanctus in illa die gratie sue virtutem ostendit: ut omnes a minimo usque ad maximum una voce confiterentur deum.[5]

Infra[6] igitur septem dies [*L. vj.* plusquam decem millia homines credentes deo baptismatis sunt sanctificatione consecrati: ita ut omni aviditatis desiderio theophilus qui erat cunctis potentibus in civitate sublimior: domus sue ingentem basilicam ecclesie nomine consecraret: in qua petro apostolo constituta est ab omni populo cathedra septimo Kalendas martias: et omnis deinceps multitudo quotidie ad audiendum verbum dei conveniens credebant sane doctrine: quam sanitatum[7] efficacitas affirmabat.[8] *In iij. nocturno añ.* Qui regni claves et curam gestat ovilis presule[9] quoque pio vite renovatur origo. *ps̄.* Confitebimur. *Añ.* Huic celi terreque petro commisit habenas ut

[1] pro 'magne' mane: W.

[2] delegit: G.

[3] tibi: S.

[4] '*Re.* Domine si tu es jube me venire ad te super aquas Et extendens manum apprehendit eum et dixit Jesus modice fidei quare dubitasti. ℣ Cunque vidisset ventum validum venientem timuit et cum cepisset mergi clamavit dicens domine salvum me fac. Et' add: W.E.G.

[5] '*Re.* Ego pro te rogavi petre ut non deficiat fides tua Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. ℣ Symon ecce sathanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum ego autem rogavi pro te. Et tu' add: W E.G.

[6] Intra: S.

[7] sanitatem: S.

[8] '*Re.* Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in celis. Et quodcunque solveris super terram erit solutum et in celis. ℣ Tu es inquit petrus Christus filius dei vivi respondens dominus ait et ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et. Gloria. Et' add: W.E.G.

[9] presulis: W.S.

Digitized by Google

reseret clausis: et solvat vincla ligatis. *ps.* Dominus regnavit exultet. *An.* Solve jubente deo terrarum petre cathenas: qui facis ut pateant celestia regna beatis. *ps.* Dominus regnavit irascantur. ℣ Nimis honorati.

In illo tempore: [*Sec. Matth.* Venit Jesus in partes cesaree philippi: et interrogavit discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? Et reliqua. *Omelia beati Hieronimi presbyteri.* *Lectio vij.*

Iste philippus frater fuit herodis junioris sub quo dominus passus est: filius herodis illius: sub quo dominus natus esse legitur: qui in honore tyberii cesaris civitatem quandam restauravit: et eam ex nomine cesaris atque sui: cesaream philippi nominavit. In hac ergo civitate: hoc est in cesarea philippi: tradunt historie reges romanos solitos fuisse ab universo regno tributa percipere.[1] *L. viij.*

Dignum ergo fuit ut ubi rex terrenus censum a sibi subjectis exigebat: ibi rex celestis a suis subditis censum fidei requireret dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? Querit dominus de sententia vulgi: non quod ipse ignoraret que de se vulgus sentiret. sed ut confessio apostolorum premium consequeretur. Simul etiam his verbis exemplum dedit episcopis et prelatis ecclesie ut a suis requirant. cujus opinionis sit apud populum.[2] *Lectio ix.*

Cum dominus interrogasset discipulos quem eum dicerent esse homines. et illi diversas diversorum opiniones: prompsissent: dicit illis. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens symon petrus dixit. Tu es Christus filius dei vivi. Respondens autem Jesus dixit. Beatus es symon barjona: quia caro et sanguis non revelavit tibi. sed pater meus qui in celis est. Barjona filius columbe dicitur. Filius autem columbe recte vocatur petrus apostolus: quia prudentia ac pia simplicitate dominum sequebatur. Dominus enim[3] Christus[4] filius dei per naturam: petrus vero sicut ceteri electi filius est spiritussancti per gratiam.[5] *ps.* Te deum. ℣ Exaltent eum in ecclesia plebis. Et. *In laudibus an.*

Symon johannis diligis me plus hiis. tu scis domine quia amo te. *ps.* Dominus regnavit. *An.* Petre amas me: pasce oves meas. tu scis domine quia amo te. *ps.* Jubilate. *An.* Caro et sanguis non revelavit tibi. sed pater meus qui est in celis. *ps.* Deus deus. *An.* Ego pro te

[1] '*Re.* Quem dicunt homines esse filium hominis dixit Jesus discipulis suis respondens petrus dixit tu es Christus filius dei vivi. Et ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. ℣ Beatus es symon barjona quia caro et sanguis non revelavit tibi sed pater meus qui est in celis. Et' add: W.E.G.

[2] '*Re.* Tu es pastor ovium princeps apostolorum tibi tradidit deus omnia regna mundi. Et ideo tradite sunt [sint: G.] tibi claves regni celorum. ℣ Tibi enim a domino collata est potestas ligandi atque solvendi. Et ideo:' W.E.G.

[3] 'enim' om.: G. [4] 'est' add: G.

[5] '*Re.* Petre amas me tu scis domine quia amo te. Pasce oves meas. ℣ Symon johannis diligis me plus his. tu scis domine quia amo te. Pasce. Gloria patri. Pasce' add: W.E.G.

Digitized by Google

rogavi petre ut non deficiat fides tua: et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Tu es petrus. et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. *ps̄.* Laudate.[1] *Capitulum.* Petrus apostolus. *In evang. an̄.* Quodcunque ligaveris *ut in alio festo.*[2] *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra. Memoria ut supra. Ad primam an̄.* Symon johannis diligis me plus hiis. tu scis domine quia amo te. *ps̄.* Deus in nomine. *An̄.* Gratias. *ps̄.* Quicunque. *Ad tertiam an̄.* Petre amas. *ps̄.* Legem pone. *Cap.* Petrus apostolus. *Re.* In omnem terram. *Or̄o.* Deus qui. *Ad sextam an̄.* Caro et sanguis. *ps̄.* Defecit. *Capitulum.* Jam non estis. *Re.* Constitues. *Or̄o ut supra. Ad nonam an̄.* Tu es petrus. *ps̄.* Mirabilia. *Cap.* Per manus. *Re.* Nimis honorati. *Or̄o ut supra. Ad vesperas an̄.* Symon johannis. *et cetere an̄e de laudibus cum psalmis de apostolis. Capitulum.* Petrus apostolus. *Re.* Petre amas. *Hymnus* Exultet celum laudibus. ℣ Exaltent. *An̄.* Symon barjona tu vocaberis cephas quod interpretatur petrus janitor celi pulsantibus aperi. supra modum peccavimus omnes dimitte septuagies septies. *ps̄.* Magnificat. *Or̄o ut supra. Memoria ut supra.* ¶ *Quando vero festum sancti petri in cathedra differtur tunc ad secundas vesperas incipiendum est ad capitulum de sancto mathia nisi fuerit annus bisextilis. Nam quando bisextus contigerit festum beati mathie apostoli fiet quarto die a festo sancti petri in cathedra utroque die computato. Et si anno bisextili dies sancti petri in cathedra contingat dominica in quinquagesima fiat de sancto mathia in die cinerum. Communibus vero annis tertia die celebretur. etc.*[3]

¶ *Sancti mathie apostoli. Ad vesperas antiphona.* Vos qui reliquistis *et cetera. Psalmi feriales. Capitulum.* Non vos. *Re.* Qui sunt isti qui ut. *Hymnus.*

Mathia juste duodeno solio residens sorte. nos a cunctis nexibus solve peccati vere lucis gaudiis quo perfruamur tuis sanctis precibus. *Hymnus* Annue Christe. ℣ In omnem terram exivit. *In evang. an̄.* Beati eritis. *ps̄.* Magnificat anima. *Or̄o.*

Deus qui beatum mathiam apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quesumus: ut ejus interventione tue circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per dominum. *Memoria de septuagesima vel quadragesima utralibet evenerit. Ad matuti. Invita.* Regem apostolorum. *et cetera ut in communi apostolorum. Lectio j.*

Ecce solennem diem beati mathie celebramus: quem apostolorum electio in apostolatum constituit ut quanta dignitas esset in eis quos principes mundi superna preordinavit divinitas: mundo ubique patesceret. De quo nemo ambigere debet verum apostolum eum existere: quia qui paulum vocavit de celo: ut vas esset electionis: huic affuit in terris:

[1] 'dominum de celis' add: S.

[2] 'super terram erit ligatum et in celis et quodcunque solveris super terram erit solutum et in celis dicit dominus symoni petro' add: W.E.G. vice verborum 'ut in alio festo.'

[3] '*etc.*' *om.*: *G.*

Digitized by Google

ut honorem[1] apostolici sortiretur culminis. *Lectio ij.*

Nam omnia apostolorum opera: sancti spiritus confirmavit gratia. Nam petrus deo fidentissimus qui claves meruit retinere celorum: jure perditum reparavit numerum apostolorum urens[2] sua potestate: ut qui primus erat in auctoritate: primus esset in electionis dignitate. *L. iij.*

Lucas enim qualiter mathias ad apostolatum pervenerit: subtiliter innotuit dicens. Exurgens petrus in medio fratrum dixit. Erat autem turba hominum simul fere centum viginti. Viri fratres oportet impleri scripturam quam predixit spiritussanctus per os david de juda: qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Jesum: qui connumeratus erat in nobis et sortitus est sortem ministerii hujus. *Lec. iiij.*

In undenario numero petrus remanere apostolos timuit. Omne enim peccatum undenarium est: quia dum quis perverse agit: precepta decalogi transit. Beatus igitur petrus alium pro juda ordinare volens apostolum: non hunc neophytum sed probatum ex tempore curavit eligere videlicet ex eorum numero virorum qui ab initio erant cum domino: et que apud illum viderunt[3] et audierunt[4] absque ulla ambiguitate predicare valebant. *Lectio v.*

Et statuerunt duos joseph qui vocabatur barsabas: qui cognominatus est justus: et mathiam et orantes dixerunt. Tu domine qui corda nosti omnium: ostende quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerii hujus et apostolatus de quo prevaricatus est judas: ut abiret in locum suum id est in profundum inferni. Hi ambo qui ad sortem apostolatus statuti sunt: barsabas videlicet et mathias: de numero fuerunt septuaginta discipulorum Christi. *Lec. [sexta.*

Igitur fratres barsabas filius quietis: mathias dei parvus interpretatur. De quo orator inquit. O quantum distant humana supernis judiciis. Parvi merito transcenditur ille laudi hominum qui justus erat. Et dederunt sortes eis: et cecidit sors super mathiam: et annumeratus est cum undecim apostolis. Cujus meritis semper muniamur ut ad gaudia celestia sublevemur: per eum qui vivit et regnat in secula seculorum amen. *In iij. noct. añ.* Exaltabuntur cornua justi in eternum. *ps̄.* Confitebimur. *Añ.* Lux orta est justo rectis corde leticia. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* Custodiebant testimonia ejus et precepta ejus que dedit illis. *ps̄.* Dominus regnavit irascantur. ℣ Nimis honorati. *Sec. Matheum.*[5]

In illo tempore: Respondens Jesus dixit. Confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus: et revelasti ea parvulis. Et reliqua. *Omelia beati augustini episcopi.* *Lectio vij.*

Magna et inestimabilis dei clementia in hujus evangelii lectione nobis commendatur. Que enim excellentior esse

[1] honor: S. [2] utens: W. [3] viderant: G. [4] audierant: G. [5] '*xj.*' *add*: S.

poterat pietas: quam ut filius dei per quem facta sunt omnia : pro manifestata sapientia auditoribus suis deo patri gratias referret. *Lectio viij.*

Idcirco cum gaudio summo suscipiendum est : quod dominus exilaratus [1] in spiritu patri dixerit : Confiteor tibi pater domine celi et terre. Confessio enim non semper ad peccati accusationem: sed aliquando ad laudis pertinet declarationem sicut in hoc loco. Christus nanque patrem suum dominum celi et terre vocat: ut immensam pietatis sue nobis insinuet bonitatem. *Lectio nona.*

Quid enim revelaverit discipulis suis: aperitur cum dicitur. Quia abscondisti hec archana que de ore meo egrediuntur [2] : a sapientibus et prudentibus : et revelasti ea parvulis. Sapientia que apostolis aperiebatur : cunctis sapientibus et prudentibus et philosophis mundi occultabatur. *In evang. añ.* Estote fortes. *Et finiatur sic.* regnum eternum dicit dominus. *ps̄.* Benedictus. *Orõ ut supra. Cetera tam ad matutinas*[3] *horas quam ad vesperas de communi cum oratione propria ut supra.*

¶ *Sancti Albini ep̄i et conf. Lectio prima.*

Beatus igitur albinus nobilibus ortus natalibus : studiis literarum est [4] traditus in brevi doctrina et moribus sanctis profecit. Regiis deinceps ministeriis adhesit regis persuasione : adversantiumque hostium iniqua proposita [5] mucrone convertit. Et cum a semita mandatorum Christi non recesserit : clerus ac populus andegavensis urbis unanimi voluntate et pari consensu beatum albinum dignum episcopatu asserebant [6] et sibi dari petebant. *Lectio secunda.*

Sanctus vero albinus ad episcopatus dignitatem vocatus : occulte cilicio indutus : elemosinis semper intentus : multis jejuniis macerabat corpus. Hujus sancti viri convivia non cum divitibus erant : sed cum egenis et pauperibus quibus multa impendebat beneficia : non ad impletionem sed ad sui sustentationem : cibum moderate sumens : psalmis hymnis et canticis spiritalibus invigilabat. *Lectio iij.*

Cum vero ecclesiam sibi commissam ecclesiasticis institutionibus informasset : victor carnis de corona securus de incolatu hujus seculi migravit. Denique cum ad superne vocationis sue bravium pervenisset : et ad urbem andegavensem delatus fuisset : posteriores qui feretrum portabant : casu ceciderunt : et ut creditur : virtutes angelice illud susceperunt. Ibi vero requiescens in domino : multa petentibus confert beneficia. Per cujus beata merita conferat Jesus Christus dominus noster desiderata nobis gaudia. *Cetera unius confessoris et pont.*

¶ *In festo sancti cedde episcopi et confessoris. Ad vesp. añe et psalmi feriales. cetera de communi. Lec. j.*

[1] exihilaratus : W.E.
[2] 'adiuntur' add : W.
[3] '*et*' *add* : *G.*
[4] 'est' om. : G.
[5] 'auctoritatis' add : W.E.G.
[6] asserebat : W.

Digitized by Google

Temporibus oswy northmihymbrorum [1] regis: vir domini cedda in lindisfernensi insula: in loco qui dicitur lestingay: in monasterio sancte marie monachicham vitam juxta sanctorum patrum institutionem agebat. *Lectio ij.*

Cunque wilfridus in partibus transmarinis demoraretur: rex oswy misit canciam ceddam virum sanctum modestum moribus ut eboracensis ordinaretur episcopus.[2] *Lectio iij.*

Non erat tunc excepto illo unus in tota britania[3] canonice consecratus episcopus. Consecratus in episcopum cedda maximam mox cepit ecclesiastice veritati et castitati curam impendere: humilitate continentie lectioni operam dare. *Lectio quarta.*

Veniens postea britaniam wilfridus jam episcopus factus et ad ecclesiam unde ordinandus discesserat: rediit. Erat fere ipso tempore rome monachus nomine theodorus: qui ordinatus est a vitaliano papa atque ecclesiis [4] anglorum missus. *Lectio v.*

Pervenit autem idem theodorus in britanniam: et ceddam episcopum cum argueret non fuisse rite consecratum: respondit voce humilima: Si me inquit nosti episcopatum non rite suscepisse: libenter libenter ab officio discedo. *Lectio sexta.*

Interea provincie merciorum rex wilferus prefuit: qui cum mortuo jarmuanno illius provincie episcopo: sibi quoque [5] suis a theodoro episcopum dari pete ret: ac[6] theodorus postulavit a

[1] northimhybrorum: G.
[2] episcopatus: G.
[3] britannia: S.
[4] pro 'atque ecclesiis' et ad ecclesias: G.

rege oswy: ut illis episcopus cedda daretur. *Lectio vij.*

Nolite timere: pusillus grex *et cetera ut in communi. Lectio octava.*

Susceptumque episcopatum gentis merciorum et lindisferorum cedda: juxta exempla patrum: in magna vite perfectione administrare curavit. *Lectio nona.*

Habuit autem sanctus cedda sedem episcopalem in loco qui dicitur lichefeld: in quo defunctus ac sepultus est: ubi usque hodie sequentium quoque provincie illius episcoporum sedes est. Fecerat vero sanctus cedda sibi mansionem non longe ab ecclesia remotiorem: in qua secretius cum paucis id est septem sive[7] octo fratribus quotiens a labore et ministerio dei vacabat orare ac legere solebat. *Cetera de communi unius conf. et pont.*

¶ *Sancti gregorii pape. Ad vesperas an.* Amavit. *cum psalmis ferialibus. Capitulum.* Ecce sacerdos. *Re.* Propter intollerabiles. *Hymnus.* Iste confessor. ℣ Amavit eum dominus. *In evangelio an.* Egregio beatitudinis tue preconio triumphat universalis ecclesia per te nobiliter instituta: ave papa insignissime romanorum decus: anglorum gloria: suesorum leticia: sancte gregori interveni quesumus pro nostra omniumque salute. *ps.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui anime famuli tui gregorii eterne beatitudinis premia contulisti: concede propitius: ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur: ejus

[5] pro 'quoque' ac: G.
[6] 'ac' om.: G.
[7] pro 'sive' sue: S.

Digitized by Google

apud te precibus sublevemur. Per dominum. *Memoria de quadragesima. Ad matutinas Invita.* Adoremus Christum regem confessorum dominum. Qui eterna sanctum gregorium coronavit gloria. *ps̄.* Venite exultemus. *Hymnus.* Iste confessor. *In primo noct. añ.* Gloriosa magnifici voluntas gregorii fructum reddidit domino tempore continuo. *ps̄.* Beatus vir. *Añ.* Instabat enim precibus diebus ac noctibus constitutus a domino [1] predicator maximus. *ps̄.* Quare fremuerunt gentes. *Añ.* Erat ei[2] pro omnibus cura grandis gentibus: orabat specialius pro anglis gentilibus. *ps̄.* Domine quid multiplicati sunt. ℣ Amavit eum dominus. *Lectio j.*

Gregorius igitur genere romanus: patre gordiano editus: non solum [3] spectabili senatorum prosapia: verum etiam religiosam originem duxit. Tandem patre orbatus: sex monasteria in cicilia[4] fabricans: sufficientibus fratribus cumulavit. Septimum vero intra romane urbis menia instituit: in quo ipse monachicum capiens indumentum: sub abbatis regula militavit. *Re.* Fulgebat in venerando duplex decus gregorio: senatoria dignitas secundum legem seculi: voluntaria paupertas. Juxta preceptum domini. ℣ Beatus vir qui metuit dominum: in mandatis ejus cupit nimis: Juxta preceptum domini. *Lec. ij.*

Cum igitur quadam die advenientibus nuper negociatoribus: multa venalia in foro romane urbis fuissent collata: multique ad emendum undique confluerent: contigit et gregorium ante scilicet quam pontificale decus haberet cum ceteris advenisse: ac inter alia vidisse pueros venales positos: corpore candidos: forma pulcherrimos: vultu venustos: capillorum nitore perspicuos. *Re.* Propter intollerabiles rerum curas mundanarum recusabat presulatum suscipere romanorum. Sed victus prece populi suscepit jugum domini. ℣ Nec fecit proximo suo malum et obprobrium non accepit adversus proximos suos. Sed. *Lectio iij.*

Interrogavit autem beatus gregorius mercatorem de qua patria illos attulisset. Dictumque est illi quia de britania insula essent: et cujus incole quamvis pagani tamen omnes tali decore niterent. Rursum interrogat[5] quod esset vocabulum illius gentis? Mercator respondit Angli vocantur. At ille. Bene inquit angli quasi angeli[6]: quia et angelicos vultus habent: et tales in celis angelorum decet esse concives. *Re.* Videns ergo vir beatus anglorum casu pueros: bene inquit bene angli vultu nitent ut angeli. Oportet illis monstrari iter salutis eterne. ℣ Quoniam domini est regnum et ipse dominabitur gentium. Oportet. Gloria patri. Oportet. *In secundo noct. añ.* Exaudivit ergo deus orantem gregorium et salvavit per baptismum anglorum exercitum. *ps̄.* Cum invocarem. *Añ.* Ecce gens

[1] a domino constitutus: G. [2] pro 'ei' enim: S. [3] 'e' add: G. [4] sicilia: G. [5] interrogavit: G. [6] 'quasi angeli' om.: S.

Digitized by Google

que prius monstra colebat et idola: nunc orat ad templum dei in timore domini. *ps̄.* Verba mea. *Añ.* Nunc ergo nomen domini laudemus mirabile qui direxit vias nostras ultra maris semitas. *ps̄.* Domine dominus. ℣ Justum deduxit. *Lectio iiij.*

Accedens igitur beatus gregorius ad benedictum sedis apostolice pontificem: rogavit ut genti anglorum predicatores mitteret: asserens seipsum in hoc opus domino cooperante esse paratum. Quod dum perficere romanis obstantibus non posset: mox ut ipse pontificatus officio functus est: misit ad gentem anglorum augustinum cum multis deum timentibus monachis qui intra breve temporis spacium: regem ipsum cum suo populo ad Chistum converterunt. *Re.* Dum oraret in obscuro servus dei oraculo lux inmensa[1] super eum resplenduit post triduum. Hoc signo cunctis proditus papa urbis est effectus. ℣ Quia misericordiam et veritatem diligit deus gratiam et gloriam dabit dominus. Hoc signo. *Lectio v.*

Denique venerabilis pontifex benedictus violenter sanctum gregorium a monasterio suo abstrahens: levitam septimum ad suum adjutorium consecravit. Igitur postquam romam venerabilis levita reversus est: tantum tyberis fluvius excrevit: ut ejus unda super muros urbis influeret et multitudo serpentium cum magno dracone in modum trabis valide per tyberim[2] fluminis alveum in mare descendit: sed sine mora suffocate bestie in litore deciderunt: suaque putredine totum aerem corruperunt. *Re.* Orante beatissimo ad dominum gregorio. Sanata est plebs romana a peste inguinaria. ℣ Multum enim valet deprecatio justi assidua. Sanata est. *Lectio sexta.*

Secuta est evestigio clades inguinaria que romanam urbem laniavit: primumque pelagium papam extinxit: et postea in reliquum vulgus desevit. Igitur dum magna populi multitudo juxta preceptum gregorii levite die constituta ad dominum rogatura venisset: lues ipsa ita desevit ut intra unius hore spacium octoginta homines in conspectu omnium spiritum exalarent. Sed nequaquam sanctus gregorius levita destitit ab oratione: donec miseratione divina pestis ipsa quiesceret. *Re.* Vere felicem presulem vere fidei doctorem quo petente panis Christi: Formam accepit digiti ad firmandam plebis fidem versus in cruentam carnem. ℣ A domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Formam. Gloria. Formam. *In tertio nocturno añ.* Dominus de summo celo per sanctum gregorium ditavit fidei dono anglorum collegium. *ps̄.* In domino confido. *Aña.* Quoniam non fuit dolus in sancto gregorio ideo nunc requiescit in pace cum domino. *ps̄.* Domine quis habitabit. *Aña.* Quomodo multiplicasti tuam deus gratiam per beatum gregorium gentem salvans anglicam nunc pretende jam fideli hanc misericordiam ut

[1] immensa: W.E.G.

[2] tyberis: G.

Digitized by Google

possit servare tuam devota justiciam. *ps̄.* Domine in virtute tua. ℣ Magnificavit eum. *Expositio.* Vos estis lux mundi. *Omelia ut in communi.* *Re.* Laudabile miraculum per beatum gregorium indulsit deus omnium. Trajani quippe animam jam olim penis traditam placatus sancti lachrimis revocavit ab inferis. ℣ Omnia quecunque voluit dominus fecit in celo et in terra in mari et in omnibus abissis. Trajani. *Lectio viij.*

Post hec beatus gregorius dum agnovisset populum pari inspiratione velle ut pontifex eis preficeretur: occulte de urbe egrediens loca remotiora expetiit. Ubi dum[1] orationibus occuparetur et ab omnibus quereretur: post triduum fulgide indicio columpne supra eum de celo splendente invenitur: sicque capitur: trahitur: consecratur: ac papa urbis efficitur. *Re.* Hodie preclarissimus deo dignus episcopus et anglorum apostolus. A terrenis separatus conjunctus est celestibus cum gloria gregorius. ℣ Ecce vere israelita in quo dolus non est. A terrenis. *Lec. ix.*

Ipse vero ad mensam suam peregrinos quoslibet invitabat. Inter quos die quadam unus accessit: in cujus manibus dum ipse aquam fundere vellet: conversus[2] urceum accepturus: repente eum non invenit. Sed eadem nocte dominus ei per visionem dixit. Ceteris diebus me in membris meis: hesterno autem die me in memetipso suscepisti. Beatus igitur pontifex gregorius sedem romane ecclesie annis tredecim et mensibus sex et diebus decem gloriosissime rexit: sicque ex hac luce subtractus ad eternam regni celestis sedem est translatus: cujus interventu nobis dominus sit propitius: qui vivit et regnat in secula seculorum amen. *Re.* O pastor apostolice o defensor ecclesie gregori confessor Christi: eruditor augustini: presta nobis auxilium. Per dominum Jesum Christum. ℣ Memor esto congregationis tue quam acquisivisti[3] gratia Christi. Per dominum. Gloria patri. Per dominum. *Reincipiatur Re.* O pastor apostolice. *Prosa.* Jesum Christum quem peccando indesinenter offendimus. ℣ Nobis tua propitium prece sentire mereamur. ℣ Et quem districtum nobis timemus judicem. ℣ Pium in celis per te vite largitorem ℣ Tecum habeamus Jesum Christum. ℣ Ora pro nobis. *In laudibus añ.*

O admirabile beati gregorii meritum: quo intercedente ossa[4] dominici corporis pars digiti auricularis sanguine cruentata inventa ac ostensa est. *ps̄.* Dominus regnavit. *Aña.* Ad hujus quoque spectat meritum quod trajani paganissimi animam orationibus ac lachrimis mercatam ex ipsa inferorum conclavi eripuit. *ps̄.* Jubilate domino. *Añ.* Ejus quoque laudabile preconium est quod anglorum ecclesia nova semper sobole fecundatur. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Ipsius quoque glorie ascribitur quod suesorum gloria una cum sanctis ibi

[1] pro 'dum' cum: W.E.G.
[2] conversos: S.
[3] adquisisti: W. acquisisti: G.S.
[4] pro 'ossa' hostia: G.

Digitized by Google

quiescentibus ejus precibus constare videtur. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Laudemus dominum quod doctrinis beatissimi gregorii multī per orbem universum de peccato elongati revertuntur ad Christi clementiam. *ps̄.* Laudate. *Cap'lm* Benedictionem. *Hymnus.* Jesu redemptor. ℣ Justus germinabit. *In evange. añ.* Hodie vas electionis et [1] habitaculum spiritussancti beatissimus gregorius pontifex ex hac luce subtractus [2] ad eterni regni sedem est translatus. *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra. Memoria ut supra.* ¶ *Ad horas añe de laudibus cetera de communi cum oratione propria. Ad vesperas añe de laudibus psalmi feriales. Cap.* Benedictionem. *Re.* O pastor. *sed sine prosa. Hymnus.* Jesu redemptor. ℣ Amavit eum. *In evang. añ.* Gaudeamus universi ecclesię filii gaudeat specialius nunc anglorum populus per beatum gregorium conversus ad dominum cujus vita et meritum fulget imperpetuum. *ps̄.* Magnificat anima. *Oratio ut supra. Memoria de xl. Si festum sancti cuthberti in aliqua dominica a dominica prima [3] xl. usque ad diem palmarum evenerit: quia propter festum sancti benedicti in crastinum [4] differri non potest: anticipetur et fiat die [5] sabbato precedente. Vespere autem in dicto sabbato erunt de dominica et memoria de sancto Cuthberto prout plenius colligitur ex magna rubrica posita supra in sabbato xl.*

¶ *Si festum sancti Cuthberti feria sexta ante diem palmarum contigerit: fiat de eo servicium ipsa feria sexta: sed quia tunc in sabbato sequenti dicendum est de festo Annunciationis beate marie virginis: preoccupetur festum sancti Benedicti: et fiat de eo feria quinta precedenti. Si vero dictum festum sancti cuthberti in vigilia palmarum vel die ipso palmarum seu in crastino ipsius diei contigerit: anticipetur una cum festo sancti benedicti et fiat de sancto cuthberto feria quinta precedenti et feria sexta de sancto benedicto. quia tunc etiam in ipso sabbato dicetur de annunciatione beate marie [6] virginis prout infra dicetur. Quando autem festum sancti cuthberti in crastino palmarum contigerit tunc non poterit dici de eo octavo die precedenti. videlicet feria secunda propter [7] dominicam in passione. propter servicium sancti gregorii. quod tunc transferendum est ad dictam feriam secundam. Si vero predicta festa sanctorum cuthberti et benedicti inter crastinum palmarum et festum pasche contingant: preoccupentur et fiant octavo et septimo diebus precedentibus. et illo anno festum sancti cuthberti nullas habebit vesperas. Primas enim habere non poterit propter festum sancti gregorii. quod precedit. et in secundis vesperis incipietur ad cap. de sancto benedicto.*

¶ *Sancti cuthberti episcopi. Ad vesp. Cap.* Ecce sacerdos. *Re.* In sanctis. *Hymnus.* Iste confessor. ℣ Amavit. *In evang. añ.* Oriens sol justicie dignatus est illustrare per ministros lucis sue cunctos fines orbis terre.

[1] 'et' om.: W.E.G. [2] substractus: E. [3] prima dominica: G. [4] crastino: F. [5] pro 'die' de: E. in: G. [6] *'marie' om.: S.* [7] *pro 'propter' post: G.*

Digitized by Google

ipsi laus qui dedit anglis lucernam sue salutis cuthbertum bonum doctorem: ac pro hiis[1] intercessorem. *ps̄.* Magnificat.

Omnipotens sempiterne [*Oro.* deus qui semper es et ubique mirabilis quesumus clementiam tuam: ut sicut beato cuthberto pontifici tuo eminentem gloriam contulisti sic ad consequendam misericordiam tuam ejus nos facias precibus adjuvari. per dominum. *Memoria de xl. Ad matut. Invita.* Domino sanctorum presulum regi. Jubilemus in hac sacra solennitate pontificis almi cuthberti. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Iste confessor. *In j. nocturno añ.* Auctor donorum spiritus inspirans vera vatibus per trimum[2] fatur infantem cuthbertum fore presulem. *ps̄.* Beatus vir. *Añ.* Qui raphaelem archangelum thobie[3] dedit medicum cuthberti genu languidum suum sanat per angelum. *ps̄.* Quare fremuerunt. *Añ.* Dum jactantur puppes salo sanctus orans heret solo mox ventorum vis mutata naves vertit ad litora. *ps̄.* Domine quid multiplicati. ℣ Amavit eum. *Lectio j.*

Religiosus igitur et pius puer cuthbertus christianissimis editus parentibus: dum octavum etatis annum felici auspicio ingrederetur: simplicibus puerorum se sepe immiscuit lusibus. Qui dum quadam die solitis se[4] indulgeret lusibus. puer parvulus ac si[5] triennis juxta ludentes apparuit: et ad eum accurrit. et quasi senili constantia hortari eum cepit ne jocis et ocio sese indulgeret.[6] *Re.* Cuthbertus puer bone indolis pervigil nocturnis insistens hymnis. Aydani episcopi animam in celum ferri vidit ab angelis. ℣ Cum pastoribus ovium positus pastor animarum a deo preelectus mente et vultu supernis intentus. Aydani. *Lectio ij.*

Cuthberto vero monita spernente luget ille puer corruens in terram: et faciem lachrymis rigans accurrunt consolaturi ceteri: sed ille perstat in fletibus. Tandem vero ille puer exclamans consolanti se cuthberto inquit. O sanctissime antistes cuthberte: ludere te inter pueros non decet quem dominus pastorem ecclesie consecravit. *Re.* In sanctis crescens virtutibus: almus vir cuthbertus despectis hujus caduci seculi rebus venerabilis ac per cuncta digne laudabilis. Factus est monachus. ℣ Corpore mente habitu factisque probabilibus castris dominicis associatus. Factus. *Lectio iij.*

Audiens hec cuthbertus mestum infantem piis blandiciis consolatur: relictaque continuo ludendi vanitate domum rediit: ac stabilior jam ex illo tempore existere cepit. Quoniam[7] puer domini cuthbertus que per hominem accepit hortamenta sedulo corde retinebat: etiam angelico visu et[8] affatu confortari promeruit. *Re.* Patriarche nostri abrahe exemplo beatus pater cuthbertus hospitalitatis deditus obsequio: supernum civem gaudens

[1] his: E.G.S. [2] triennem: W.E.G. [3] tobie: G.
[4] 'se' om.: G. [5] acsi: E.G.S. [6] immisceret: G.
[7] 'autem' add: G. [8] 'et' om.: W.E.

Digitized by Google

accepit hospicio. Cui dum terrenum querit ministrare panem recipere meruit celestem. ℣ Digreditur namque vir dei panem cupiens deferre calentem : sed rediens nequaquam invenit convivam. Cui dum. Gloria patri. Cui dum. *In ij. nocturno añ.* Edomans corpus juvenis[1] in undis pernoctat maris ubi deo vota laudis ex affectu reddit cordis. *ps̄.* Cum invocarem. *Añ.* Mirum dictum huic egresso et oranti genu flexo[2] membra refovent rigida equoris animalia. *ps̄.* Verba mea. *Añ.* Adest frater curiosus explorans quid agat justus quem languore et pavore mox correptum sanat prece. *ps̄.* Domine dominus noster. ℣ Justum deduxit. *L. iiij.*

Devotus dei famulus cuthbertus quendam hospitem more solito humiliter suscepit : eumque lotis manibus et pedibus secum manere coegit. Statimque ut vescendi tempus aderat : mensam apposuit et ait. Obsecro te frater expecta hic donec rediens panem calidum tibi afferam. At ubi rediit : hospitem non invenit quem edentem reliquerat. *Re.* Vir domini cuthbertus maris tempestate cum sociis preclusus[3] futuri diem sereni certum predixit. Cum quibus cibo sua sibi prece divinitus dato pasci promeruit. ℣ Positis nanque genibus orationem fudit nautasque in domino fidere jussit. Cum quibus. *Lectio v.*

Stupefactus vir domini et secum querens de facto : reposuit mensam in conclavi. Mox ut egressus est : obviam habuit miri odoris fragrantiam : viditque juxta positos tres panes calidos insoliti candoris et gratie pavensque dixit. Cerno quod[4] angelus domini erat quem suscepi. Et panes attulit : quales terra gignere nequit. *Re.* Merito sanctitatis et gradu dignitatis accepto vir dei sacerdotio nomen equabat officio. Prebens cunctis monita salutis et exempla bone actionis. ℣ Quod enim verbis docebat operibus adimplebat. Prebens. *Lectio vj.*

Sanctus etiam cuthbertus aquam allatam benedixit et uxori cujusdam comitis transmisit. que pene jam mortua jacebat. Mox vero ut eam aqua tetigit : sanissima surrexit. Quandam etiam sanctimonialem feminam per integrum annum intollerabili[5] capitis et tocius[6] lateris alterius dolore vexatam : oleo benedicto perunxit : que ab illa mox hora meliorari incipiens post dies paucos plena sospitate convaluit. *Re.* Igne fervoris divini succensus sanctus sacerdos cuthbertus ignes noxios sepe repressit. Suis sacris precibus. ℣ Fantasticum quidem ignem cum auctore suo effugavit. materialem vero ab edibus quas vorabat extinxit. Suis. Gloria patri. Suis. *In iij. nocturno añ.* Quandam vexatam a[7] demone pergit sanctus invisere. sed mox dirus fugit hostis fit mulier incolumis. *ps̄.* Domine quis habitabit *Añ.* Multos hic sanavit egros : languores depellens sevos. multas effugavit

[1] jejuniis : E. [2] genuflexo : W. [3] perclusus : E. [4] qui : W. quia : E.G. [5] intolerabili : E.G.S. [6] totius : W.E.G.S. [7] 'a' om. : G.

Digitized by Google

larvas virtute crucis territas. *ps.* Domine in virtute. *An.* Sanctus antistes cuthbertus vir perfectus in omnibus in turbis erat monachus digne cunctis reverendus. *ps.* Domini est terra. ℣ Magnificavit. *Expositio.* Homo quidam peregre. *Omelia ut in communi.* *Re.* Veriloquus vates cuthbertus ecclesie jussus[1] precibus lachrymisque coactus: ut ipse ante predixerat. Episcopali cathedra sublimatur populisque regendis preficitur. ℣ E secretis extrahitur latebris et perfusus genas fletibus. Episcopali. *L. viij.*

Tempore deo dilecti regis egfridi[2]: et theodori archiepiscopi. beatus cuthbertus ad episcopatum ecclesie lindisfarnensis[3] electus est. Qui quamvis multum renitens: episcopatus officium suscipere compellitur. Duobus igitur annis in regimine episcopali transactis: sciens in spiritu appropinquare diem sui transitus abjecit pondus cure pastoralis atque ad dilectum heremitice[4] conversationis agonem properavit. Qui cum inibi in magna constantia Christo[5] militaret: subito tactus est infirmitate: nec tamen a consueta defecit sanctitate. *Re.* Celestium minister donorum cuthbertus antistes uxorem cujusdam comitis aqua benedicta virginem crismate perunctam[6]: patremfamilias pane a se benedicto. Pristine reddidit sanitati. ℣ Juvenem quoque jam pene moriturum sola oratione puerumque seminecem osculo tantum dato. Pristine reddidit. *Lectio ix.*

Cernens vero beatus cuthbertus tempus sue resolutionis instare: pauca cepit disserere fratribus de pace et humilitate. Pacem inquit inter vos semper et charitatem custodire[7] divinam. et cum de nostro statu consilium vos agere necessitas poposcerit: videte attentius ut unanimes existatis: et cum aliis Christi servis mutuam habetote concordiam. At ubi consuetum nocturne orationis tempus aderat: dominici corporis et sanguinis communione se munivit. atque intentam supernis laudibus animam ad gaudia regni celestis emisit. Ad que veniendi concedat vos[8] deus[9] qui vivit et regnat in secula. *Re.* O beatum presulem cuthbertum qui gratia divini muneris vigens multiplicium morborum valitudines depulit. Prophetie spiritu[10] pollens. Plurimorum ac sui ipsius[11] obitum et prescivit et prenunciavit. ℣ Admirandus cunctis operibus et verbis divina sapientia vitam composuit. Prophetie. Gloria. Plurimorum. ℣ Ora pro. *In laudibus antiphona.*

Christi fortis hic athleta ac verus anachorica[12] mundi tempsit hec infima quo celi caperet summa. *ps.* Dominus regnavit. *An.* Qui de rupe

[1] jussis: W.E.G.S.
[2] effridi: E.G.
[3] lindiffarnensis: W.E. lindiffernenis: G. lindisfernensis: S.
[4] eremitice: G. [5] Christi: E.
[6] perunctant (?): S.
[7] custodite: W E.G.S.
[8] vobis: G.
[9] 'gratiam' add: W.E.G.
[10] spiritus: E. spiritum: S.
[11] suiipsius: W.
[12] anachorita: W.E.G.S.

Digitized by Google

promisit[1] aquam post in vinum vertens eam hoc utrumque donum suo caro contulit cuthberto. *ps̄.* Jubilate deo. *An̄.* In episcopatu suo jam exacto biennio ut soli vacaret deo dilecto se reddidit[2] antro. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Hinc tanguntur artus sacri corporis morbo letali sciens vero se resolvi confortat ovile Christi. *ps̄.* Benedicite.[3] *An̄.* Mox pater suos affatur quisque vestrum tempnat[4] mundum: amet Christum: colat bonum: sic supernum sumet regnum. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Benedictionem. *Hymnus.* Jesu redemptor. ℣ Justus germinabit. *In evangelio an̄.* Languor accrescens indies artus vexabat fragiles: ipse sacras fundens preces: celicas pregustat[5] laudes: cum terrenis redit dies: eterna cuthberto quies: salutares sumit dapes: sic supernas scandit sedes. *ps̄.* Benedictus. *Or̄o ut supra. Memoria de xl.* ℂ *Ad horas an̄e de laudibus. Cetera de communi cum oratione propria.*

ℂ *Sancti Benedicti abbatis. Ad vesp. an̄.* Christi fortis. *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Capitulum.* Justus cor suum. *Re.* Miles Christi. *Hymnus.* Iste confessor. ℣ Amavit. *In evan. an̄.* Justum deduxit. *ps̄.* Magnificat. *Or̄o.* Intercessio *ut in communi. Memoria de sancto cuthberto An̄.* O magne presul cuthberte cui Christus fuit vivere: cui mori lucrum perhenne: dum post mortem vivis vere signis divinis inclyte languidos sanans a labe hoc rogamus pia prece: tu pro nobis intercede. *ps̄.* Magnificat. *Oratio ut supra. Memoria de xl. Lectio prima.*

Fuit vir vite venerabilis gratia benedictus et nomine: ex provincia myrsie[6] ortus rome liberalibus litterarum studiis eruditus. Hic itaque cum jam relictis literarum studiis: petere deserta decrevisset: sola nutrix sua eum secuta est. Sed benedictus nutricem suam occulte fugiens: deserti loci secessum petiit: cui sublatus[7] est vocabulum: ac ibidem moratus est. *Responsoria de communi. Lec. ij.*

Vir autem dei in eodem loco tribus annis mansit nullo sciente excepto romano monacho: qui sibi diebus certis panem ferebat. Qui cum in[8] illo loco aliquamdiu moraretur: divina allocutione est admonitus ut montem cassinum expeteret. Ibique detutissime[9] fanum fuit: in quo ex antiquorum more gentilium a stulto populo apollo colebatur.[10] *Lectio iij.*

Cum beatus benedictus ad predictum locum adventaret: semper ad omne bivium: duo angeli in figura juvenum apparentes ostendunt ei viam: per quam pergere deberet. Et cum ibi pervenisset: idolum contrivit: aramque subvertit: atque in ipso templo apollinis

[1] prompsit: G.
[2] dedit: G.
[3] Benedictus: S.
[4] temnat: W.E.G.S.
[5] pregustabat: W.E.

[6] nursie: E.G.
[7] sublacus: E.G.
[8] 'in' om.: E.G.
[9] diutissime: W.E.G.
[10] collebatur: W.

Digitized by Google

construxit altare sancti johannis baptiste: populumque in vicino commorantem ad fidem convertit catholicam. *Lectio iiij.*

Quadam die dum sanctus benedictus solus esset: nigra parvaque avis que merula a vulgo vocatur circa ipsius faciem volitare cepit. Sed mox signo crucis edito: recessit Recedente autem ave: tanta carnis tentatio secuta est: quantam vir sanctus nunquam fuerat expertus. Quandam feminam etiam aliquando viderat: quam malignus spiritus ante ejus mentis oculos reduxit. Tantoque igne servi dei animam in spetie[1] illius accendit: ut pene heremum deserere deliberaret.[2] *Lectio v.*

Cum[3] subito respectus superna gratia ad semetipsum reversus est: nudum se in spinarum aculeis et urticarum incendiis projecit: ibique diu volutatus: voluptatem traxit in dolorem. Ex quo videlicet tempore ita temptatio[4] voluptatis in illo est edomita: ut tale in se aliquid minime sentiret. Ceperunt multi postea mundum derelinquere atque ad ejus magisterium festinare: ita ut duodecim monasteria construeret: quibus singulis duodenos monachos deputavit. *Lectio vj.*

Cum sanctus benedictus ad agri opera fuerat egressus: quidam rusticus defuncti filii corpus ferens ad sepeliendum: vidensque benedictum clamavit ad eum. Redde mihi filium meum. Cui vir sanctus respondit. Nunquid ego filium tuum abstuli? Cui ille: Mortuus est: veni suscita eum. Hoc audiens sanctus dixit. Recedite fratres recedite. Hec nostra non sunt sed apostolorum sunt. At rusticus juravit quod non recederet nisi filium ejus resuscitaret. Tunc sanctus benedictus super corpusculum infantis incubuit seseque post orationem erexit: et eum patri viventem atque incolumem[5] dedit. *Expositio.* Ecce nos reliquimus omnia. *etc. ut in conversione sancti Pauli.*

Eodem vero anno quo [*L. viij.* sanctus benedictus de hac vita erat exiturus quibusdam discipulis secum conversantibus: quibusdam longe manentibus: sanctissimi sui obitus denunciavit diem. Cum vero tempus sue resolutionis instaret: ante sextum sui exitus diem: aperiri sibi sepulturam jubet: qui mox correptus febribus: acri cepit ardore fatigari. atque sexto die portari[6] in oratorium a discipulis fecit: seque munivit perceptione corporis Christi et sanguinis: atque erectis in celum manibus: ultimum spiritum inter verba orationis efflavit. *Lectio ix.*

Die[7] autem quo transiit duo monachi viderunt viam ab ejus cella in celum tendentem: stratam palliis atque innumeris choruscantem lampadibus. Quibus vir venerando habitu desuper clarus existens ait Hec est via qua dilectus deo benedictus celum ascendit. Migravit ad dominum pater benedictus

[1] specie: W.E.G.S.
[2] liberaret: S.
[3] Cumque: W.E. Cunque: G.
[4] tentatio: W.E.G.S.
[5] incolumen: E.
[6] 'se' add: W.E.G.
[7] *D*iem: W.

Digitized by Google

in vigilia pasche duodecimo. Kalendas Aprilis. Sepultusque est in oratorio beati Johannis baptiste: quod destructa ara Apollinis ipse construxit ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius confessoris*[1] *abbatis.*

Si[2] *festum Annunciationis beate marie in aliqua dominica quadragesime ante dominicam in ramis palmarum evenerit: transferatur in secundam feriam: et utrum eveniat in secunda feria. vel a dominica transferatur: vespere in dominica omnino erunt de festo: et memoria tantum de dominica. Et si in dominica in ramis palmarum: vel ebdomada sequente diem palmarum evenerit: anticipetur: et fiet die sabbati ante diem palmarum: et vespere in illo sabbato omnino de domina erunt: et tantum memoria de dominica. Idem ordo servetur de aliis festis duplicibus dicto tempore contingentibus.*[3] *Si autem annunciatio domine*[4] *evenerit in die pasche vel secunda vel tertia vel quarta feria quam feriam non potest excedere semper fiet die martis post clavem pasche. Quandocunque autem fiet festum ix. lectionum infra passionem dicetur* Gloria patri *ad psalmum* Venite *et ad versus Responsorii. In festo quidem annunciationis dicitur ad Responsorium* . Jesu Christe. ℣ Qui de virgine. ¶ *Completorium*[5] *non mutatur quin omnino fiet de xl. tam in festo annunciationis quam in aliis: nisi in festis sanctorum dicitur infra passionem* Gloria patri *post versum Responsorii de completorio.* ¶ *Si vero festum annunciationis celebrari debeat tempore paschali: fiet cum antiphonis et psalmis de primo nocturno: et tres lectiones de expositione et tribus Responsoriis tantum. Scilicet primo sexto et nono: et in fine hymnorum quorum metro convenit dicatur.* Quesumus auctor. Gloria tibi domine qui natus es. *et in fine antiphonarum Responsoriorum et Invitatoriorum. et aliorum ut in tempore paschali dicetur.* alleluia. *Completorium vero tempore paschali non mutatur nisi in versu* Gloria tibi domine qui natus es. *ut supra notatur in predicta rubrica.*

[6] ¶ *In annunciatione beate marie virginis.*

Ad vesperas antiphona.

Spiritussanctus in te descendet maria: ne timeas habens in utero filium dei.[7] *ps̄.* Dixit dominus. *An̄.* Ne timeas maria: invenisti gratiam apud dominum: ecce concipies et paries filium. *ps̄.* Confitebor. *An̄.* Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. *ps̄.* Beatus vir. *An̄.* Beatam me dicent omnes generationes: quia ancillam humilem respexit deus. *ps̄.* De profundis. *An̄.* Beata es maria que credidisti perficientur in te: que dicta sunt tibi a domino. *ps̄.* Memento. *Capitulum.*

[1] *'et' add: G.*

[2] *Hanc rubricam omittit: S2.*

[3] *contingentis: S1.*

[4] *domini: E.G.*

[5] Abhinc usque ad '*rubrica*' omnia om.: W.E.G.S2.

[6] '¶ *Incipit secunda pars hujus breviarii de festis sanctorum in tempore estivali' add: R.N.S2.*

[7] Hic et alibi, ad finem cujusque antiphone 'alleluia' add: R.N.S2.

Digitized by Google

Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen ejus emanuel: butirum[1] et mel comedet: ut sciat reprobare malum et eligere bonum. *Re.* Quomodo fiet.[2] *Hymnus.* Ave maris stella.[3] ℣ Egredietur virga.[4] *In evangelio añ.* Ingressus angelus ad mariam ait: ave maria gratia plena dominus tecum. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui de beate marie virginis utero verbum tuum angelo nunciante carnem suscipere voluisti: presta supplicibus tuis: ut qui vere eam genitricem dei credimus: ejus apud te intercessionibus adjuvemur. per eundem dominum.[5] ¶ *Si*[6] *hoc festum infra xl. evenerit: tunc fiat memoria de xl. ad utrasque vesperas et ad matutinas. Licet*[7] *autem hoc festum post pascha celebrari debeat: vespere dicantur modo suprascripto nisi quod in fine antiphonarum Responsoriorum et versiculorum dicetur* alleluia. *Completorium non mutatur infra*[8] *xl. quin fiet*[9] *omnino de xl. nisi quod dicetur* Gloria tibi domine: qui natus es. *in fine hymni* Christe qui lux es et dies. *Ad matutinas Invita.* Ave maria gratia plena dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Ave maris stella. *In j. nocturno Aña.* Prophete predicaverunt nasci salvatorem de virgine maria. *ps̄.* Domine dominus noster. *Añ.* Egredietur virga de radice jesse et replebitur omnis terra gloria domini: et videbit omnis caro salutare dei. *ps̄.* Celi enarrant. *Añ.* Orietur sicut sol salvator mundi: et descendet in uterum virginis sicut imber super gramen. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Ex syon.[10] *Sermo*[11] *beati ambrosii episcopi.* *Lectio j.*

Adest nobis fratres dilectissimi optatus dies beate ac venerabilis semper virginis marie: Ideo cum summa devotione gaudeat terra nostra: tante

[1] butyrum: E.G.N.S1.

[2] 'istud respondit maria: quia virum non cognosco: angelus ad hec. Spiritus sanctus superveniet in te. Et virtus altissimi obumbrabit tibi. all'a. ℣ Ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Spiritus sanctus. Gloria Et virtus' add: R.N.S2.

[3] Hic hymnus, quem in hoc libro infra in servitio Festi Assumptionis B.V.M. fuse descriptum invenies, in hoc loco describitur apud R.N. et S2. Apud E.G. et S. omittitur.

[4] 'de radice Jesse Et flos de radice ejus ascendet all'a' add: R.N.S2.

[5] '*Completorium non mutatur. Et nota quod in fine hymnorum quorum metro convenit dicitur versus* Quesumus auctor omnium. *et* Gloria tibi domine qui natus es:' add R.

[6] *Verba a* '*Si hoc festum*' *usque ad* 'dies' *om.: R.*

[7] *A* '*Licet*' *usque ad* 'alleluia' *omnia om.: W.E.G. A* '*Si hoc*' *usque ad* 'alleluia' *omnia om.: N.S2.*

[8] *Verba ab* '*infra*' *usque ad* 'et dies' *om.: N.S2. Addunt tamen* '*et nota quod in fine hymnorum quorum metro convenit* [*conveniunt: N.*] *dicetur versus* Quesumus auctor omnium *et* Gloria tibi domine.'

[9] *fiat: G.*

[10] 'species decoris ejus. Deus manifeste veniet deus noster et non silebit all'a' add: S2.

[11] Hic apud R.N. et S2 permutantur Lectiones. Prima apud R.N. et S2. lectio de evangelio cum lectionibus quæ septima octava et nona apud Y. occurrunt consistit: una cum R. primo sc. 'Ingressus.' Secunda apud R.N.S2. de tribus primis apud Y. conflatur lectio, cum Responsorio 'Quomodo fiet.' Tertia vero de lectionibus quarta quinta et sexta cum *Re.* 'Christi Virgo.' Ita ut tres modo, non novem, lectiones offerant hæc tria exemplaria: multo tamen longiores.

Digitized by Google

virginis illustrata annunciatione. Hec est enim flos campi : de qua ortum est preciosum lilium convallium : per cujus partum mutatur natura : prothoplasti deletur culpa. *Re.* Ingressus angelus ad mariam ait. Ave maria gratia plena dominus tecum. ℣ Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Ave. *Lectio ij.*

Precisum est in ea illud eve infelicitatis elogium : in tristitia paries filios. quia ista in leticia dominum parturivit. Virgo quippe genuit : quia virgo concepit. Inviolata peperit : quia in conceptu libido non fuit. Extitit enim sine corruptione gravida : et in partu virgo puerpera. *Re.*[1] Maria ut audivit turbata est in sermone angeli. Et cogitabat qualis esset ista salutatio. ℣ Quomodo fiet istud ait maria : quoniam virum non cognosco. Et. *Lectio iij.*

Ave inquit angelus ad eam gratia plena dominus tecum. Impleta est maria gratia : et eva[2] evacuata est a culpa. Maledictio eve : in benedictionem mutatur marie Ave gratia plena dominus tecum. Tecum in corde : tecum in ventre : tecum in utero tecum in auxilio. *Re.*[3] Benedicta tu in mulieribus. Et benedictus fructus ventris tui. ℣ Ave maria gratia plena dominus tecum. Et benedictus Gloria. Et benedictus. *In ij nocturno an̄.* Missus est gabriel angelus ad mariam virginem desponsatam joseph. *ps̄.* Eructavit. *An̄.* Ave maria gratia plena dominus tecum. benedicta tu in mulieribus. *ps̄.* Deus noster refugium. *An̄.* Angelus domini nunciavit marie. et concepit de spiritu sancto. *ps̄.* Fundamenta. ℣ Egredietur virga. *Lectio iiij.*

Gratulare beata virgo : Christus e celo suo descendit in uterum tuum. Ex sinu patris : in uterum dignatus est descendere matris. Benedicta tu in mulieribus inquit : que vitam et viris et mulieribus peperisti. Mater generis nostri penam intulit mundo : genitrix domini nostri salutem attulit mundo. *Re.*[4] Dixit angelus ad mariam. ne timeas maria Invenisti gratiam apud dominum. ℣ Ecce concipies et paries filium : et vocabis nomen ejus Jesum. Invenisti. *Lectio v.*

Auctrix peccati eva : auctrix meriti maria. Eva occidendo obfuit : maria vivificando profuit. Percussit illa : ista sanavit. Pro inobedientia enim obedientia[5] commutatur. Fides pro perfidia compensatur. Beata igitur maria gestat[6] infantem. amplexatur filium. portat a quo portabatur. Nec fortuitu ut fingunt sabelliani reperit[7] parvulum. sed decursis novem mensibus peperit Christum. *R*[8] Ecce concipies et paries filium.

[1] Verba a *Re.* usque ad 'Et' om. R.N.S2.

[2] 'eva' om. : E.S1.

[3] *Re.* Quomodo fiet istud *ut supra in vesperis*' add : R.N.S2. Et a *Re.* 'Benedicta' usque ad 'virga' omnia om. : R.N.S2.

[4] A '*Re.* Dixit' usque ad 'Invenisti' omnia om. : R.N.S2.

[5] 'obedientia' om. : S2.

[6] gesta : S2.

[7] repperit : S1.S2.

[8] A '*Re.* Ecce' usque ad 'ejus. Et' omnia om. : R.N.S2.

Digitized by Google

Et vocabitur nomen ejus Jesus. ℣ Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur: et dabit illi dominus deus sedem david patris ejus. Et. *Lectio vj.*

Plaudat nunc organis maria: et inter veloces articulos tympana puerpere concrepent. Concinant letantes chori: et alternantibus modis dulcissima carmina misceantur. Audite igitur quemadmodum tympanistria nostra cantaverit. Ait enim. Magnificat anima mea dominum. et cetera. Causam igitur invalescentis erroris miraculum novi partus evicit: et eve planctum: marie cantus exclusit. Extat virgo[1] cum concipit. virgo gravida virgo cum parit. virgo post partum. *Re.* Quomodo[2] fiet istud respondit maria: quia virum non cognosco: angelus ad hec: Spiritus sanctus superveniet in te. Et virtus altissimi obumbrabit tibi. ℣ Ideoque quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Spiritus sanctus. Gloria. Et virtus. *In tertio nocturno añ.* Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen ejus emanuel. *ps̄.* Cantate (*j.*) *Añ.* Multiplicabitur ejus imperium: et pacis non erit finis. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* Dabit illi dominus sedem david patris ejus et regnabit in eternum. *ps̄.* Cantate. (*ij.*) ℣ Egredietur dominus.[3] Veniet.[4] *Secundum lucam.*

In illo tempore Missus est angelus gabriel a deo in civitatem galilee cui nomen nazareth: ad virginem desponsatam viro: cui nomen erat joseph de domo david et nomen virginis maria. Et reliqua. *Omelia ex commentario venerabilis Bede presbyteri. Lec. vij.*

Ad mariam ergo virginem gabriel mittitur: qui dei fortitudo nominatur. Illum quippe nunciare veniebat: qui ad debellandas aerias[5] potestates humilis apparere dignatus est. De quo per psalmistam dicitur. Dominus fortis et potens dominus potens in prelio. *Re.*[6] Dabit illi dominus deus sedem david patris ejus. Et regnabit in domo jacob in eternum. ℣ Et regni ejus non erit finis. Et regnabit. *Lectio octava.*

Multas ob caussas salvator noster non de simplici virgine. sed de desponsata voluit nasci. Primo videlicet ut per generationem joseph cujus maria cognata erat: marie quoque nosceretur origo. Deinde ne velud[7] adultera lapidaretur a judeis: malens aliquos de suo ortu quam de pudore dubitare parentis: simul et virginibus impudicis occasionem tollens ne matrem salvatoris quoque dicerent falsis suspicationibus[8] infamatam. *Re.*[9] Dixit autem maria ad angelum. Ecce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum. ℣ Spiritussanctus superveniet in

[1] virdo: W.

[2] Hic apud R.N. et S2. sequitur *Re.* 'Christi virgo.' quod infra post nonam lectionem invenies. et ℣ Emitte agnum. Abhinc usque ad 'Veniet' omnia om.: R.N.S2.

[3] 'de loco sancto suo' add: G.

[4] 'ut salvet populum suum' add: G.

[5] acreas: E.G.N.

[6] Hoc *Re.* om.: R.N.S2.

[7] velut: R.E.G.N.S1.S2.

[8] suspitionibus: R.

[9] Hoc *Re.* om.: R.N.S.

Digitized by Google

te. et cum respondisset angelus : ait maria. Ecce. *Lectio ix.*

Tertio : ut in egyptum fugiens. et inde rediens haberet solatium viri : qui integerrime virginitatis custos pariter et testis existeret. Quarto : ne partus ejus diabolo pateret : quia si eum de virgine nasci cognosceret : forsitan quasi ceteris [1] hominibus eminentiorem morti tradere timeret. Maria autem hebraice stella maris syriace vero [2] domina vocatur : et merito quia et totius mundi dominum et lucem seculi meruit generare perennem. qui cum patre et spiritusancto vivit et regnat in secula seculorum. *Re.* Christi virgo dilectissima virtutum operatrix opem fer miseris. Subveni domina clamantibus ad te jugiter. ℣ Quoniam peccatorum mole premimur : et non est qui adjuvet. Subveni. Gloria. Subveni. *Reincipiatur*[3] *Re.* Christi virgo. *si infra xl. evenerit.*[4] ℣ Emitte agnum domine.[5] *In laudibus añ.*

Rorate celi desuper et nubes pluant justum aperiatur terra et germinet salvatorem. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Emitte agnum domine dominatorem terre de petra deserti ad montem filie syon. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Egredietur dominus de loco sancto suo veniet ut salvet populum suum. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Ecce veniet desideratus cunctis gentibus [6] et replebitur gloria domus domini. *ps̄.* Benedicite. *añ.* Non auferetur sceptrum de juda et dux de femore ejus donec veniat qui mittendus est : et ipse erit expectatio gentium. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Ecce virgo concipiet. *Hymnus.* Quem terra ponthus.[7] *cum* O gloriosa domina. ℣ Elegit eam.[8] *In evangelio añ.* Quomodo fiet istud angele dei. quia virum in concipiendo non pertuli. Audi maria virgo Christi spiritussanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. *ps̄.* Benedictus. *Oro ut supra. Ad primam añ.* Rorate. *ps̄.* Deus in nomine. *Añ.* Gratias. *ps̄.* Quicunque *etc. Re.* Jesu Christe.[9] ℣ Qui de virgine *cum* Gloria patri. *tam infra passionem quam extra.*[10] ¶ *Ad tertiam añ.* Emitte. *ps̄.* Legem pone. *Capitulum.*

Locutus est dominus ad achaz dicens. pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni sive in excelsum supra : et dixit achaz non petam et non temptabo [11] dominum. *Re.* Veni ad liberandum nos.[12] *Quere*

[1] ceteri : S1.
[2] virgo : S1.
[3] A '*Reincipiatur*' usque ad 'virgo' om. : R.N.S2.
[4] Verba '*si infra xl. evenerit*' om. : E.G.
[5] 'dominatorem terre. *Re.* De petra deserti ad montem filie sion. alleluia' add : R.N.S2.
[6] gentis : E.
[7] Hymnus iste quem in hoc libro supra col. 175 invenies fuse apud R.N. et S2. in hoc loco describitur.
[8] 'deus et preelegit eam. *Re.* [Et : S2] Habitare eam facit in tabernaculo suo' add : R.N.S2.
[9] '*cum* all'a' add : S2.
[10] '*tam inf. pass. quam extra*' *om.* : *W.R.E.G.N.S2.*
[11] tentabo : W.R.E.G.N.S1.S2.
[12] 'Domine deus virtutum. ℣ Et ostende faciem tuam et salvi erimus. Domine deus virtutum. Gloria patri Veni. ℣ Timebunt gentes nomen tuum domine. Et omnes reges terre gloriam tuam' add N.S2.

Digitized by Google

in prima dominica adventus.[1] *Oratio.* Deus qui de beate marie. *Ad sextam añ.* Egredietur dominus. *ps̄.* Defecit. *Capitulum.* Ecce virgo concipiet. *Re.* Ostende nobis domine.[2] *ut supra. Ad nonam añ.* Non auferetur. *ps̄.* Mirabilia. *Capitulum.*

Egredietur virga de radice jesse. et flos de radice ejus ascendet. et requiescet super eum spiritus domini. *Re.* Super te hierusalem.[3] *Orō ut supra. Ad vesperas añe de laudibus cum psalmis de domina. Capitulum.* Egredietur virga. *Re.* Christi virgo. *Hymnus.* Quem terra pontus. *cum* O gloriosa domina. ℣ Egredietur virga. *In evang. añ.* O virgo virginum quomodo fiet istud. quia nec primam similem visa es nec habere sequentem: filie hierusalem quid me admiramini divinum est mysterium hoc quod cernitis. *ps̄.* Mag. *Orō ut supra* Deus qui.[4 5]

¶ *Sancti ambrosii episcopi et confessoris.*[6 7] *Si*[8] *autem pascha evenerit fiat servicium de eo cum ix. lectionibus cum oratione ut in communi.*[8] *Lectio j.*

Igitur[9] posito in administratione prefecture galliarum[10] patre ejus ambrosio: natus est filius ejus ambrosius. Qui cum in cunis positus aperto ore dormiret: subito examen apum adveniens: faciem ejus et ora complevit: ita ut ingrediendi et egrediendi vices in os ejus frequentarent. *Lectio ij.*

Que postea evolantes in tantam aeris altitudinem sublevate sunt: ut[11] humanis oculis minime viderentur. Quo peracto: territus pater ait. Si vixerit infans iste: aliquid magni erit. Postea vero cum adolevisset. et rome literis eruditus esset: in adutorium prefecture pretorii ad consilium tribuendum eligitur: post quod suscepit insignia consulatus. *Lectio iij.*

Cunque mediolanum venisset. et causa sedande seditionis que erat in populo in petendo episcopum perrexit ad ecclesiam: subito fertur vox infantis

---

[1] '*Quere in prima dom. adv.*' om.: R.N.S.2.

[2] 'misericordiam tuam [cum all'a S2]. ℣ Et salutare tuum da nobis. Misericordiam tuam. Gloria. Ostende. ℣ Memento nostri domine in beneplacito populi tui. *Re.* Visita nos in salutari tuo. *Oratio ut supra*' add: R.N.S2.

[3] 'Orietur dominus [domina: N.] [cum all'a: S2]. ℣ Et gloria [gloriam: S2] ejus in te videbitur [videbis: S2]. Orietur. Gloria Super te. ℣ Domine deus virtutum converte nos. Et ostende faciem tuam et salvi erimus' add: R.N.S2.

[4] *Hic inseritur apud S1. et S2. Servitium festi Visitationis B. Marie. Cf. Appendicem infra.*

[5] '*Inter festum annunciationis beate marie et festum sancti ambrosii celebretur festum visitationis beate marie quod festum invenietur in fine istius libri*' *add: W.E.G.*

[6] *pro* '*conf.*' *doctoris: R.N.S2.*

[7] '*festum ix. Lectionum omnia de communi preter lectiones*' *add: W.E.G.S1.* '*ad vesp. añ.* Qui me confessus. *cum antiphonis sequentibus et psalmis ferialibus. Cp̄.* Ecce sacerdos. *Re.* Miles Christi. *cum* alleluia. *Hymnus.* Iste confessor. ℣ Amavi eum. *In evan. añ.* Confessor domini. *ps̄.* Magnificat. *Oratio de communi. Ad matu. omnia de communi preter secundam et tertiam lectiones que erunt de vita ejus. Prima lectio erit de expositione* Vos estis lux mundi. *Omel̄ia ut in communi. Lectio ij. I*gitur etc.' *add: R.N.S2.*

[8] *Haec verba a* '*Si autem*' *usque ad* '*communi*' *om.: W.R.E.G.N.S1.S2.*

[9] *Et in hac lect. ijda. continentur omnia quæ quatuor primæ continent lectiones apud Y. etc. R.N.S2.*

[10] 'a' add: E.S1.

[11] 'in' add: R. 'ab': N.

Digitized by Google

sonuisse : ambrosium episcopum. Ipso autem resistente : et obluctante ac fugam petente, cum adhuc cathecuminus esset : capitur. baptizatur. et octavo die in episcopalem cathedram sublimatur. *Lectio iiij.*

Postea vero erat quidam vir de heresi arrianorum acerrimus nimium disputator : et durus atque inconvertibilis ad fidem catholicam. Is constitutus in ecclesia : predicante ambrosio. vidit : ut ipse postmodum loquebatur : angelum ad aures episcopi stantem : et indicantem ei quid[1] populo predicare deberet. Quo viso conversus fidem quam expugnabat cepit ipse defendere. *Lectio v.*[2]

Ipse autem vir venerabilis episcopus erat multe abstinentie : et multarum vigiliarum et laborum. quotidiano jejunio macerans corpus. Cui prandendi nunquam consuetudo fuit. nisi die sabbati : et dominico. vel cum natalicia celeberrimorum martyrum essent. Orandi[3] etiam assiduitas magna die ac nocte illi erat : nec operam declinabat scribendi propria manu libros : nisi cum aliqua infirmitate corpus attineretur.[4] *Lectio vj.*

Ante paucos vero dies quam lectulo detineretur : cum quadragesimum tertium psalmum dictaret : notorio[5] ejus excipiente et vidente : subito in modum scuti brevis ignis caput ejus cooperuit : atque paulatim per os ipsius tanquam in domum habitator ingressus est. Postea vero facta est facies ejus tanquam nix et iterum reversa est ad speciem suam. Scribendi autem vel dictandi ipso die finem fecit : siquidem ipsum psalmum explere non potuit. *Expositio.* Vos estis lux mundi. *Omelia ut in communi.*[6] *Lectio viij.*

Cunque post dies aliquot beatus ambrosius infirmaretur : et in lectulo detineretur : tempore quo migravit ad dominum : ab hora circiter undecima diei usque ad illam horam qua emisit spiritum : expansis manibus in modum crucis oravit. Labia vero illius tantum monere[7] videbantur : vox tamen ejus non audiebatur. *Lectio nona.*

Honoratus etiam sacerdos ecclesie vercellensis : cum in superiora domus se ad quietem composuisset : tertio vocem vocantis se audivit : dicentisque sibi : Surge festina : quia modo est recessurus. Qui consurgens : mediolanum concitus venit : et dominici corporis sacramentum ei dedit. Moxque ille manus in modum crucis expandit : et ultimum spiritum inter verba orationis efflavit ad eum qui vivit et regnat per omnia secula deus. *Cetera de communi unius confessoris pontificis et doctoris.*

¶ *Si*[8] *istud festum sancti ambrosii post pascha evenerit : fiat*

[1] quod : E.G.S1.S2.

[2] *Lectio iij. R.N.S2, quæ omnia usque ad finem Lectionis nonæ, continuo scripta, continet.*

[3] pro 'Orandi' quam : R.N.

[4] detineretur : G.

[5] notario : R.E.G.N.S1.S2.

[6] Ab '*expositio*' usque ad '*communi*' om. : R.N.S2.

[7] movere : W.R.E.G.N.S1.S2.

[8] *A 'si' usque ad 'communi etc.' omnia om. : R.N.S2. et a 'Si' usque ad 'duplex'* [*col.* 249] *omnia omittuntur apud E.G.W. et S1.*

Digitized by Google

de eo: cum iij. lectionibus. Lectio prima de expositione evangelii. Secunda et tertia de ejus vita. Cetera ad primas vesperas matutinas et horas: sicut in festo translationis sancti wilfridi: cum oratione de communi. salvo quod hymnus Iste confessor *dicetur integre: sicut in nativitate unius confessoris. Ad vesperas omnia de communi. etc.*

¶ *In nativitate*[1] *unius martyris a pascha usque ad penthecosten. ad vesperas añ.* Alleluia. *pertinens ad*[2] *feriam: cum psalmis ferialibus. Capitulum.* Beatus vir qui suffert. *Non dicitur Responsorium ad vesperas in festis sanctorum a pasca*[3] *usque ad penthecosten nisi in duplicibus festis sanctorum: et in inventione sancte crucis. Hymnus.* Deus tuorum militum. ℣ Hic nempe. ℣ Penas cucurrit. ℣ Ob hoc. ℣ Quesumus auctor. Gloria tibi domine qui surrexisti. ℣ Gloria et honore. *In evang. añ.* Filie hierusalem venite et videte martyrem cum corona qua coronavit eum dominus in die solennitatis et leticie alleluia alleluia. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Presta quesumus. *ut in communi vel propria collecta: si habeatur ei intitulata. Memoria de resurrectione añ.* Crucem sanctam. *De domina añ.* Paradisi porta. *De omnibus sanctis añ.* Sancti tui domine florebunt *etc. Ad matutinas Invita.* Exultent in domino sancti. alleluia. *ps̄.* Venite. *Et dicetur istud invitatorium in omnibus festis sanctorum: tam iij. lectionum quam illorum qui pro ix. lectionum habentur tempore isto: nisi in*[4] *festis duplicibus: et que proprium habent invitatorium: et nisi in festo unius virginis: si evenerit: ubi dicetur invitatorium.* All'a all'a all'a. *et cetera alleluiatice: prout clarius patet in rubrica: que habetur in vigilia ascensionis. Hymnus.* Deus tuorum militum. *In nocturno añ.* Alleluia. *ter.*[5] *ps̄.* Beatus vir. *ps̄.* Quare fremuerunt. *ps̄.* Domine quid multiplicati. *Isti psalmi non mutantur: licet festum unius martyris sepius evenerit.* ℣ Gloria et honore. *Re.* Beatus vir qui metuit dominum. all'a. In mandatis ejus cupit nimis all'a all'a. all'a. ℣ Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. In mandatis. *ij. Responsorium.* Letabitur justus in domino: et sperabit in eo all'a alleluia. Et laudabuntur omnes recti corde all'a all'a all'a. ℣ Justus florebit sicut palma: multiplicabitur ut cedrus libani. Et. *iij. Responsorium.* Filie hierusalem venite et videte martyrem cum corona qua coronavit eum dominus. In die solennitatis et leticie alleluia. ℣ Quoniam confortavit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te. In die. Gloria. Alleluia. ℣ Posuisti domine. *In laudibus añ.* Alleluia alleluia. *ps̄.* Dominus regnavit. *Capitulum.* Iste sanctus. *Hymnus.* Martyr dei. ℣ Tui precatus. ℣ Soluta. ℣ Quesumus auctor. ℣ Gloria tibi domine qui surrexisti. ℣ Justus ut palma. *In*

[1] *natali: R.N.S2.* [2] *'ad' om.: N.* [3] *pascha: R.N.S2.* [4] *'in' om.: S1.* [5] *pro 'ter' iij.: N.*

Digitized by Google

evangelio añ. Hic est vir qui non est derelictus a deo in die certaminis sui: et ipse conculcavit caput serpentis antiqui: modo coronatur: quia fideliter vicit in mandatis domini all'a. *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra. Memoria de resurrectione. Añ.* Crucifixus. *De domina.*[1] Paradisi. *De omnibus sanctis añ.* Sancti et justi. *Ad primam añ.* Alleluia *vij. ps̄.* Deus in nomine. *Ad tertiam añ.* Alleluia *ix.*[2] *ps̄.* Legem pone. *Capitulum.* Beatus vir qui suffert. *Re.* Gloria et honore. *cum* all'a. *Ad sextam añ.* All'a *iiij.*[3] *ps̄.* Defecit. *Capitulum.* Beatus vir qui in sapientia. *Re.* Posuisti domine *cum* all'a. *Ad ix. añ.* All'a *iiij. ps̄.* Mirabilia. *Capitulum.* Iste sanctus. *Re.* Magna est *cum* all'a. ℣ Justus ut palma. *Ad vesperas si sit festum quasi ix. lectionum antiphona pertinens ad feriam: et psalmi feriales. Capitulum.* Iste sanctus. *hymnus.* Martyr dei. ℣ Gloria et honore. *In evangelio añ.* Iste sanctus. *quere in communi. ps̄.* Magnificat. *Oratio ut supra. Isto modo dicatur in festo unius martyris in tempore pasche contingenti: nisi sit duplex.*

¶ *In festo plurimorum martyrum a pascha usque ad penthecosten. Ad vesperas añ.* Alleluia *pertinens ad feriam: cum psalmis ferialibus. Capitulum.* Sancti per fidem. *Hymnus.* Sanctorum meritis. *cum omnibus versibus. sine* Quesumus auctor. ℣ Exultent justi. *In evangelio añ.* Filie hierusalem *litera non mutetur: quando dicatur in singulari.* Videte martyrem. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Deus qui nos concedis *in communi: vel oratio propria: si habeatur ei intitulata. Memoria de resurrectione. De domina: et de omnibus sanctis ut supra. Ad matutinas Invitatorium.* Exultent in domino. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Eterna Christi. ℣ Terrore. ℣ Traduntur. ℣ Nudata. ℣ Te nunc. ℣ Quesumus auctor. ℣ Gloria tibi. *In nocturno añ.* All'a *iij. ps̄.* Beatus vir qui. *ps̄.* Quare fremuerunt. *ps̄.* Cum invocarem. *Psalmi non mutantur: licet festum plurimorum martyrum sepius evenerit.* ℣ Exultent justi. *j. Re.* Tristicia vestra all'a. Convertetur in gaudium. all'a all'a. ℣ Mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini: sed tristicia vestra. Convertetur. *ij. Re.* Preciosa in conspectu domini all'a: Mors sanctorum ejus all'a. ℣ In conspectu omnis populi ejus. in atriis tuis hierusalem. Mors. *iij. Re.* Lux perpetua lucebit sanctis tuis domine. Et eternitas temporum all'a alleluia. ℣ Vox leticie et exultationis in tabernaculis justorum. Et eternitas. Gloria patri. All'a all'a. ℣ Mirabilis deus. *In laudibus añ.* Alleluia all'a. Dominus regnavit. *Capitulum.* Reddet deus. *Hymnus.* Rex gloriose. ℣ Aurem benignam. ℣ Tu vincis. Quesumus auctor. ℣ Gloria tibi. ℣ Justi autem imperpetuum.[4] *In evangelio añ.* Absterget deus omnem lachrimam

[1] *añ.* add: R.N.S2.
[2] '*ix.*' om.: N.
[3] pro 'iiij.' iij.: N
[4] in perpetuum: R.N.S2.

Digitized by Google

ab oculis sanctorum et jam non erit amplius neque luctus neque clamor sed nec ullus dolor quoniam priora transierunt. alleluia alleluia. *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra. que etiam ad horas dicetur.* ¶ *Ad primam an̄.* Alleluia *vij. ps̄.* Deus in nomine. *Ad tertiam an̄.* Alleluia *ix. ps̄.* Legem pone. *Capitulum.* Sancti per fidem. *Re.* Exultent justi. *cum* alleluia. *Ad sextam an̄.* Alleluia *iiij. ps̄.* Defecit. *Capitulum.* Reddet deus. *Re.* Letamini *cum* alleluia. *Ad nonam an̄.* Alleluia *iiij. ps̄.* Mirabilia. *Capitulum.* Sancti et justi. *Re.* Justorum anime *cum* alleluia. ℣ Justi autem. *Si sit festum quasi ix. lectionum. Ad vesperas antiphona pertinens ad feriam psalmi feriales. Capitulum.* Sancti et justi. *Hymnus.* Rex gloriose martyrum. ℣ Exultent justi. *In evangelio an̄.* Istorum est. *ut in communi. ps̄.* Magnificat. *Oratio ut supra. Isto modo dicatur in festo plurimorum martyrum contingente*[1] *in tempore paschali nisi sit duplex.*

¶ *Sanctorum tyburtii*[2] *valeriani et maximi.* *Oratio.*

Presta[3] omnipotens deus ut qui sanctorum martyrum tuorum tyburtii valeriani et maximi solennia colimus eorum etiam virtutes imitemur per dominum. *Memorie*[4] *ut in paschali tempore si contingant.*[5] *Lectio j.*

In diebus illis: Tyburtius et valerianus per beatam ceciliam ad Christum conversi: ad hoc divinum officium implendum studiose vacabant quotidie: ut preciosas martyrum facerent sepulturas elemosinis et pietatibus insistentes. Interea ut solitum est: bonos odiunt mali: et indicant universa almachio prefecto urbis rome: que per eos dominus circa egentes ageret: vel quam[6] studiose quos ille jusserat occidi sepeliret.[7] *Lect. ij.*

Tenti ergo ab apparitoribus almachio presentantur. Quos almachius protinus hiis verbis aggressus est. Offerte diis libamina: et abscedite illesi. Responderunt ambo et dixerunt. Nos non diis sed deo quotidie sacrificium exhibemus. Tunc almachius perfectus jussit carnificibus ut ab eis ducerentur ad pagum ubi erat idolum jovis: et jussit ut si noluissent sacrificare: ambo fratres[8] sententiam capitalem exciperent. *Lectio iij.*

Gloriosi vero martyres tenti a maximo corniculario prefecti[9] ducebantur ad pagum. In quo per templi januam transitus erat ut omnes qui ingrederentur si jovi thura non imponerent punirentur. Venientibus ergo sanctis offeruntur thura et recusant: recusantes ponunt genua: feriuntur gladio. Ad quorum predicationem ipse maximus regis cornicularius cum omni domo sua: et

[1] *contingenti: R.N.S2.*
[2] *Tiburcii: E.*
[3] 'quesumus' add: W.R.E.G.S1.S2.
[4] A '*memorie*' *usque ad* '*contingant*' *om.* · *W.E.G.S1.*
[5] '*si cont.*' *om.*: *R.N.S2.*
[6] pro 'quam' quod: R.N.S2.
[7] sepelirent: W.R.E.G.N.S1.S2.
[8] 'ambo fratres' om.: W E.G.S1.S2.
[9] prefecto: E.G.S1.

Digitized by Google

ipsi carnifices crediderunt et veniente nocte sancta cecilia cum sacerdotibus universi[1] baptizati sunt eosque in fide catholica construxit.[2] Igitur dum comperisset almachius quod maximus cornicularius cum sociis omnibus factus fuisset christianus: jussit eum tamdiu plumbatis tundi quamdiu spiritum exalaret. Quem sancta cecilia sepelivit juxta sepulchrum tyburtii et valeriani ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi plurimorum martyrum*[3] *paschali tempore.*[4]

℄ *Festum*[5][6] *beati Georgii vel sancti wilfridi si ante pascha contigerit fiat viij. die precedente cum ix. lectionibus: et sint sex prime lectiones sancti georgii de communi unius martyris. octava et nona de vita ipsius et sex prime lectiones sancti wilfridi ut in alio festo. octava et nona ut in festo translationis ipsius.*

℄ *In festo sancti Georgii fiat servicium ut in festo duplici et dicatur antiphona* Beatus vir. *unius martyris cum antiphonis sequentibus et psalmis ferialibus. Capitulum.* Beatus vir. *Re.* Filie. *Hymnus.* Deus. ℣ Gloria patri. *In evangelio añ.* Filie. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui nos beati georgii martyris tui meritis et intercessione letificas: concede propitius ut qui ejus beneficia poscimus dono tue gratie consequamur. per. *Memoria*[7] *de resurrectione etc. ut supra.* ℄ *Ad matutinas Invita.* Justus florebit[8] *cum*[9] alleluia. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Deus. *In nocturno añ.* In lege. *ps̄.* Beatus vir. *Añ.* Predicans. *ps̄.* Quare fremuerunt. *Añ.* Vocem meam. *ps̄.* Domine quid. ℣ Gloria. *Expositio secundum lucam* Si quis vult. *Responsoria ut unius martyris in paschali tempore.* *Lectio ij.*[10]

In diebus illis. Sanctus georgius capadocie regionis genere ortus: aspiciens jussu daciani imperatoris omnes Christum derelinquere: et ad idolorum culturam festinare: lorica fidei indutus vexilloque sancte crucis circumdatus dixit. Ego christianus sum: malens seculari dignitate exui: et adherere imperio immortalitatis[11] dei. Hiis dictis repletus ira datianus[12] jussit

[1] universis: E.G.S1.S2.

[2] instruxit: W.R.E.G.N.S1.S2.

[3] 'mart.' om.: N.

[4] '*paschali tempore*' *om.: W.E.G.S1.*

[5] '*Si festum sancti georgii ante pascha evenerit fiat octavo die precedenti tanquam festum duplex de minoribus cum novem lectionibus. Sex prime lectiones erunt de communi unius martyris septima lectio de expositione evangelii secundum lucam* Si quis vult post me venire. *Octava lectio et nona de vita ejus.* ℄ *Ad primas vesperas añ.* Beatus vir qui suffert *et cetere antiphone sequentes de communi unius martyris cum psalmis ferialibus. Capitulum.* Beatus vir. *Re.* Miles Christi. *Hymnus* Deus tuorum militum. ℣ Gloria et honore. *Añ.* Hic est vere martyr. *ps̄.* Magnificat.' Haec add: W.E.G.S1. vice omnium quæ a '*Festum beati Georgii*' usque ad '*ps̄.* Magnificat' apud Y. inveniuntur.

[6] *Hanc rubricam om.: N.R.S2.*

[7] Verba a '*Memoria*' usque ad '*supra*' om.: W.E.G.S1.

[8] 'in domo domini. *etc. de communi unius martyris: ut patet supra usque* [*ad: W.S*1.] *octavam lectionem*' *add: W.E.G.S*1.

[9] A verbo '*cum*' usque ad verba '*paschali tempore*' omnia om.: W.E.G.S1.

[10] *pro* '*ij.*' *viij.: W.E.G.*

[11] immortalis: W.R.E.G.N.S1.S2.

[12] dacianus: W.R.E.G.N.S1.S2.

Digitized by Google

georgium in eculeo[1] levari: et membratim corpus ejus ungulis lacerari: precepitque lateribus ejus lampades applicari: ita ut interiora viscerum apparerent.

Cum ergo has penas [*Lect. iij.*[2] martyr Christi sustineret: jussit eum tyrannus deponi: et extra civitatem ejici: et ad verbera extendi: et diversis plagis cruciari. Salem vero in vulnera ejus spargi: et ea ex cilicio fricari. Et cum in[3] hiis omnibus penis martyr illesus maneret: iratus dacianus jussit eum in sartaginem ebuliente[4] plumbo impletum[5] immitti. Georgius autem facto coram se signo crucis in sartagine[6] quasi dormiens: donec plumbum refrigeraretur: repausavit. Tunc datianus precepit decollari sanctum martyrem: sicque coronatus est in celo: cujus intercessione adjungamur angelorum collegio. *ps̄.*[7] Te deum laudamus. ℣ Posuisti.[8] *In laudibus an̄.* Qui me confessus. *ps̄.*[9] Dominus regnavit. *et cetere antiphone de laudibus super psalmos. Cap.* Iste sanctus. *Hymnus* Martyr dei. *cum* Quesumus auctor. ℣ Justus ut palma. *In evangelio an̄.* Hic est vir. *ut in paschali tempore.*[10] *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra. Memoria de resurrectione etc. Ad primam an̄.* Qui me confessus. *ps̄.* Deus in nomine. *An̄.* Gratias. *ps̄.* Quicunque. *Ad tertiam et alias horas cetere antiphone de laudibus et cetera ut in communi cum oratione propria.* ¶ *Si vero festum sancti georgii in dominica octavarum pasche evenerit: differatur in quartam feriam sequentem: et dicitur ad primas vesperas de sancto georgio. antiphona de laudibus festi precedentis: et incipiatur de sancto georgio ad capitulum. Et tunc dicitur ad suas primas vesperas Responsorium* Miles Christi *cum* All'a. *Et ad secundas vesperas dicitur Responsorium.* Filie hierusalem *et cetera ut supra. Memoria de resurrectione.*

¶ *In*[11] *translatione sancti Vilfridi*[12] *archiepiscopi ad vesperas an̄.* Qui me confessus. *cum antiphonis sequentibus et psalmis ferialibus. Cap.* Ecce sacerdos. *Re.* Miles Christi *cum* all'a.[13] *Hymnus.* Iste confessor domini[14] sacratus sobrius castus. *etc. sine* Quesumus auctor. ℣ Amavit eum: *In evangelio an̄.* Confessor domini. *ps̄.* Magnificat.

Deus qui beatum wil- [*Oratio.* fridum confessorem tuum

[1] equuleo: N.S1.S2.
[2] *pro 'iij.' ix.: W.E.G.*
[3] 'in' om. W.E.G.S1.
[4] ebulientem: W.R.E.G.N.S1.
[5] impletam: R.E.G.N.S2.
[6] sartaginem: W.R.E.G.S1.
[7] *pro 'ps̄.' non dicitur: W.E.G.S1.*
[8] '℣ Posuisti' om.: W.E.G.S1.
[9] *'Etcetera de communi unius martyris: cum oratione propria. Ad secundas vesperas antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus incipiatur ad capitulum de sancto wilfrido. Capitulum.* Ecce Sacerdos magnus. *Re.* Miles Christi. *hymnus.* Iste confessor *etcetera de communi unius confessoris cum oratione.' Haec apud W.E.G.S1. inveniuntur vice omnium quae a verbis 'ps̄.* Dominus' *usque ad 'Oratio' leguntur.*
[10] *tempore paschali: S2.*
[11] *Vice Verborum ab 'In translatione' usque ad 'Capitulum' incipiatur ad cap. de sancto wilfrido' add: G.S1.*
[12] *Wilfridi: R.N.S1.S2.*
[13] 'cum alleluia' om.: E.G.S1.
[14] Verba a 'domini' usque ad 'Magnificat' om. G.S1. et in eorum vice addit '*etc. de communi unius confessoris cum oratione.*'

Digitized by Google

atque pontificem transtulisti: da nobis per ejus merita gloriosa ad gaudia transire perhennia. per dominum *memoria de sancto georgio. Antiphona* Iste sanctus. ℣ Gloria et honore. *cum oratione propria.*

¶ *De*[1] *memoriis pasche in festis sanctorum.*

¶ *Et notandum: quod in nullo festo sanctorum ix. lectionum vel iij. isto tempore contingente die dominica sive feriali quando agitur de sancto: agenda est memoria cum antiphonis et oratione de dominica vel ad diem pertinentem.*[2] *Sed tamen infestis omnibus etiam duplicibus fiant memorie de resurrectione: de domina: et de omnibus sanctis. scilicet ad vesperas añe* Crucem sanctam. *etc. Ad matutinas añ.* Crucifixus.[3] *etc. sicut notatur circa secundam feriam post octavas pasche. Ad matutinas Invitatorium* Unum deum *cum* all'a. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Iste confessor. domini sacratus sobrius castus. *In nocturno añ.* Beatus vir. *ps̄.* Ipsum. *Añ.* Beatus iste. *ps̄.* Quare fremuerunt. *Añ.* Tu es. *ps̄.* Domine quid. ℣ Amavit. *Lectio j.*[4] *de expositione evangelii secundum mattheum*

[1] Verba a '*De memoriis*' usque ad '*Lectio ij.*' om.: W.E.G.S1. et in eorum vice addunt *Ad matutinas Invitatorium.* Unum deum in trinitate. *hymnus.* Iste confessor *sicut in translatione confessorum etcetera omnia sicut in communi preter legendam* [*legendem: W.*] *et orationem. Lec. j.*

Anno igitur ab incarnatione verbi dei sexcentesimo tricesimo quarto regnante in northumbria sanctissimo rege oswaldo puer dei wilfridus natus est. Sanctus wilfridus ubi quartum decimum etatis attigit annum, venit in insulam lindisfernensem ibique monachorum famulatui se concordans diligenter ea que monastice pietatis et castitatis erant et discere curabat et agere. *Lectio ij.*

Ubi cum aliquot annos deo serviret: proposuit romam ire et monasteriales ritus ibi videre. Veniens vero a bonifacio archidiacono quatuor evangeliorum libros didicit: et alia multa ecclesie discipline [disciplinis: S1.] utilia. *Lectio iij.*

Cum autem aliquamdiu in roma studiis indulgeret rediit in galliam ad dalphinum lugdunensem archiepiscopum, et tres annos apud eum commoratus est ac tonsus est ab eo et [' et ' om. : S1.] tantus habitus amore, ut heredem sibi illum facere cogitaret. *Lectio iiij.*

Predictus vero dalphinus jussu brinhildis regine ad decollandum ductus est quem secutus est wilfridus desiderans cum eo occumbere. Sed cum cognoverunt eum carnifices de natione anglorum noluerunt eum trucidare cum suo pontifice. *Lectio v.*

Sanctus wilfridus britaniam [britanniam: F.] veniens conjunctus est amiciciis alfridi regis, qui dedit ei terram triginta familiarum in loco qui vocatur ripon. Itaque desiderante rege alfrido wilfridus sacerdos ordinatus est ab gilberto gewisorum episcopo a quo postea episcopus est consecratus. Quo adhuc in transmarinis partibus demorante, consecratus est cedda vir sanctus in episcopatu eboracensi [eborum: S1.] jubente rege oswino: et tribus annis rexit deinde lostyngium [lostingium: S1.] secessit: accipiente wilfrido episcopatum totius northumbrie provincie. Tu autem. *Lectio sexta.*

Regnante rege egfrido pulsus est wilfridus ab episcopatu: et tres pro illo consecrati sunt antistites: sed anno secundo alfridi regis, qui post egfridum regnavit suo episcopatu invectus est. Scriptumque est regibus anglorum ut eum in episcopatum suum facerent recipi, eo quod injuste fuerat condemnatus. Cum wilfridus britaniam remeans in galliam devenisset tactus infirmitate quatuor diebus quasi mortuus: cui archangelus michael: apparuit dicens. Donavit tibi dominus vitam per orationes fratrum tuorum: et ['et' om.: S1.] per intercessionem genitricis sue: sed paratus esto, quia post quadriennium visitabo te, et in pace tranquillam vitam terminabis. Sanctus vero wilfridus post quadraginta quinque annos episcopatus sui diem clausit extremum: et in ['in' om.: S1.] monasterio suo quod dicitur ripon: honorifice est sepultus.

[2] *pertinente: R.N.S2.*

[3] '*ad mat. añ.* Cruc.' *om.: R.N.S2.*

[4] *septima lectio: E.G.S1.*

Digitized by Google

Homo quidam peregre. *Omelia ut in communi. Re.* Euge serve *cum* all'a all'a all'a. *Lec. ij.*[1]

Mors sane ista per quam beatus vilfridus[2] introductus est in gaudium: non est mors: sed dormitio. Abiit ergo: non obiit: nec extincta est lucerna ejus. Cum igitur inter choros angelorum multiplici meritorum excellentia floreret in celis locum in quo corpus ejus requievit pluribus miraculorum insigniis[3] deus perornavit in terris. Erexit itaque deus in archipresulem eboracensem venerabilem virum oswaldum morum sanctitate perornatum. Qui celitus divina inspiratus gratia: summa cum reverentia de infimo tumulo: quo sepeliebatur corpus ejus transferre disposuit. *Re.*[4] Ecce sacerdos. *cum* alleluia.

Congregatis itaque [*Lect. iij.*[5] ad diem assignatum archiepiscopo predicto oswaldo cum ceteris prelatis: hii[6] specialiter qui dignitate et meritis precellebant: sumentes sancti corporis reliquias in capsa lignea cupro deaurato[7] cooperta honorifice collocaverunt: quam in aquilonari parte ecclesie juxta altare beati petri posuerunt: dietusque archiepiscopus oswaldus diem transactionis[8] in tota provincia eboracensi festivari precepit. Elapso aliquo tempore walterus gray dicte ecclesie eboracensis archiepiscopus iterum corpus ejus in feretrum auro et argento ornatum: eodem[9] quo prius translatum fuit octavo scilicet Kalendas maias laudabiliter transtulit ad laudem domini[10] Jesu Christi. *Re.*[11] Sancte. N. confessor domini. *cum* all'a. *ps̄.* Te deum. ℣ Ora pro nobis. *In laudibus antiphona* Ecce sacerdos. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Non est inventus. *et cetera. Capitulum* Benedictionem. *Hymnus* Jesu redemptor. *cum*[12] Quesumus auctor. ℣ Justus germinabit. *In evangelio añ.* Euge serve. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.*[13] Deus qui beatum vilfridum.[14] *Ad primam añ.* Ecce sacerdos. *ps̄.* Deus in nomine. *Añ.* Gratias. *ps̄.* Quicunque vult. *Nunquam dicitur* alleluia *ad antiphonam.* Gratias. *Ad tertiam et ad alias horas omnia de communi cum oratione propria ut supra.*[15]

¶ *Sancti Marci evangeliste.*

1 *lectio octava: E.G.S1.*
2 wilfridus : R.N.S1.S2.
3 insignis : S1.S2.
4 A '*Re.*' usque ad 'alleluia' om. : E.G.S1.
5 *Lectio nona: E.G.S1.*
6 his : E.G.S1.S2.
7 pro 'deaur.' aureo : N.
8 'translationis : E.G.N.S1.S2.
9 'die' add : N.
10 'nostri' add : R.N.S2.
11 '*ps̄.* Te deum. *non dicitur. Ad laudes añ.* Ecce sacerdos magnus *et cetere antiphone sequentes ut in communi.*' Haec verba apud E.G. et S1. invenies vice omnium quae apud Y. a 'R. Sancte N.' usque ad '*cetera*' locum habent.
12 '*cum* quæs. auct.' om. : E.G.S1.
13 '*propria ut supra. Ad primam et alias horas de communi unius confessoris cum oratione propria Ad secundas vesperas antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Benedictionem. *Re.* Sancte N. confessor *hymnus* Jesu redemptor. ℣ Amavit. *añ.* Similabo eum. *Oratio propria ut supra.*' *Vice omnium a* 'Deus' *usque ad* '*supra*' *add: E.S1. et ex parte G.*
14 wilfridum : R.N.S2.
15 '*Finis prime partis hujus breviarii scilicet temporis hyemalis de sanctis*' *add: S1.*

Digitized by Google

Ad vesperas añ. Ecce sacerdos. *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Unicuique. *Re.* Quattuor facies all'a all'a. *Hym.* Annue Christe. *sine* Quesumus auctor. ℣ In omnem. *In evange. añ.* Ecce ego johannes: *quere in communi. ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui nobis per ministerium [1] beati marci evangeliste et martyris tui veritatem evangelii patefieri voluisti: concede quesumus: ut quod ab [2] illius ore didicimus gratia tua adjuti [3] operari valeamus. Per dominum. *Memoria de sancto wilfrido. Añ.* Similabo eum. ℣ Amavit. *Oratio propria. Ad matuti. Invita.* Regem evangelistarum *cum* alleluia. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Eterna Christi. *cum* Quesumus auctor. *In nocturno añ.* Convocatis. *ps̄.* Celi enarrant. *Añ.* Mittens. *ps̄.* Benedicam. *Añ.* Jesu Christi. *ps̄.* Eructavit. ℣ In omnem. *Lectio prima de expositione evangelii secundum lucam.* Convocatis duodecim apostolis. *Omelia ut in feria quinta in septimana penthecostes. Re.* In visione. alleluia alleluia. *Lectio ij.*

Beatus ergo evangelista marcus: ab egypti partibus deo monente alexandriam proficiscens: cum ingressus esset civitatem: et tradidisset calciamentum suum cuidam sutori aniano nomine ad emendandum: et ipse reparando manum suam graviter vulnerasset: facto luto de sputo beatus marcus ungens manum viri in nomine Jesu Christi sanavit eum. Quod videns vir ille: credidit in deum: et ad predicationem ejus baptisatus est: totaque domus ejus et magna populi multitudo loci illius. *Re.* Quattuor facies all'a all'a. *Lectio iij.*

Beatus vero marcus anianum ibidem ordinavit episcopum: et alios ministros ecclesie: et penthapolim pergit. Completis autem duobus annis: iterum alexandriam venit. Cum autem impleretur tempus vocationis ejus: et christiani multiplicarentur in fide: gentiles repleti livore propter miracula que faciebat: querebant eum: et in ipsa dominica die pasche inveniunt eum missam celebrantem. Mittentesque funem circa collum ejus trahebant eum: ita ut saxa inficiebantur sanguine ejus. Cunque jam vespera esset: miserunt eum in carcerem: ubi circa mediam noctem: cum ab angelo confortaretur apparuit ei Jesus dicens: Pax tibi marce noster evangelista. Et ille: Dominus meus Jesus Christus. Et abiit. Mane autem facto iterum miserunt funem in collum ejus: et trahebant eum dicentes: Trahite bubalum ad loca bubali.[4] Ille vero cum traheretur: gratias egit deo dicens: In manus tuas commendo spiritum meum. Et hec dicens: ille emisit spiritum ad eum [5] qui vivit et regnat in secula seculorum. *Re.* Quattuor animalia all'a. *ps̄.* Te deum. ℣ Annunciaverunt opera dei. *In laudibus añ.* Dilecti deo. *ps̄.* Dominus regnavit.

[1] misterium: R.N.S. [2] 'ab' om.: R.N.S. [3] pro 'adjuti' adjuvante: N. [4] buculi: R.N.S. [5] deum: R.N.S.

Digitized by Google

Añ. Dederunt. *ps̄.* Jubilate. *etc.* *Cap.* Unicuique. *Hym.* Exultet celum. *et in fine loco* Deo patri. *dicitur* Quesumus auctor. ℣ Dedisti hereditatem. *In evange. añ.* In medio. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Deus qui nobis. *Ad primam añ.* Dilecti. *ps̄.* Deus in nomine. *Cetera ad horas de communi: cum oratione propria. Ad vesperas antiphone de laudibus cum psalmis de apostolis* *Cap.* Sapientiam antiquorum. *Re.* Quattuor animalia all'a. *et cetera de communi cum oratione propria.*

¶ *Si festum sancti marci evangeliste infra pascha id est infra septimanam pasce*[1] *evenerit: nihil fiet de festo: sive de jejunio. Si vero in aliqua dominicarum ab octava pasche usque ad penthecosten contigerit: totum fiat de festo nihil*[2] *de jejunio: nec de processione ad jejunium pertinente: nec transferatur processio vel jejunium in aliquam feriam sequentem. Si autem in dominica prima post pascha evenerit: differatur in crastinum: ut supra notatur post completorium diei pasche. Si vero in aliqua feria ab octava pasche usque ad penthecosten evenerit: tam processio quam jejunium suo loco celebretur.*

¶ *In festo sancti vitalis martyris.*

Presta quesumus omnipotens deus: ut intercedente beato vitale martyre tuo: et a cunctis adversitatibus liberemur in corpore: et a pravis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum. [*Oratio.*

Lectio j.

Sanctus igitur vitalis: pater sanctorum martyrum gervasii et prothasii cum ravennam ingressus esset cum paulino judice suo: et vidisset quendam christianum nomine ursicinum: arte medicum: ductum ad martyrium expavescere: clamavit ipse vitalis dicens: Noli ursicine medice: qui alios curare consuevisti: te ipsum vulnerare: et coronam perdere tibi a deo paratam. Quo audito ursicinus genua posuit: agens penitentiam quod expavesceret: et Christi martyr effectus est.

Lectio ij.

Post hec vero paulinus judex fecit teneri vitalem: quia ursicinum volentem sacrificare redire fecit ad coronam martyrii: et jussit eum in eculeo levari: ut per tormenta potuisset ejus mentem ad sacrificandum idolis evertere. Cui vitalis ait: Infinita stulticia tibi dominat: ut putes memetipsum decipere: qui alios a periculo damnationis studui liberare.

Lectio iij.

Tunc paulinus dixit ad officium[3] suum: ducite vitalem ad palmam: et si sacrificare contempserit: facite foveam in terra quoadusque perveniatis ad aquam: et ibi eum supinum deponite: et terra atque lapidibus obruentes eum dimittite. Quod cum factum adimplessent: deus sibi vitalem ita martyrem consecravit. Sepultusque est juxta civitatem ravennam prestans beneficia usque in presentem diem per eum qui vivit et regnat in secula seculorum. amen. *Cetera de communi unius martyris paschalis temporis.*

¶ *Si festum apostolorum philippi et jacobi vel sancti johannis*

[1] *pasche: R.N.S.* [2] *nil: R.N.S.* [3] officiarium: N.

Digitized by Google

ante portam latinam vel sancte crucis: vel aliquod simile in vigilia ascensionis evenerit: ibi celebretur. Sed ad vesperas nulla fiet memoria de sancto: nisi festum sit duplex. ¶ *Si vero in die evenerit: differatur in crastinum: et tunc ad vesperas in die ascensionis: que erunt de ascensione. fiat de eis memoria.*

¶ *Si festum sancti augustini: vel aliquod simile ante penthecosten evenerit: tres lectiones fiant cum regimine chori.* ¶ *Si vero infra penthecosten evenerit: omnino pretermittatur.* ¶ *Si vero post penthecosten novem lectiones fiant.* ¶ *Si in festo sancte trinitatis evenerit: differatur in crastinum. Quod minus hic dicitur de hujus modi festis sanctorum: querantur*[1] *superius in rubrica in vigilia ascensionis satis plane.*

¶ *In festo apostolorum philippi et jacobi.*

Ad vesperas añ. Vos qui reliquistis. *et*[2] *ceteris antiphonis*[3] *ut in communi apostolorum cum psalmis ferialibus. Cap.* Non vos me elegistis. ℣ Ibant gaudentes. *Hymnus.*

Proni rogamus philippe os lampadis pias celestis aures pulsa judicis: ut que meremur repellat supplicia: et que precamur: det superna gaudia. *versus.*[4]

Jacobe juste Jesu frater domini sit tibi pia super nos compassio: quos reos fecit superba jactantia atque fedavit mundi petulantia. *Hymnus.* Annue Christe. ℣ In omnem terram. *In evange. añ.* Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint: quodcunque petieritis fiet vobis. alleluia all'a all'a. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui nos annua apostolorum tuorum philippi et jacobi solemnitate letificas: presta quesumus ut quorum gaudemus meritis instruamur exemplis. per domi. *Memoria ut supra. Ad matutinas Invitato:* Regem apostolorum. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Eterna Christi munera apostolorum gloria. *cum versu*[5] Quesumus auctor omnium. ℣ Tu esto. *etc. In nocturno añ.* In omnem terram. *ps̄.* Celi enarrant. *Añ.* Clamaverunt. *ps̄.* Benedicam. *Añ.* Constitues. *ps̄.* Eructavit. ℣ In omnem terram. *Secundum johannem.*

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Non turbetur cor vestrum: neque formidet. Creditis in deum: et in me credite. Et reliqua.

Omelia beati augustini episcopi. Lectio j.

Ne mortem tanquam homines timerent: et ideo turbarentur: consolatur dominus discipulos suos: deum se esse contestans. Consequens est enim: ut si in deum creditis: et in me credere debeatis. In domo patris mei mansiones multe sunt: quia merita sanctorum diversa sunt. Nullus eorum alienabitur ab illa domo: ubi mansionem pro suo quisquis accepturus est premio. Ideo non turbetur cor vestrum. Nam unus denarius omnibus in vinea laborantibus per fidem eterna datur vita. *Re.* Virtute magna

[1] *queratur: R.N.* [2] *pro 'et' cum: R.N.* [3] *cetere antiphone: S.* [4] *pro 'versus' Hymnus: R.N.S.* [5] *'versu' om.: S.*

Digitized by Google

reddebant apostoli. Testimonium resurrectionis Jesu Christi domini nostri all'a all'a. ℣ Repleti quidem spiritusancto loquebantur cum fiducia. Testimonium. *Lectio ij.*

Post ascensionem domini nostri Jesu Christi beatus philippus per annos viginti predicavit gentibus per sithiam evangelium Christi: ubi expulso dracone: qui erat sub statua martis: et suscitatis mortuis: qui de flatu ejusdem draconis fuerant mortui: confractaque statua loco ejus fecit erigi crucem Christi. Et cum multa milia hominum per predicationem apostoli ad fidem conversa baptizarentur: admonitis vicinis presbyteris. ut memores domini essent: et viriliter starent: ipse cum esset annorum octoginta et septem perrexit ad dominum. *Re.* Ibant gaudentes a[1] conspectu consilii. Quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati alleluia all'a all'a. ℣ Erant gaudentes et alacres apostoli domini gratias agentes deo et patri. Quoniam digni habiti. *Lectio iij.*

In illo tempore. Suscepit ecclesiam hierosolimorum frater domini jacobus: qui cognominatus est justus: et ex utero matris sue sanctus fuit. Hic solus ingrediebatur in sancta sanctorum: nunquam ab oratione cessavit. Quem cum scribe et pharisei super pinnam templi statuentes interrogarent: cui obtemperare deberent quia omnis populus errat post Jesum crucifixum: At ille dicebat hunc esse salvatorem: precipitaverunt eum ex alto: et lapidabant. Ille vero orabat dicens. Domine dimitte illis: quia nesciunt quid faciunt. Tunc quidam ex phariseis particam[2] fullonis arripiens: ipsum in caput percussit: et cerebrum ejus ejecit. Populi autem cum omni diligentia et honore sepelierunt corpus apostoli juxta templum: credentes Christum filium dei vivi regnantem in secula seculorum. amen. *Re.* Candidi facti sunt nazarei ejus alleluia: splendorem deo dederunt all'a. Et sicut lac coagulati sunt alleluia alleluia. ℣ In omnem terram exivit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Et sicut. Gloria. Alleluia. all'a. *ps̄.* Te deum. ℣ Annunciaverunt. *In laudibus an̄.*

Domine ostende nobis patrem: et sufficit nobis all'a. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Philippe qui me videt: videt et patrem meum all'a: *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Ego sum via veritas et vita all'a all'a.[3] *ps̄.* Deus deus. *An̄.* Sicut misit me pater et ego mitto vos: manete in dilectione mea. all'a all'a. *ps̄.* Benedicite.[4] *An̄.* Manete in dilectione mea sicut dilexi vos all'a. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Per manus. *Hym.* Exultet. ℣ Dedisti. *In evang. an̄.* Non turbetur cor vestrum: neque formidet: creditis in deum et in me credite: in domo patris mei mansiones multe sunt all'a all'a. *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra. Memorie prout tempus exigerit.*[5] *Ad primam an̄.*

[1] pro 'a' in: N. [2] perticam: S. [3] 'all'a' secundo om.: S.
[4] Benedictus: R. [5] *exegerit: R.N.*

Digitized by Google

Domine ostende. *ps̄.* Deus in nomine. *An̄.* Gratias. *ps̄.* Quicunque vult. *Ad tertiam et ad alias horas antiphone de laudibus. Cap. Responsoria de communi cum oratione propria. Ad vesperas an̄.* Domine ostende *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis de apostolis nisi infra octavam ascensionis evenerit tunc enim sunt dicende antiphone et psalmi de ascensione prout notatur in vigilia ascensionis. Cap.* Per manus. *Re.* Candidi facti *Hym.* Exultet celum. ℣ In omnem terram. *In evang. an̄.* Si cognovissetis me et patrem meum utique cognovissetis: et amodo cognoscetis eum: et vidistis eum. all'a all'a all'a. *ps̄.* Magnificat. *Or̄o.* Deus qui nos. *Memoria ut supra. Si hoc festum in die ascensionis evenerit: differatur in crastinum: et tunc ad secundas vesperas in die ascensionis fiat memoria de apostolis: et in crastino ad vesperas de apostolis fiant memorie. de inventione sancte crucis et de ascensione et de martyribus.*

¶ *In inventione sancte crucis ad vesperas* Alleluia *pertinens ad feriam cum psalmis ferialibus: nisi infra octavam ascensionis evenerit.* *Capitulum.*

Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo. *Re.* Hoc signum crucis. *Licet enim hoc festum non sit duplex tamen dicitur Responsorium in primis vesperis ut* [1] *secundum usum ecclesie eboracensis. quod non contingit alio tempore* [2] *isto. Hymnus.* Arbor decora.[3] ℣. Beata cujus.[4] ℣ O crux ave spes unica hoc inventionis tempore.[5] ℣ Quesumus auctor.[6] *vel* Tu esto. *queratur* [7] *iste hymnus in dominica in passione domini. Ad primas vesperas.* ℣ Hoc signum crucis erit in celo.[8] Cum dominus ad judicandum venerit all'a. *In evang. an̄.* O crux benedicta quia in te pependit salvator mundi: et in te triumphavit rex angelorum alleluia. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui in preclara salutifere crucis inventione passionis tue miracula suscitasti: concede ut vitalis ligni precio eterne vite suffragia consequamur. Qui vivis et regnas. *Memoria de martyribus. An̄.* Filie hierusalem. ℣ Exultent. *Oratio.*

Presta quesumus omnipotens deus ut qui sanctorum martyrum tuorum alexandri eventii et theodoli natalicia colimus: a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus [9] liberemur per Christum dominum nostrum. *Ad processionem ante crucem. Re.* O crux gloriosa. ℣ Arbor amara. ℣ Dicite in. *Oratio.* Deus qui pro [10] nobis. *In reditu de domine an̄.* Alma redemptoris: *De omnibus sanctis*

[1] '*ut*' *om.*: *R.N.S.*

[2] '*ab*' *add*: *R.N.*

[3] 'et fulgida ornata regis purpura: electa digno stipite tam sancta membra tangere' add: R.N.

[4] 'brachiis precium pependit seculi: statera facta est corporis predamque tulit tartaris' add: R.N.

[5] 'auge piis justitiam reisque dona veniam' add: R.N.

[6] 'omnium in hoc paschali gaudio: ab omni mortis impetu tuum defende populum' add: R.N.

[7] *Verba* '*queratur*' *usque ad* '*vesperas*' *om.*: *R.N.*

[8] '*Re.*' *add*: *N.*

[9] intercessione: N.

[10] 'pro' om.: S.

Digitized by Google

añ. Lux perpetua. *Ubi autem non fit processio: fiat memoria*[1] *de resurrectione: de domina: et de omnibus sanctis: sicut alias. Si festum istud ante ascensionem evenerit. Si vero in die vel in crastino ascensionis istud festum evenerit: tunc in secundis vesperis de ascensione tantum fiat memoria de festo inventionis sancte crucis. Si vero alio*[2] *die infra octavam evenerit: primo fiat memoria de ascensione. Deinde de martyribus. Ad mat. Invita.* Venite adoremus dominum. Qui nos redemit per crucem. All'a all'a. *ps̄.* Venite. *Post secundum versum respondeatur.* Qui nos redemit per crucem all'a all'a. *Hymnus.* Crux fidelis.[3] ℣ Sola digna.[4] ℣ Gloria et honor.[5] *queratur*[6] *in laudibus in*[7] *dominica in passione domini. In nocturno añ.* Alleluia all'a all'a. *ps̄.* Exaltabo. *ps̄.* Omnes gentes. *ps̄.* Jubilate deo (j). ℣ Hoc signum crucis.[8] *Secundum johannem.*

In illo tempore. Erat homo ex phariseis nichodemus nomine princeps judeorum. Hic venit ad Jesum nocte: et dixit ei. Rabbi: scimus quia a deo venisti magister. Et reliqua. *Omelia venerabilis bede presbyteri.* *Lectio j.*

Quia igitur fratres nichodemus quem magistrum noverat veritatis studiose docendus adiit: merito ad agnitionem divinitatis ejus perfecte doctus subiit: merito utriusque nativitatis ejus divine scilicet et humane sed et passionis atque ascensionis ipsius archana percepit: necnon etiam modum secunde regenerationis ipsius[9] ingressum regni celestis: aliaque perplura doctrine evangelice sacramenta[10] domino revelante didicit. *Re.* Dulce lignum dulces clavos dulce pondus sustinuit. Que digna fuit portare precium hujus seculi. all'a. ℣ Hoc signum crucis erit in celo cum dominus ad judicandum venerit. Que digna. *Lectio ij.*

Regnante venerabili dei cultore constantino: cum gens barbarorum congregaretur ad bellum contra romaniam:[11] et ille rex timeret usque ad mortem: eadem nocte vir splendidissimus suscitavit eum dicens. Constantine noli timere: sed respice celum et vide. Et intuens in celum: vidit signum crucis Christi: et desuper scriptum titulum: in hoc[12] vince. Fecit autem rex similitudinem crucis quam viderat in celo: et surgens impetum fecit contra barbaros: et fecit ei antecedere signum sancte crucis: dederuntque barbari fugam: et mortua est non minima multitudo. *Re.*

[1] *fiant memorie: N.*
[2] *alia: N.*
[3] 'inter omnes arbor una nobilis: nulla sylva talem profert fronde flore germine: dulce lignum dulces clavos, dulce pondus sustinet' add: R.N.
[4] 'tu fuisti, ferre precium seculi: atque portum preparare, nauta mundo naufrago: quem sacer cruor perunxit, fusus agni corpore' add: R.N.
[5] 'deo usquequo altissimo una patri filioque inclito paraclito cui laus est et potestas per eterna secula. Amen' add: R.N.
[6] *Verba a 'queratur' usque ad 'domini' om.: R.N.*
[7] '*in*' *om.: S.*
[8] 'et cetera' add: N.
[9] 'ipsius' om.: R.N.
[10] sacraria: S.
[11] romanam: S.
[12] 'signo' add: N.

Digitized by Google

Hoc signum crucis erit in celo: cum dominus ad judicandum venerit. Tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri all'a all'a. ℣ Cum sederit filius hominis in sede majestatis sue: et ceperit judicare seculum per ignem. Tunc manifesta. *Lec. iij.*

Post hec imperator constantinus misit ad [1] matrem suam helenam: ad inquirendum lignum dominicum: et in eodem loco ad edificandam ecclesiam. Que ingressa hierosolymam: congregatis judeis dixit: Ostendite mihi lignum sancte crucis: alioquin omnes igni trademini. Qui timentes tradiderunt ei judam: et jussit eum mitti in lacum siccum. Qui post septem dies clamavit de lacu ut educeretur: et ostenderet crucem Christi. Ascendens autem de lacu perrexit ad locum ubi sancta crux jacebat. Cunque ibi orasset: statim commotus est locus ille: ita ut ipse judas diceret In veritate Christe tu es salvator mundi. Cunque fodisset: invenit tres cruces: quas attulit in civitatem. Et circa horam nonam ferebatur mortuus: super quem judas singulas cruces posuit: et non surrexit. Imposita vero tertia cruce Christi super mortuum: statim surrexit: omnesque qui aderant deum glorificabant. Beata vero helena ipsam crucem Christi in loculo argenteo collocavit: et in calvarie loco ecclesiam construxit ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Re.* Per tuam crucem salva nos Christe redemptor. Qui mortem nostram moriendo destruxisti: et vitam resurgendo reparasti all'a. ℣ Miserere nobis Jesu benigne: qui passus es clementer pro nobis. Qui. Gloria. Alleluia. *ps̄.* Te deum. ℣ Adoramus te. *In laudibus añ.*

Helena constantini mater hierosolymam petiit. all'a. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Tunc precepit eos omnes igne cremari: at illi timentes tradiderunt judam. all'a. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Helena sancta dixit ad judam: comple desiderium meum: et vive super terram: ut ostendas mihi qui dicitur calvarie locus: ubi absconditum est preciosum lignum dominicum [2] all'a. *ps̄.* Deus deus. *Añ.* Orabat judas deus deus meus ostende mihi lignum sancte crucis. alleluia. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Cum orasset judas: commotus est locus ille: in quo sancta crux jacebat all'a. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Mihi autem. *hymnus* Arbor decora. *ut supra* [3] *in primis vesperis.* ℣ Dicite in nationibus. *In evangel. añ.* Ecce crucem domini fugite partes adverse: vicit leo de tribu juda radix david alleluia. *ps̄.* Benedictus. *Or̄o.* Deus qui in preclara. *Memoria de martyribus. Añ.* Absterget deus. ℣ Justi autem. *Or̄o ut supra. Ad memoriam antiphone de resurrectione.* ℣ Surrexit dominus de sepulchro. *Et cetera ut supra. Ad primam añ.* Helena. *ps̄.* Deus in nomine. *etc. Añ.* Gratias. *ps̄.* Quicunque vult. *etc. Ad tertiam añ.* Tunc precepit.

[1] 'ad' om.: R.N. [2] domini *cum*: R. [3] '*supra*' *om.*: *R.*

Digitized by Google

ps̄. Legem pone. *Cap.* Mihi autem. *Re.* Hoc signum crucis erit in celo all'a all'a. ℣ Cum dominus ad judicandum venerit all'a all'a. Gloria. Hoc signum. ℣ Adoramus te. *Or̄o.* Deus qui in. *Ad sextam an̄.* Helena. *ps̄.* Defecit. *Capitulum.*

Christus humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. *Re.* Adoramus te Christe et benedicimus tibi all'a all'a. ℣ Quia per crucem tuam redemisti mundum all'a all'a. Gloria. Adoramus. ℣ Omnis terra adoret. *Oratio ut supra. Ad nonam an̄.* Cum orasset. *ps̄.* Mirabilia. *Cap.*

Christus peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui justitie vivamus cujus livore sanati sumus. *Re.* Omnis terra adoret te deus all'a all'a. ℣ Et psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo all'a all'a. Gloria. Omnis. ℣ Dicite in nationibus. *Or̄o ut supra. Ad vesperas an̄.* Helena. *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis dominicalibus. Cap.* Mihi autem absit. *Hym.* Arbor decora. *ut supra.* ℣ Hoc signum crucis. *In evangelio an̄.* O crux splendidior cunctis astris: mundo celebris: hominibus multum amabilis: sanctior universis: que sola fuisti digna portare talentum mundi: dulce lignum dulces clavos: dulcia ferens pondera: salva presentem catervam in tuis hodie laudibus congregatam all'a all'a all'a. *ps̄.* Magnificat. *Oratio ut supra.* Deus qui in preclara.

¶ *Sancti johannis apostoli et evangeliste ante portam latinam ad vesperas an̄.* Alleluia. *pertinens ad feriam: cum psalmis ferialibus. Cap.* Qui timet deum[1] *quere in alio festo infra nativitatem domini. Hymnus.*

Bina celestis aule luminaria jacobe necnon johannes theologe poscite nobis veniam rogantibus: quam venit Christus gratis dare miseris. *Hymnus.* Annue Christe. ℣ Valde honorandus. *In evang. an̄.* In ferventis olei dolium missus johannes apostolus: divina se protegente gratia illesus exivit alleluia alleluia alleluia. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui conspicis quia nos undique mala nostra perturbant: presta quesumus: ut beati johannis apostoli tui et evangeliste intercessio gloriosa nos protegat. per dominum. *Ad matu. Invita.* Exultent in domino. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Eterna Christi. *In nocturno an̄.* Alleluia. *ps̄.* Celi enarrant. *ps̄.* Benedicam. *ps̄.* Eructavit. ℣ In omnem. *Expositio secundum johannem.*[2]

Dixit Jesus petro: Sequere me. *Omelia ut in alio festo.*[3] *Re.* Virtute magna.

[1] 'faciet bona: et qui continens est justitie apprehendet illam et obviabit illi quasi mater honorificata' add: R.N.

[2] 'In illo tempore' add: R.N.

[3] 'Conversus petrus vidit illum discipulum quem diligebat Jesus sequentem: qui et recubuit in cena super pectus ejus et dixit. Domine quis est qui tradet te? Et reliqua. *Omelia venerabilis bede presbyteri. Lect. j.* Patet nanque fratres quia cum dominus dixisset petro Sequere me: id est crucem patiendo imitare: surrexit de loco convivii et abire iam cepit. Secutus est autem cum petrus etiam incessu pedum cupiens implere quod audivit. Sequere me' add: R.N.

Digitized by Google

ut supra: in festo apostolorum philippi et jacobi. Lectio secunda.

Hodie fratres charissimi sancti johannis evangeliste gaudentes illum celebramus natalem: quo sicut ecclesiastica narrat historia ab epheso jussu domiciani romam perductus: et presente senatu ante portam latinam in olei ferventis dolium missus: ex quo tamen divina se protegente gratia tantum liber exiit a dolore corporis: quantum alienus erat a corruptione carnis. *Re.* Ibant gaudentes. *Lectio iij.*

Hujus igitur johannis inter alias virtutes magnitudo signorum hec fuit: mutavit in aurum silvestres frondium virgas: littorisque saxa in gemmas. Item gemmarum fragmina in propriam reformavit naturam. Viduamque[1] prece populi suscitavit: et redivivum juvenis corpus remeante anima reparavit. Bibens letiferum haustum: non solum evasit periculum: sed eodem prostratos poculo: ad pristinum vite reparavit statum: per eum qui vivit et regnat in secula seculorum amen. *Re.* In medio ecclesie alleluia *Require in alio festo ejusdem.*[2] *ps̄.* Te deum. ℣ Valde honorandus. *In laudibus añ.* Alleluia alleluia. *ps̄.* Dominus regnavit. *etcetera. Cap.* Qui timet. *Hymnus* Exultet celum. ℣ Dedisti hereditatem. *In evange. añ.* Iste est johannes: qui supra pectus domini in cena recubuit: beatus apostolus cui revelata sunt secreta celestia alleluia. *ps̄.* Benedictus. *Oro ut supra. Ad primam et ad alias horas antiphona alleluiatice. Ad tertiam. Cap.* Qui timet. *Responsoria de communi ad omnes horas dicantur cum oratione propria. Ad vj. Capitulum.* In medio ecclesie.[3] *Ad ix. Cap.* Jocunditatem et exultationem.[4]

¶ *In natali sancti johannis archiepiscopi eboracensis festum duplex de minoribus. Ad vesperas añ.* Amavit eum: *et cetere antiphone ut supra de sancto ambrosio: cum capitulo responsorio et hymno et ceteris. Oratio.*

Deus qui presentem diem beati johannis confessoris tui atque pontificis migratione consecrasti: da ecclesie tue digne de ejus solennitate gaudere: ut apud misericordiam tuam exemplis ejus adjuvemur et meritis. per dominum. *Memoria de sancto johanne apostolo. Añ.* In medio ecclesie.[5] ℣ Valde honorandus. *Oratio.* Deus qui conspicis. *Ad matutinas et ad alias horas ut supra de sancto ambrosio cum oratione propria.*

¶ *Expositio secundum mattheum.* Homo quidam peregre. *Omelia ut in communi. Lectio ij.*

[1] pro 'que' quoque: R.N.

[2] 'aperuit os ejus. Et implevit eum dominus spiritu sapientie et intellectus. Alleluia. ℣ Jocunditatem et exultationem thesaurizavit super eum. Et. Gloria Et' add: R.N.

[3] 'aperuit os ejus et implevit eum dominus spiritu sapientie et intellectus stola glorie induit eum' add: R.N.

[4] 'thesaurizabit super eum et nomine eterno hereditabit illum dominus deus noster' add: R.N.

[5] 'aperuit os ejus et implevit eum dominus spiritu sapientie: et intellectus stolaque glorie induit eum alleluia' add: R.N.

Digitized by Google

Beatissimus igitur johannes archiepiscopus[1] intra confinia anglorum editus: cum jam bene imbutus diversorum librorum esset literis: rura[2] passim istius regionis peragravit: plurima divina seminans germina: multosque diaconatus ordine et presbyterii sanctificavit honore: de quorum collegio sanctus extitit beda: qui multa apostolice fidei cultoribus scripsit utilia. Postquam autem archiepiscopus venerabilis eata[3]: cursum humane vite complevit: deo disponente: ac rege inclito alfrido annuente: presulatus suscepit honorem supradictus johannes in loco qui hostoldesham vocitatur. *Lec. iij.*

Post hec igitur beatus wilfridus episcopus: qui longo tempore ab episcopatu suo ejectus fuit: a romano concilio[4] et a domino papa epistola accepta in patriam revenit: et episcopatum haugustaldensis ecclesie cum sinodali concilio recepit: et sanctus johannes in eboracensi civitate episcopatum accepit: et annis vigintitribus nobiliter rexit. Vixit autem in episcopatu suo trigintatribus annis: octo mensibus: et tredecim diebus. et postea cum jam episcopatum circuire non poterat: suo sacerdoti wilfrido cum totius populi electione pontificatum commisit eboracensem. Ipseque beverlic petiit: et ibi in dei servitute persistens: nonas maii vitam feliciter finivit ad laudem domini nostri Jesu Christi.

¶ *Sanctorum martyrum gordiani et epimachi.* *Oratio.*

Da quesumus omnipotens deus: ut qui beatorum martyrum tuorum gordiani et epimachi solennia colimus: eorum apud te intercessionibus adjuvemur. per dominum. *Lectio j.*

Julianus impiissimus imperator jussit gordianum vicarium suum: ut januarium presbyterum sibi presentaret. Tunc januarius presbyter presentatus gordiano dixit: Fili noli perdere tempus tuum: sed age penitentiam pro corporibus sanctorum quos interfecisti. Ego tibi promitto in nomine Jesu Christi: quod si ex toto corde credideris: et baptisatus fueris omnium criminum tuorum delavabis sordes: ita ut te immaculatum Jesu Christo offeras. *Lectio ij.*

Gordianus vicarius cum lachrymis introivit ad uxorem suam nomine marinam: et enarravit ei monita sancti januarii. Tunc uxor ejus et ille simul venientes ad januarium presbyterum baptisati sunt ab eo: et familia eorum promiscui sexus numero quinquaginta. Imperator julianus hec audiens jussit damnari sanctum januarium presbyterum: et gordianum in custodia publica mancipari: uxorem ejus marinam in quadam villa in servitio rusticorum opprimi. *Lec. iij.*

Post hec clementianus vicarius precepit sibi tribunal preparari et beatum gordianum cathenis vinctum ante se jussit presentari: cui et dixit. Sacrifica diis. Sin autem: faciam te capite cedi. Beatus gordianus dixit. Nunquam bene tibi sit

[1] archyepiscopus: R.
[2] litteratura: R. literatura: N.
[3] beda: R.N.
[4] consilio: R.N.

Digitized by Google

miser: nec principi tuo juliano. Tunc iratus clementianus jussit eum plumbatis cedi. Qui cum diu cesus gratias Jesu Christo referret: jussit eum clementianus decollari. Decollatus igitur canibus projicitur sed custoditur ab eis illesus et a familia sua nocte sepelitur. ubi pridem sepelierunt sanctum epimachum. quorum martyrum suffragiis a cunctis protegamur adversis. *Cetera de communi plurimorum martyrum paschalis temporis.*

¶ *Sanctorum martyrum Nerei et*[1] *achillei et pancracii. Oratio.*

Presta quesumus omnipotens deus ut qui beatorum nerei achillei atque pancracii martyrum tuorum natalicia colimus a cunctis malis imminentibus.[2] eorum intercessionibus liberemur. Per dominum. *Lectio j.*

In diebus illis Nobilissima virgo domicilla neptis domiciani imperatoris: habebat nereum et achilleum eunuchos cubicularios: quos sanctus petrus lucratus fuerat Christo. Illi vero pergentes ad sanctum clementem episcopum dixerunt. Domicilla filia plantille[3] cum aurelianum illustrem haberet sponsum a nostra parvitate[4] didicit sermonem. quem nos ex ore petri apostoli didicimus. Unde nunc cupit virginitatis sue votum manus tue velamento sacrari. *L. ij.*

Quibus clemens episcopus dixit. Tempus est ut video in quo et mea et vestra et ipsius vocatio: hac occasione ad martyrii palmam attingat. Surgensque perrexit ad domicillam et consecravit eam. Sponsus ejus contemptus ab ea: fecit eam christianitatis titulo relegari. et cepit nerei et achillei animum commovere. Et postmodum cum eculeo et flammis compellerentur ad immolandum ydolis: et dicerent se a beato petro apostolo baptizatos: nullaque ratione posse ydolis immolare capite cesi sunt. *Lectio iij.*

Sanctus igitur pancracius adductus est ad dioclicianum[5]: cui et dixit. Infantule tibi suadeo ut recedas ab insania christianorum. et te semper velud[6] filium habebo. Beatus pancracius dixit. Noli errare imperator: dii tui demones sunt. Tunc iratus dioclicianus jussit sanctum pancracium duci in viam aureliam: et ibi capitalem subire sententiam. Sancti igitur tres viri isti nereus et achilleus atque pancracius quorum gloriosam recensemus passionem: nobis peccatoribus optineant[7] remissionem et lucis perpetue benedictionem. per eum qui vivit et regnat per omnia secula deus. *Cetera de communi plurimorum martyrum paschalis temporis. etc.*

¶ *Sancti dunstani episcopi et confessoris. ad vesperas an̄.* Alleluia *pertinens ad feriam cum psalmis ferialibus. Capitulum.* Ecce sacerdos. *Hymnus.* Iste confessor. ℣ Amavit. *In evangelio an̄.* Confessor domini. *Or̄o.* Da quesumus *ut in communi.* ¶ *Ad matutinas Invi.* Exultent. *ps̄.*

[1] '*et*' *om.*: *N.*
[2] 'a malis imm.' om.: S.
[3] plantile: R.
[4] pravitate: S.
[5] dioclecianum: R.S. diocletianum: N.
[6] velut: R.N.
[7] obtineant: R.N.S.

Digitized by Google

Venite. *Hymnus.* Iste confessor. *In nocturno an̄.* Alleluia (*iij.*) *ps̄.* Beatus vir. *ps̄.* Quare fremuerunt. *ps̄.* Domine quid. ℣ Amavit. *Lectio j.*

Sanctus antistes dunstanus cum jam flos adolescentie in annis adolesceret de glasconia egressus: archiepiscopo dorobernensi [1] aldelino [2] patruo scilicet suo se junxit. In quo idem pontifex gratiam dei admirans palatio eum presentavit: et regi adelstano magno affectu commendavit. A quo diversis honoribus sublimatus. locum quoque in quo educatus est dei informandum servitio suscepit: ubi monachus et abbas effectus monachorum ibi scolam primus instruere cepit. *Lectio ij.*

Rex autem eadegarus regno confirmatus beatum dunstanum in episcopatum wigorinensis ecclesie promovit. In cujus ordinatione cum odo archiepiscopus officium rite perageret: eum ecclesie metropolis dorobernensis cunctis admirantibus titulavit. Super quo a circunstantibus modeste redargutus: Scio inquit karissimi [3] quid in me loquatur deus. Predicto vero archiepiscopo patribus suis apposito: ab omni populo et clero beatus dunstanus in archiepiscopum eligitur. *Lectio iij.*

Die autem vocationis ejus imminente commissam sibi ecclesiam deo assignavit verbo instruxit: atque auctoritate apostolica a peccatis omnibus absolvit. Deinde commissa omnibus pace et charitate sua: vale

[1] Dorbernensi: N. [2] aldelmo. [4] lectulo: S.

ultimum dixit. Et cum per triduum lecto [4] decumberet: viaticum sacramentorum Christi suscepit. Unde gratias agens deo psallere cepit. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator dominus escam dedit timentibus se. Inter que verba spiritum in manibus creatoris reddens in pace quievit. *Re.* Euge. *Re.* Ecce sacerdos. *Re.* Agmina. *omnia alleluiatice in fine responsoriorum. versiculus.* Ora pro nobis. *In laudibus et ad alias horas antiphone alleluiatice. Cetera de communi unius confessoris pontificis.*

¶ *Isto modo dicatur de eo si ante ascensionem evenerit. Si vero post festum sancte trinitatis evenerit dicatur de eo cum tribus lectionibus sicut de uno confessore pontifice extra tempus paschale.*

¶ *Sancti urbani pape et martyris.* *Oratio.*

Da quesumus omnipotens deus: ut qui beati urbani martyris tui atque pontificis solennia colimus ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per dominum. *Lectio j.*

Almachius urbis romane [5] prefectus misit et tenuit sanctum urbanum: urbis rome episcopum cum clero suo. Quibus adductis: almachius dixit. Iste est urbanus sacrilegus seductor hominum: quem christiani suum papam commemorant. Beatus urbanus respondit. Hominibus persuadeo: ut creatorem suum deum verum cognoscant et viam iniquitatis respuant. *L. ij.*

[3] carissimi: R. charissimi: N.S. [5] rome: R.N.S.

Digitized by Google

Sequenti vero die almachius precepit apparitoribus suis : ut sanctissimum urbanum papam cum clero suo ad templum diane[1] ducerent. et si sacrificare nollent : capitalem sententiam acciperent. Et cum ducti fuissent sancti ad templum diane ut immolarent : ceperunt clamare et dicere. Unus est deus creator omnium visibilium et invisibilium : preter ipsum non est alius ipsi soli sacrificamus. Ad hec ministri furore repleti : eduxerunt eos foras de templo. *L: iij.*

Tunc beatus urbanus expansis manibus erectisque in celum oculis oravit et dixit. Gloria tibi domine rex altissime qui nos fecisti ad laudem nominis tui viriliter agonizare : fac nos ad martyrii coronam pervenire. Deinde sancti seinvicem osculantes et vexillo crucis Christi frontes suas munientes gratias deo referentes et genua flectentes : decollati sunt pro nomine domini nostri Jesu Christi cui est honor et gloria in secula. Amen. *Cetera de communi unius martyris secundum quod tempus exigerit.*[2]

¶ *Sancti augustini archiepiscopi anglorum. Si ante penthecosten evenerit. Ad vesperas añ.* Alleluia *pertinens ad feriam cum psalmis ferialibus. Cap.* Ecce sacerdos. *Hymnus* Iste confessor. ℣ Amavit. *In evangelio añ.* Confessor domini. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui beatum augustinum pontificem doctorem populo concessisti anglorum : ipsius interventu nobis tribue veniam peccatorum et cum ipso celestium premia gaudiorum Per dominum *Memoria de sancto beda. Añ.* Justum deduxit. ℣ Magnificavit. *Oratio.* Adesto domine. *ut in communi. Ad matut. Invit.* Exultent. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Iste confessor. *In nocturno añ.* Alleluia (*iij.*) *ps̄.* Beatus vir. *ps̄.* Quare fremuerunt. *ps̄.* Domine quid. ℣ Amavit. *Lectio prima de expositione evangelii secundum Marcum.* Videte vigilate. *Omelia ut in communi. Secunda lectio et tertia de vita ejus scilicet* Gregorius[3] papa inclitus. *etc. Re.* Euge serve. *Re.* Ecce sacerdos. *Re.* Sancte. N. *Ps̄.* Te deum. ℣ Ora pro nobis. *etcetera. In laudibus et ad horas antiphone alleluiatice. cetere*[4] *de communi unius confessoris pontificis cum oratione propria. Ad vesperas añ.* Alleluia. *Cetera unius confessoris. pontificis. Si post penthecosten ejus festum evenerit fiat servitium de eo cum novem lectionibus sicut de uno confessore pontifice extra tempus paschale. Lectio j.*

Gregorius igitur papa inclitus divino admonitus instinctu misit servum dei augustinum et alios plures cum eo monachos predicare verbum dei genti anglorum. Rex vero adelbertus audiens illos dei servos advenisse manere illos in ea qua aderant insula et eis necessaria ministrari donec videret quid eis faceret : jussit. *Lectio ij.*

Post dies paucos veniens rex adelbertus ad insulam : que

[1] dyane : R.
[2] *exegerit : N.*
[3] 'igitur' add : N.
[4] *cetera : S.*

Digitized by Google

vocatur teneland jussit augustinum cum sociis ad suum ibidem advenire colloquium. At illi divina virtute prediti veniebant crucem pro vexillo ferentes argenteam. et ymaginem domini salvatoris in tabula depictam. letaniasque canentes: pro sua simul et eorum propter quos advenerant salute eterna domino supplicabant. *Lectio iij.*

Cum autem ad jussionem regis augustinus et socii ejus residentes verbum ei vite una cum omnibus ejus qui aderant comitibus predicarent: respondit illi[1] dicens. Pulcra sunt verba et promissa que asseritis. Sed quia nova sunt et incerta non hiis possum assensum tribuere relictis eis que tanto tempore cum omni anglorum gente servavi. Verum quia de longe huc peregrini venistis. et ea que vera et optima credebatis nobis communicare desiderastis: que victui vestro sunt necessaria ministrare curamus nec prohibemus quin omnes quos potestis fidei vestre religionis predicando societis. *Lectio iiij.*

Dedit ergo rex adelbertus augustino et sociis ejus mansionem in civitate dorvernensi que anglice cantuaribyris nominatur. Fertur autem quia appropinquantes civitati more suo cum cruce sancta et ymagine magni regis domini nostri Jesu Christi: hanc letaniam consona voce modularentur. Deprecamur te domine in omni misericordia tua: ut auferatur furor tuus et ira tua a civitate ista et de domo sancta tua: quoniam peccavimus. *Lectio v.*

Erat autem prope civitatem que cantuaribiris[2] dicitur ad orientem ecclesia in honore sancti martini antiquitus facta in qua sanctus augustinus et socii ejus primo convenire orare missas facere predicare et baptizare ceperunt: donec rege ad fidem converso majorem predicandi et ecclesias fabricandi licentiam acciperent. At ubi rex inter alios delectatus vita mundissima sanctorum credens baptizatus est: cepere plures quotidie ad audiendum verbum dei confluere: ac relicto gentilitatis ritu: unitati se sancte Christi ecclesie credendo sociare. *Lectio vj.*

Interea sanctus augustinus venit arelas et ab archiepiscopo ejusdem civitatis etherio juxta preceptum sancti gregorii[3] archiepiscopus genti anglorum ordinatus est. Deinde in civitate que cantuaribyris dicitur regio fultus amminiculo recuperavit ecclesiam: quam ubi[4] antiquo romanorum opere factam fuisse didicerat: et[5] eam in nomine sancti salvatoris sacravit atque ibidem sibi habitationem statuit et cunctis successoribus suis. Fecit etiam monasterium non longe ab ipsa civitate: in quo ejus hortatu adelberth rex ecclesiam sancti petri et pauli construxit. Quam non ipse augustinus sed successor ejus laurentius consecravit ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii*

[1] ille: R.N.S. [2] cantuaribyris: R.N. [3] georgii: S. [4] ibi: R.N. [5] ec: R.

Digitized by Google

Videte vigilate *ut supra. Cetera de communi unius confessoris* et *pontificis cum oratione propria. Memoria de sancto beda. Añ.* Iste est qui ante deum. ℣ Magnificavit. *Oratio.* Adesto. *Ubi tamen versiculus* Justum deduxit. *non dicitur ad matutinas propter medias lectiones: que occurrunt: tunc dicendus est versiculus ille ad memoriam de sancto beda.*

¶ *Sancti germani episcopi et confessoris. Lectio j.*

Beatus germanus territorii augustudunensis indigena fuit ordinatus parisiorum pontifex: qualis quantusque se gesserit: hoc expedire lingua mortalis vix sufficit. Quidam ex uno vico de fiscalibus famulis gildemerus nomine cum die dominico operibus indiscrete presumpsisset intendere: ita contrahitur digitis ut unguium acumen partem transiret in alteram. Qui parisius sancto viro occurrit in oratorio. Et oratione data: manu oleo peruncta: ungues de palma reducuntur et digitis sanitas redditur pristina. *Lectio ij.*

Quedam mulier nomine favonia in urbe parisiaca per novem dies ore aperto inhians: sancto viro oblata est. Quam in oratorio sacro perungens oleo: capite undique palpato sine mora saluti restituit. Accidit ut [1] puella quedam filans die dominico contracta manu magno torqueretur [2] supplicio. qua contracta: oleo a beato germano virtus infudit remedium et digiti sanantur. *Lectio iij.*

[1] pro 'ut' et: R.N.
[2] torquetur: R. torquebatur: N.

Quidam de vico novi homo vehementer inimici persuasus insidiis: amens effectus ad virum dei vinculis nexus adducitur. Qui exorante sancto viro: ad se mentemque suam revertitur. Item cum illustris viri filia in articulo mortis posita lamentaretur: invitatus beatus germanus ad puelle cadaver properat. Quo exorante: flatus puelle reducitur vitalis: calor per membra refunditur: et puelle revocate de funere totum vertitur in salutem: ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius confessoris et pontificis.*

¶ *Sancte petronille virginis. L. j.*

Igitur confessor Christi marcellus qui per beati petri apostoli predicationem discipulus veritatis effectus [3]: et [4] de petronilla ejusdem petri filia ita scribit. Cum apud petrum apostolum plurimi ejus discipuli reficeremur: contigit ut titus diceret apostolo. Cum universi a te salventur infirmi: quare petronillam paraliticam jacere permittis. Ait ei apostolus. Sic expedit ei. *L. ij.*

Ut ergo beati petri virtus claresceret: cunctis audientibus verbo potenti inquit ad eam petrus Surge petronilla et ministra nobis. Et statim surrexit sana Ministerio autem expleto: jussit eam apostolus redire ad grabatum: at ubi in dei timore cepit esse perfecta. Ipsa non solum sana est facta: verumetiam plurimis recuperavit in melius suis orationibus sanitatem. *Lectio iij.*

[3] 'est' add: R.N.
[4] 'et' om.: R.N.

Digitized by Google

Comes igitur flaccus venit ad petronillam quia nimis speciosa erat: ut eam acciperet in uxorem. Cui illa respondit Si uxorem me habere vis: fac matronas et virgines honestas post tres dies venire ad me: ut cum ipsis veniam ad domum tuam. Quas cum ille pararet: virgo sancta jejuniis et orationibus insistebat et corpus domini suscipiens ac in lecto reclinans post triduum migravit ad dominum. Venientes ergo matrone et virgines a flacco misse: exequias beate virginis celebraverunt ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius virginis non martyris.*

❡ *Sancti nichomedis martyris.*

Deus qui nos beati [*Oratio.* nichomedis martyris tui meritis et intercessione letificas. concede propitius: ut qui ejus beneficia poscimus dono tue gratie consequamur. per dominum.

Sanctus Christi martyr [*Lec. j.* nichomedis[1] intrepidus hausit calicem passionis in terris: ut convivio eterni gaudii reficeretur in celis. Qui etiam ut diademate perhenni coronaretur in excelsis: corporis cruciatus letus sustinuit in terris. Contempsit hostem: contempsit et[2] mortem: et[3] perhennem sibi lucratus est[4] vitam. *Lectio ij.*

Erat enim martyr iste seculi contemptor: dei amator fide plenus viciis vacuus. Verum quia in spe fortiter laboravit feliciter cum palma martyrii celos penetravit. Fervebat sanctus iste ad prelia: festinabat ad premia. Fudit cruorem: invenit honorem. Et quia vitam temporalem studuit[5] contempnere: celestem meruit invenire. *Lectio iij.*

Gaudebat hic miles dei et optabat se posse occidi: sed non vinci. Qui cum de mundo egrediebatur: sanctis angelis sociabatur. Letus sua deridet vulnera quia pro eis eterna exigit a deo munera. Ibi enim stola glorie indutus vultum dei intuetur exhilaratus: triumphat in celesti patria qui fideliter pugnavit in hac vita: per Jesum Christum cui est gloria in secula seculorum amen. *Cetera de communi unius martyris.*

❡ *Sanctorum martyrum marcellini et petri. Oratio.*

Deus qui nos annua beatorum martyrum tuorum marcellini et petri solennitate letificas: presta quesumus: ut quorum gaudemus meritis provocemur exemplis. per dominum. *Lectio j.*

In diebus illis: Petrus exorciste officium gerens idolis sacrificare respuebat. Multis ergo vicibus cesus missus est in carcerem vinculis ferreis constrictus. Custos vero carceris nomine arthemius habebat unicam filiam nomine paulinam: que a demonio vexabatur. Dixitque ad eum petrus exorcista. Crede in dominum Jesum Christum: moxque salvabitur filia tua. Credidit ipse cum uxore sua candida statimque filia eorum a spiritu immundo est purgata: et in illa die amplius quam trecentorum

[1] nichomedes: R.N.
[2] 'et' om.: N.
[3] 'et' om.: R.
[4] 'est' bis: S.
[5] Verba a 'studuit' ad 'invenire' om.: S.: et in eorum vice addit 'meruit invenit.'

Digitized by Google

virorum multitudo a marcellino presbytero est baptizata per exhortationem sancti petri exorciste. *Lectio ij.*

Serenus ergo vicarius precepit marcellinum presbyterum impugnis cesum separari a petro et nudum mitti ubi vitrum fractum aspersum erat: et ibi clausum ac vinctum[1] relinqui. Petrum jussit in vinculis recipi: et pedes ejus in cippo artissimo constringi. Apparens autem angelus dei marcellino presbytero: vestivit eum et dixit ei. Sequere me. Ingressus ergo angelus ubi petrus exorcista erat hunc absolvit. Et ducens eos in domum ubi omnes baptizati erant precepit eis ut per septem dies populum confortarent: et postea sereno vicario se ostenderent.

Factum est ergo cum [*Lec. iij.* appropinquasset hora passionis sanctorum martyrum marcellini et petri: carnifices irruentes arthemium gladio percusserunt: et uxorem ejus candidam atque filiam eorum paulinam lapidibus obruerunt. Marcellinum vero et petrum decollaverunt. Ipse autem qui decollavit eos nomine dorotheus: omni populo indicans que vidisset: baptizatus est. Vidit enim sanctorum animas de corpore exire atque angelorum manibus ad celos esse sublatas. Corpora vero eorum sepelivit lucilla in via lavicana. Quorum meritis et precibus gaudia nobis proveniant sempiterna. *Cetera de communi plurimorum martyrum.*

¶ *Sancti petroci[2] confessoris non pontificis. Legenda et cetera omnia de communi unius confessoris non pontificis.*

¶ *Sancti Bonifacii martyris. L.j.*

Temporibus diocliciani[3] imperatoris: erat quedam mulier rome nomine aglaes: que habebat quendam servum nomine bonifacium qui ei comiscebatur[4] in peccatum. Hic autem erat ebriosus et adulter: sed tamen hospitalitatem largitatem et misericordiam diligebat. Post annos multos conpuncta[5] dei gratia aglaes dixit. Frater bonifaci perge in partibus orientis affer nobis sanctorum martyrum reliquias: ut nos oratoria edificantes eis: per sanctas eorum passiones salvemur. *Lectio ij.*

Egrediens autem puer bonifacius pervenit ubi sancti martyres positi erant in tormentis: et exclamavit dicens. Magnus est deus christianorum. Cumque simplicius judex aspexisset eum: jussit eum suspendi et ungulis corpus ejus radi in tantum ut ossa ejus apparerent. Post hec vero jussit afferri ollam cum pice[6] et immitti in eam sanctum bonifacium inverso[7] capite. Angelus enim domini descendit de celo et tetigit ollam: et protinus liquefacta est: et sanctus non est molestatus.[8] Incendit autem de astantibus viros multos. *L. iij.*

Tremefactus autem judex: jussit ut gladio caput sancti bonifacii absideretur. Quod et factum est. Conservi autem sancti martyris tulerunt corpus

[1] victum: S. [2] *petrocii: R.N.*
[3] diocletiani: N. diocleciani: S.
[4] commiscebatur: N.
[5] compuncta: R.N.
[6] pisce: N.
[7] immerso: S. [8] molestus: S.

Digitized by Google

ejus et sic proficiscebantur. Angelus domini apparuit aglae: dicens. Aliquando servum tuum: nunc autem fratrem nostrum suscipe eum sicut dominum: et bene reconde eum. Per ipsius enim interventum: universa tibi relaxabuntur peccata. Et confestim aglaes obviavit sancto corpori: et edificans ei domum reposuit in urbe roma. Ipsa vero multa demonia et alias diversas infirmitates postea ab infirmis expellens: supervixit in habitu sanctimoniali annos tredecim. et sic obdormivit in domino: cui est honor et gloria in secula seculorum. *Cetera de communi unius martyris.*

Si festum sancti willelmi[1] *archiepiscopi ante festum sancte trinitatis evenerit nihil fiat de octavis suis. Sed fiat servitium de eo uno die solenniter. cum tribus antiphonis et psalmis de primo nocturno et tribus lectionibus videlicet prima de expositione evangelii secunda et tertia de vita ejus et totidem responsoria scilicet primum secundum et nonum et ultra non dicatur de sancto wilelmo neque memoria quocunque die ejus festum evenerit ante festum sancte trinitatis. Si infra octavas ascensionis ejus festum evenerit dicatur de eo cum prefatione et communi de ascensione ad missam et ad utrasque vesperas antiphona* Viri galilei *cum sequentibus antiphonis et psalmis de ascensione et memoria de ascensione. Similiter fiet si festum sancti wilelmi infra octavas corporis Christi evenerit. Si vero in vigilia penthecostes evenerit anticipetur et fiat die veneris precedenti. et tunc in primis vesperis de sancto wilelmo dicantur antiphone* In wilelmi laudibus. *cum psalmis ferialibus et fiat memoria de octavis ascensionis tantum: et in crastino fiat memoria de ascensione cum antiphona* Cum venerit *et oratione dominicali ad matutinas et ad missam et in secundis vesperis fiat memoria de confessoribus et ascensione cum antiphona* Hec locutus sum *et oratione ut supra. Si autem dominica penthecostes*[2] *secunda feria ejusdem ebdomade vel etiam tertia quarta sexta vel sabbato evenerit: festum ejus celebrari debet die veneris. Si tamen ejus festum in quinta feria ejusdem ebdomade evenerit ibidem celebretur cum memoria de octavis et missa in capitulo et antiphonis super psalmos dominicales* Dum complerentur *ad utrasque vesperas. Cum autem ejus festum in festo sancte trinitatis evenerit: differatur in crastinum et dicatur de eo incipiendo ad capitulum in secundis vesperis sancte trinitatis. et etiam quarta feria et dominica proxima sequente: dicatur de octavis ejusdem cum mediis lectionibus de octavis corporis Christi. Si vero festum ejus sic evenerit in die sancte trinitatis vel post festum sancte trinitatis fiant de eo novem lectiones de legenda propria scilicet in die de vita ipsius. Infra octavas et die octavarum de miraculis: et fiant octave precipue cum regimine chori.*

[1] *wilelmi: R.S.*

[2] *'vel' add: N.*

Digitized by Google

¶ *Sancti wilelmi archiepiscopi et confessoris ad vesperas antiphona.*

In wilelmi laudibus laxet clerus flora: sit in hymnis canticis concio canora. *Psalmi feriales añ.* Pius pater hodie ex hac valle fletus: ad supernum solium syon transit[1] letus. *Añ.* Quondam thesaurarius jam thesaurus cleri: dedit opes medici: nunc dat opem veri. *Añ.* Celum solum sitiens gazas Christi miles: ne scandentem retrahant calcat ut res viles. *Añ.* In doctrina solidum cibum dat provectis: et lactis dulcedinem miscet imperfectis. *Capitulum.* Ecce sacerdos. *Re.* Plebs occurrit. *Hymnus.* Iste confessor. ℣ Amavit eum. *In evangelio antiphona.* Nostri patris in natalitio letas laudes dictet devotio: celi regem lactet oratio: ut jungamur ejus consortio. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui nos beati wilelmi confessoris tui atque pontificis meritis et intercessione letificas: concede propitius: ut qui ejus beneficia poscimus: dono tue gratie consequamur. per dominum. *Memoria de confessoribus medardo et gildardo añ.* Fulgebunt. ℣ Sacerdotes. *Oro.* Deus qui nos sanctorum confessorum. *quere in communi. Ad matutinas Invita.* Jubilemus regum regi: Qui concedit nos hic regi per wilelmi merita. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Iste confessor. *In primo nocturno añ.* Ortus clari germinis hunc nobilitavit: et mentis nobilitas genus geminavit. *ps̄.* Beatus vir. *Añ.* In agendis strenuus fidus in commissis: ad censuram rigidus: firmus in promissis. *ps̄.* Quare fremuerunt. *Añ.* Mitis in consortiis: in loquela rarus: in[2] responsis providus: in sensu preclarus. *ps̄.* Domine quid multiplicati. ℣ Amavit eum. *Lectio j.*

Gloriosi presulis wilelmi vitam: virtutes: et miracula: posteritatis conspectibus publicis per traduces litterarum linguas mandaturus: castigate[3] brevitati potius elegi deservire: quam effrenata paginarum pluralitate inscientie mee plenitudinem[4] publicare. Beatus igitur wilelmus ex spectabili[5] prosapia regis illustris anglorum stephani ortus: filius erat strenuissimi comitis herberti ex emma sorore predicti regis. Qui dum parvulus esset: ut litterarum laurea refloreret: liberalibus imbuitur disciplinis. *Re.* Voluntatis trutina non legis cassatus: Virum novum induit celitus mutatus. ℣ Juventutis januas claudit cassatio: sic malum sepius boni fit occasio. Virum. *Lectio ij.*

His et aliis divine gratie pensatis donis: eboracensis thesaurarius[6] effectus: proprias opes intra manus postulantium transire coegit: nullum thesaurum preciosiorem putans: quam patientibus penuriam subvenire. Inter hec archipresule eboracensis ecclesie thurstano in fata decedente: ad eligendum successorem canonicis convocatis thesaurarium preferunt[7]: morum thesaurus et excellentia meritorum. Sed livor et amor dominandi: quendam ejusdem ecclesie

[1] transitus: S. [2] 'in' om.: S. [3] castigare: N. [4] penitudinem: R. [5] expectabili: S. [6] thesaurius: S. [7] proferunt: S.

Digitized by Google

archilevitam adeo commovit: ut inter eligentes excitavit discidium: thesaurarium a seniore parte electum impediens. *Re.* Vir ad sui gloriam redit inglorius: Ut unguenti vasculum mundetur in melius. ℣ Lachrymarum lavacro purgatis personis confertur divinitus munus unctionis. Ut unguenti. *Lectio iij.*

Suspenditur ergo negocium ad[1] apostolice sedis examen provocatum. Lite vero in curia romana sub apostolice sedis examine debito marte currente: nihil inventum videbatur: quod ejus confirmationem deberet elongare. Verum summus pontifex eugenius sanctimonia venerabilis cisterciensis ordinis: ingenuus: non vitio persone: sed pro sue voluntatis arbitrio quod vim legis obtinuit: electionem ejus cassavit: et zelo prout presumitur pio henricum murdach[2] predicti ordinis probatissimum professorem: eboracensis ecclesie ordinavit in pastorem. *Re.* Laceratum exulem morsibus malignis: Nec falx frangit odii: nec livoris ignis. ℣ Probat hunc exilium sicut hyems laurum: in fornace ponitur: purum exit aurum. Nec. Gloria. Nec. *In ij. nocturno antiphona.* Ne sampsonem[3] dalida faciat perire: hic carnem spiritui cogit obedire. *ps̄.* Cum invocarem. *An̄.* Agrum mentis seminat sementis virtutum: et mundi delicias spernit velut lutum. *ps̄.* Verba mea. *An̄.* Ne recentes flosculi virtutum marcescant: hos scripture rivulus[4] irrigat ut crescant. *ps̄.* Domine dominus noster. ℣ Justum deduxit dominus. *Lectio iiij.*

Venenosis tandem wilelmus detrahentium morsibus laceratus patientiam habuit pro solatio: biformes eventus constantia superans uniformi: ut merito dici poterit de eo illud propheticum: Sicut tenebre ejus: ita et lumen ejus. Verum quia in omni fortuna prudenter ad amicum festinatur: ad wyntoniensem[5] episcopum henricum patruum[6] suum festinanter accessit: ubi per septennium in cujusdam mansit solitudine: cupiens ibidem commissorum suorum penitudinem gerere: et ultrices penarum flammas lachrimarum ubertate restringere. *Re.* Factus jacob vigilat extra supra gregem: Nec minus interius regum sapit regem. ℣ Marthe ministerio copulat mariam rachelis amplexibus fruitur post lyam. Nec minus.

Mors enim cujus [*Lectio v.* sententia ad paria judicantur dives et pauper: in uno eodemque die summo pontifici eugenio: et archipresuli suo henrico vitam violenter abrupit. Que quidem spiritu sancto revelante: beato wilelmo sunt indicata. Unde accidit: quod cum quedam calcaria venerabili wyntoniensi episcopo fuissent transmissa: ea obtulit dei electo. Quibus inspectis in hec verba prorupit. Nunquid et vobis pater revelatum est: quod his diebus dominus ad equitandi laborem me vocavit. Et aperuit episcopo: qualiter predicti patres

[1] 'ergo neg. ad' om.: R.N. [2] murdath: R.N. [3] sansonem: R.S.
[4] rivulis: NS. [5] wyntionensem: R.N. [6] compatruum: R.N.

Digitized by Google

uno eodemque die diversis terris in fata decesserunt. *Re.* Fragrat odor presulis roma venientis: Occurrit fragrantie plebs unius mentis. ℣ Ex longinquis veniunt: nec sunt fatigati: longa via visa est curta charitati. Occurrit. *Lectio vj.*

Deo igitur inspirante romam venit: ita quod nec in urbis ingressu triste aliquid: sed leta omnia: magnis etiam successibus plena: ei dicuntur accidisse. Venerabilis nanque papa: qui prius electionis sue precipuus defensor extiterat: de predecessoris sui dolens sententia: canonicis eboracensibus iterum eum eligentibus electionem confirmavit: et eidem munus consecrationis impendit. Accepta ergo cum tanto beneficio papali benedictione: repatriavit pater wilelmus: et ubicunque locorum transitum faciebat: castimonia ac puritate: et divine consolationis gloria laudabiliter fulgebat. *Re.* Plebs occurrit presuli: cadit pons dissutus: sed a casu populus ruens redit tutus. ℣ Unda ruens populum recipit ruentem: et se pontem efficit per omnipotentem. Sed. Gloria. Sed. *In iij. nocturno an̄.* Ne cursus ad superos animo claudatur: mens dei dulcedini tota copulatur. *ps̄.* Domine quis habitabit. *An̄.* Servit elemosinis manus insopita: quibus se dat funditus vir israelita. *ps̄.* Domine in virtute. *An̄.* In sublime levat ut palma comam spei: et imputrescibilis vivit cedrus dei. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Magnificavit. *Expositio.* Homo quidam nobilis. *Omelia ut in communi. Re.* Fide fuit finees: ut job mansuetus: patiens ut israel. Ut noe discretus. ℣ Fidelis ut abraam[1]: ut loth hospitalis: sagax ut samuel: ut joseph liberalis. Ut noe. *L. viij.*

Cum autem beatus wilelmus civitatem eboracensem intraret: et pontem post patrem transire vellet: effrenata multitudo filiorum: populorum ponderositate rupta est lignei pontis compago: ita quod horrendum visu virorum ac mulierum et infantium innumere multitudines inter rapida fluvii fluenta[2] ceciderunt. Ad submersos enim est conversus prelatus: et populum undis undique involutum signo crucis insignivit: et resolutus in fletum: ne eos profundum absorberet: preces domino obtulit. Vix oratione finita: vorax unda superno jussa conspectu usque ad soli soliditatem se pontem lapsis prebuit universis. *Re.* Vivum Christus oleo tam large linivit Quod adhuc in mortuo olei fons vivit. ℣ Ut sit nomen presulis oleum effusum corpus fundit oleum ad egrorum usum. Quod. *Lectio ix.*

Mansit autem vir magnificus inter fratres ibidem per aliquot dies institutionibus sacris clarescere cepit: bonis ad solatium: malis ad metum: ut redderet domino populum acceptabilem. Cum ergo domino placuisset: tam preciosa margarita celum potius ornare quam solum: ad celebrandum sancte trinitatis festum se solenniter presul sanctus accinxit. Completis vero

[1] abraham: R.N.

[2] fluentia: R.N.

Digitized by Google

misteriis: ad palatium suum rediit: cameram intravit: vires suas vis febris exercuit: familiaribus suis obitus sui diem spiritu prophetico nunciavit. Cum vero obitus sui diem atque corporis dissolutionem sentiret: vale dicto fratribus: leto vultu spiritum domino reddidit letiorem. Tradita est sepulture sacri corporis gleba in ede sacra sancti petri: ubi plurima patrata sunt miracula: ad laudem domini nostri Jesu Christi: cui est honor et gloria in secula seculorum amen. *Re.* Adit sancti tumulum languidorum cetus: Et qui plangens venerat: plaudens redit letus. ℣ Presulis antidotum presens est egenis: quo devotos liberat pluribus a penis. Et qui. Gloria. Et. *ps̄.* Te deum. ℣ Ora pro nobis beate wilelme. *In laudibus antiphona.*

Claudi recti redeunt: furor effugatur: epilepsis passio sanitati datur. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Purgantur hydropici: laudes fantur muti: datur paraliticis suis membris uti. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Lepre tergit maculas membra dat castratis: lumen donat pluribus sine luce natis. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Rapiunt a pugile lex et hostis lumen quod per sanctum reparat ceco celi numen. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Ab abyssi faucibus biduo submersum: mater natum recipit a morte reversum. *ps̄.* Laudate. *Capitulum* Benedictionem. *Hymnus.* Jesu redemptor. *versiculus.* Justus germinabit. *In evangelio añ.* O wilelme pastor bone: cleri pater et patrone: mundi nobis in agone: confer opem et depone: vite sordes et corone celestis da gaudia. *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra. Memoria de confessoribus. Añ.* Sint lumbi. ℣ Sacerdotes. *Oratio ut supra. Ad horas antiphone de laudibus. Cetera de communi cum oratione propria. Ad vesperas antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Capitulum* Benedictionem. *Re.* Adit sancti. *Hymnus.* Jesu redemptor. *Vers.* Amavit. *In evang. añ.* Jesu nostra fiducia: honor noster et gloria: amor virtus leticia: vita veritas et via: justorum pax et patria: tua nos clementia wilelmi per suffragia: de mundi miseria transfer ad celestia. *ps̄.* Magnificat. *Oratio ut supra.* ℂ *Memoria de martyribus primo et feliciano. Añ.* Gaudent in celis anime sanctorum. ℣ Exultent. *Oratio.*

Fac nos quesumus domine sanctorum tuorum primi et feliciani semper festa[1] sectari: quorum suffragiis protectionis tue dona sentiamus. Per dominum. ℂ *Si festum sancti wilelmi ante penthecosten evenerit: dicatur de eo cum tribus lectionibus. Lectio prima de expositione evangelii secundum lucam.*

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum et reverti. Et reliqua. *Sermo ex commentario venerabilis bede presbyteri.*

Homo nobilis ille[2] [*Lectio vij.* est: cui cecus clamabat Fili david miserere mei. Et cui

[1] facta: R.N.

[2] 'ille' om.: R.N.

venienti in hierosolymam concinnebant Osanna filio david. Longinqua regio est ecclesia ex gentibus: que bifaria ratione regio longinqua vocatur: vel quia a finibus terre clamat ad dominum: vel quia longe est a peccatoribus salus. *Lectio viij.*

Beatus igitur wilelmus ex spectabili [1] prosapia regis illustris anglorum stephani ortus: preclaris natalium titulus [2] fuerat insignitus. Erat enim filius strenuissimi comitis herberti: ex emma sorore predicti regis. Verum ne sola parentum generositas vite sue seriem intitularet: morigerate mentis addita nobilitate genus geminavit. Et ut literarum laurea refloreret: liberalibus imbuitur disciplinis. *L. ix.*[3]

His et aliis divine gratie pensatis donis: eboracensis thesaurarius effectus: per virtutum gradus ascensiones [4] in corde suo disposuit mentis senilis immensam induens gravitatem. Erat enim in [5] societate mansuetus in loquendo modestus: in responsionibus circumspectus: in promisso stabilis: in consilio fidus: pronus ad concordiam: et rigidus ad censuram. *Et cetera ut habetur ad ejus festum.*

¶ *Infra octavas sancti wilelmi fiet*[6] *servitium de festo ix. lectionum et memoria de sancto wilelmo. In festis vero iij. lectionum fiet servitium de sancto wilelmo: et memoria tantum de sancto. Die vero dominica infra octavas suas: si vacaverit a festo ix. lectionum et in die octavarum si post festum sancte trinitatis ejus festum evenerit: nisi impediatur per festum corporis Christi: erit totum servitium de sancto wilelmo: sicut in die: preter legendam: que erit de miraculis suis more simplicis festi ix. lectionum cum mediis lectionibus de festo iij. lectionum que evenerint*[7]*: preter antiphonas super psalmos* Magnificat *et* Benedictus *in dominica infra octavas: sed non die octavo. et in ultimis lectionibus de expositione evangelii.* Homo quidam nobilis. *etc. Aliis vero diebus infra octavas dicetur Invitatorium.* Jubilemus regum. *Hymnus.* Iste confessor. *et una antiphona super psalmos ad matutinas et ad laudes etc. In vesperis vero una antiphona super psalmos feriales.*[8] Claudi recti *Capitulum* Benedictionem. *Hymnus* Jesu redemptor. ℣ Amavit. *Antiphone vero* In wilelmi laudibus *et cetere sequentes dicantur super psalmos.* Magnificat *et* Benedictus: *et etiam ad memoriam quando de eo non sit*[9] *servitium infra octavas ordinatim. et reincipiatur.*[10] *In omnibus vero memoriis ejus tam ad matutinas quam ad vesperas erit versiculus.* Ora pro nobis beate willelme. ¶ *Item infra octavas suas non dicitur de domina: nec de apostolis: nec dicantur memorie feriales.* ¶ *Suprascripto modo*

[1] expectabili: S.
[2] titulis: N.S.
[3] *iij.: S.*
[4] ascensionis: N.
[5] 'in' om.: R.N.
[6] *fit: S.*
[7] evenerit: R.N.
[8] *'scilicet' add: R.S.*
[9] *fit: R.N.S.*
[10] *reincipiantur: R.N.S.*

Digitized by Google

dicantur vespere infra octavas etiam in die sabbati: nisi quod ibi dicuntur omnes antiphone de laudibus super psalmos feriales. In primis[1] *vero vesperis die octavo dicantur super psalmos feriales antiphone* Claudi recti *cum ceteris sequentibus. Cap.* Ecce sacerdos. *Hym.* Iste confessor. *et cetera ad utrasque vesperas preter Responsorium sicut in die.*

¶ *Sanctorum martyrum primi et feliciani. Lectio j.*

Sancti igitur martyres Christi primus et felicianus comprehensi sunt a militibus: et ducti ad imperatores dioclitianum[2] et maximianum. Illi autem jusserunt eos ferro vinctos in carcerem recludi: ubi eis mox affuit angelus dei: et absolvit eos a vinculis quibus constricti erant. Post aliquos dies imperatores jusserunt eos extendi: et[3] virgis mactari: atque vinctos iterum incarcerari: ibique ab angelo dei quotidie sunt confortati. *Lec. ij.*

Post multum vero temporis preses promotus jussit eos ab invicem[4] separari: et dixit ad sanctum felicianum. Consule senectuti tue: et sacrifica diis. Beatus felicianus dixit: sunt anni triginta: quod cognovi veritatem dei: qui me de manibus tue crudelitatis liberavit. Audiens hec preses: jussit eum plumbatis cesum ad stipitem ligari: atque in manibus ejus ac pedibus clavos acutos figi: sicque in illo ligno per triduum fixus mansit: non manducans neque bibens. *Lectio iij.*

Post hec jussit preses beatum primum sibi presentari: et precepit in ore ejus plumbum buliens fundi presente feliciano. Beatus vero primus quasi aquam frigidissimam totum plumbum bibit. Tunc preses jussit dimitti ad eos duos leones. Qui cum dimissi fuissent: ad pedes sanctorum se volvere ceperunt. Videns autem preses quod non posset eos superare: et quia multi crediderunt per eos in domino Jesu Christo: plusquam mille quingenti viri cum omnibus suis: jussit eos capitalem subire sententiam. Per quorum merita ad ipsum perveniamus qui vivit et regnat in secula. *Cetera de communi plurimorum martyrum. Secundo die infra octavas sancti wilelmi*[5] *lectio* Mortuo igitur sancto wilelmo *quere in commemoratione ejusdem. Tertio die infra octavas* Adolescentula igitur quedam *quere in commemoratione ejusdem.*

¶ *Sancti barnabe apostoli ad vesperas si extra octavas corporis Christi contigerit: et fit de octavis sancti wilelmi. An̄.* Claudi recti. *cum sequentibus super psalmos feriales. Oratio.*

Ecclesiam tuam domine in omni prosperitate custodi: et beati barnabe apostoli tui suffultam patrociniis: supernis dignam exhibe gaudiis per dominum. *Lectio j.*

Redemptor et salvator noster dominus Jesus Christus antequam de interitu sathane triumphans victor et exultans

[1] *Imprimis: R.* [2] dioclecianum: R.S. diocletianum: N.
[3] 'et' om.: R.N. [4] abinvicem: R. [5] *willemi: N.*

Digitized by Google

penetraret regna celorum : sanctam ecclesiam : quam precioso suo sanguine acquisivit per beatos apostolos : et apostolicos viros immobiliter muniens fundavit : mirabiliter corroborans solidavit scilicet ut et ipsa inviolata semper et gloriosa maneret : et illorum predicatione novam sibi progeniem plurimosque filios domino aggregaret. *Lectio ij.*

Nam tertio post passionem domini anno : cum paulo ad apostolatus celsitudinem et predicationem divinitus electus est : vocante illos eodem spiritu : et dicente : Segregate mihi barnabam et paulum in opus ad quod assumpsi eos. Iste est barnabas sanctus : qui et joseph unus ex septuaginta duobus discipulis domini : qui secundum nominis sui presagium tali nomine vocitatus est. *Lectio iij.*

Nam barnabas hebraice : latine filius consolationis dicitur. Communiter enim cum sanctis degebat apostolis : et consolationem maximam prebebat inter eos. Beato vero barnabe apostolo per visum apparuit dominus Jesus Christus dicens : Constans esto barnaba : quoniam pro sancta devotione qua reliquisti generationem tuam pro nomine meo : in[1] ea perseverando premia eterna percipies. *Lectio iiij.*

Expleta ergo predicatione : plurimisque judeorum et gentilium ad Christum conversis : angelica visio facta est beato paulo apostolo dicens. Celerius propera hierusalem : quoniam fratres valde prestolantur adventum tuum. Quod cum beate barnabe panderet : ait barnabas Fiat voluntas domini : tantum obsecro : intercede pro me ad dominum. ut decertatio mea fiat acceptabilis in conspectu ejus. Nunc propero cyprum ibique finem complebo vite faciem tuam proch[2] dolor corporaliter non visurus. Hec proloquens procidit ad pedes pauli et flevit amare. *Lectio v.*

Cujus dolori beatus paulus compatiens : noli merere inquit frater. Non enim sine divino mysterio agitur. Hac enim nocte apparuit mihi dominus dicens : Ne prohibeas barnabam ire ciprum : quoniam illic preparata est gratia dei ad illuminationem multorum : et sacrum martyrium perficiendum. Tu autem perge hierusalem. Tunc positis genibus orantes et osculantes ad invicem[3] : vale dicto discesserunt. *Lectio vj.*

Introeuntes autem barnabas et discipulus ejus in salaminam : invenerunt impium judeum : nomine barien[4] : qui seditione facta contra barnabam : fecit eum comprehendi : affligi : et multis suppliciis cruciari. Postremo ligantes funem circa collum ejus : trahentes eum extra portam circundederunt eum igne : et crudeliter cremaverunt. Sicque beatus apostolus pro Christi amore adustus : migravit ad dominum : qui vivit et regnat in secula seculorum. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii secundum lucam.*

[1] meo : R. [2] proh : R.N. [3] adinvicem : R.N. [4] barieu : R.N.S.

Digitized by Google

Facta est contentio. *Omelia ut in communi[1] unius apostoli. Nec dubitetur quin antiphona* Juravit. *et cetere cum psalmis de apostolis dicende sunt in secundis vesperis si extra octavas corporis Christi contigerit.* ¶ *Et notandum: quod in festo sancti barnabe apostoli non fiunt medie lectiones de festo corporis Christi: nec de sancto wilelmo: sed memoria tantum: propter excellentiam dignitatis apostolice. Quinto die infra octavas sancti wilelmi lectio j.* Veniant in medium.[2] *quere in commemoratione ejusdem.*

¶ *Sanctorum martyrum basilidis: cirini[3]: naboris: et nazarii.* *Oratio.*

Sanctorum martyrum tuorum basilidis cirini[3] naboris et nazarii quesumus domine natalitia nobis votiva resplendeant: et quod illis contulit excellentia sempiterna: fructibus nostre devotionis accrescat: per dominum. *Lectio j.*

Sanctorum igitur martyrum basilidis cirini naboris[4] nazarii: et beatissimi pueri celsi veneranda celebramus solennia: qui post diversa tormentorum genera martyrio coronati sunt in civitate mediolana. Audiens vero quidam ex satellitibus neronis: nomine cornelius: relationem detulit ad ipsum neronem: quod nazarius per diversas provincias multitudinem hominum sua predicatione converteret. Cunque nero hujuscemodi mandatum accepisset: misit deutonem[5] comitem cum militibus ad perquirendum sanctum nazarium. *Lectio ij.*

Beatus vero nazarius a sancto clemente baptisatus: et de fide Christi instructus: verba vite prędicavit: et verum se Christi ministrum denunciavit. Cunque ad civitatem ebrodinensem venissent qui missi fuerant: sanctum nazarium quoddam oratorium edificantem cum juvene nomine celso invenerunt dicentes: Tune es nazarius: qui filium dei predicas? Beatus nazarius respondit: Quem querebas invenisti: ego sum. Cunque adducti fuissent neroni jussit eos incarcerari. Cum igitur in carcere diu essent afflicti: nero ad avolinum[6] ministrum suum dixit: Conscide colla eorum: et cadavera canibus expone et avibus nec eos quiescere patiaris. *Lectio iij.*

Cunque avolinus[6] eos publice vellet occidere: factus est populi tumultus: qui martyres Christi nazarium et puerum celsum venerabantur: et propter virtutes quas in domino operabantur affectuosius consolabantur.[7] In ergastulo itaque sunt recepti: et occulte interempti. Preciosa sanctorum corpora ab his sublata sunt qui dominum timebant: et extra portam que dicitur romana deposita in domum ciriaci viri religiosissimi: et sepulta ad laudem domini nostri Jesu Christi.

Sexto die infra octavam. *Lec. j.*

Duo monoculi simul ad sancti wilelmi sepulchrum tanquam

[1] '*Cetera de communi*' *add*: *S.*

[2] *prime lectiones veniant in medium*: *N.*

[3] *cyrini*: *N.* (*passim*).

[4] 'et' add: N.

[5] dentonem: R.N.

[6] anolinum: R.N. (passim).

[7] consolabatur: S.

Digitized by Google

ad oculorum nundinas accesserunt. Illis igitur aliquantisper[1] in oratione morantibus: uterque secundum sue partis defectum: divini luminis sensit effectum. Octo insuper eisdem diebus monoculi facies suas infamis binarii ab unitate recedentis: calculo gratulantur insigniri. *L. ij.*

In eadem hebdomada feria sexta: mulier quedam septennis cecitatis mulctata supplicio: omnes viscerum meatus intrinsecus tabe serpentis infectos sic habuit et inflatos: ut pugnans[2] gemellis et partui vicina putaretur: ante sacrum corpus orationi dedita tumor ventris sedatur: et cecitatis nubes effugatur. *L. iij.*

Populus quidam cujusdam filtrarii puer in puteo absorptus ante beati wilelmi memoriam a[3] parentibus presentatur. Et ecce ineffabilis dei misericordia inter ima suspiria spirat divina gratia: intro fletus mortuo nova vita reparatur. Fit ergo in puero suscitato divine gratie mutatio: luctus plebis et anxietas ad dei et beati wilelmi laudes et gratiarum consurgunt actiones.

Dominica infra octavam sancti wilelmi.[4] *Lectio j.*

Illud etiam curationum cumulis inserere dignum duxi: quod mulierem quandam[5] ad tumulum venientem: ita captivaverat a nativitate nature defectus: quod inter annosa vite sue tempora: nec lingua formavit verbum: nec auris admisit auditum. Verum cum in oratione pernoctasset duplici languore depulso: plectrum lingue solvitur: et auditus janua reseratur. *Lectio j.*

Eisdem diebus femina quedam in senecta gravi cecitatis vinculis fuerat alligata. Sed postquam medicinalis olei liquamine putride pupille fuerant delibute: vetus incola cecitas abscessit: et desideratus hospes visus subintravit. Paralitice quoque passionis dominatio adeo cujusdam viri membra populara ut quelibet corporis compago a suis artubus fuerat dissoluta. Eo igitur ad tumulum delato: omni imbecillitatis marcore deposito: totius corporis fabrica restauratur. *Lectio iij.*

Quid currerem per singulos? Quinque paralitici promiscui sexus: quos miseranda paralitice pestis calamitas: actu et gressu[6] destituerat: incolumitati pristine mystica virtute redduntur: et lingue prius palato annexe ad dei et sancti willelmi laudes sunt resolute. *Lectio iiij.*

Hoc cum explanatione singulari dignum reputo: quod senex quidam per plures annos quasi in pilam complicatus in tantum curabatur[7]: ut genas genibus gestantibus: brachiis et cruribus simul contortis: non celum sed solum intuebatur. Qui dum cella portatoria gestaretur ad tumbam sancti wilelmi: nervorum nodositate resoluta plene sanitati restituitur. *Lec. v.*

Mulier quedam quam leprosa probrositas in publicum prodire: vel in maritales non transire patiebatur amplexus: amicorum omnium destituta

[1] aliquantis semper: S. [2] pregnans: N.S. [3] 'a' om.: R.N.
[4] '*archyepiscopi*' *add: S.* [5] quendam: N. [6] egressu: R.N. [7] curvabatur: S.

Digitized by Google

solatio: ad solatium sancti venit: divulgatum remedium petitura. Ea[1] igitur ibidem in fletum resoluta: leprosa pestis depellitur: et membrorum ad sanitatem reformata congerie: ad conjugales effectus debito recipitur cum affectu. *Lectio vj.*

Mulier quedam dum in serotina cena gulam laxaret: partem rane male gustavit in pastillo. Horrore vero percussa: partem evomuit: partem interius in vita reservavit. Brevi tandem tempore cepit virus[2] vires suas per artus diffundere: et[3] ab officiis suis membra suspendit. Illa vero ad sancti reliquias manu maritali delata: viscera virus per oris ostium effuderunt. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii.* Homo quidam nobilis peregre. *ut in die.*

¶ *Sancti Basilii episcopi. Lectio prima.*

Igitur dum sanctus basilius baptizaretur: in ignis fulgore columba in jordanem descendit: et turbans aquam ad celum revolavit. Transeunte vero tempore: ipse basilius in cesarea ordinatus est episcopus. Quodam tempore dum julianus apostata adversus persas pergeret: sanctus basilius ei pro benedictione tres panes ordeaceos obtulit. Tunc imperator jussit accipere panes: et reddere ei fenum. Quod ille suspiciens[4] dixit: Nos quidem o imperator ex quibus comedimus: tibi obtulimus: tu autem ex quibus irrationabilia nutris dedisti nobis. *Lectio ij.*

Tunc iratus julianus dixit episcopo. Quando victor reversus fuero: civitatem tuam desolabo. Tunc sanctus basilius triduanum indixit jejunium. Viditque in somnis multitudinem celestis militie et beatam mariam in medio eorum dicentem. Vocate mihi mercurium: et pergat interficere julianum. Evigilans sanctus basilius perrexit ubi arma sancti mercurii conservabantur. Cumque arma ibidem non reperisset: omni populo interfectionem juliani retulit. Deinde cum omnibus reversus: invenit lanceam sancti mercurii sanguine madidam: dederuntque omnes deo laudem. *Lec. iij.*

Beatus vero abbas effrem audiens sancta opera basilii episcopi: postulabat revelari sibi qualis esset magnus basilius. Ipse ergo in extasi factus columnam ignis vidit: cujus caput pertingebat ad celum: et de super[5] vocem dicentem audivit. Effrem effrem: quemadmodum vidisti columnam istam ignis: talis est magnus basilius. Ipse vero ad patres suos est appositus: fidem nobis magnam relinquens in domino: cui est honor et gloria in secula seculorum amen. *Cetera de communi unius confessoris et pontificis.*

¶ *In octava sancti wilelmi.*
¶ *Si extra octavas corporis Christi evenerit. Ad vesp. añ.* Claudi recti *et cetere añe. sequentes cum psalmis ferialibus. Capitulum* Ecce sacerdos. *Hymnus.* Iste confessor. ℣ Amavit. *In evang. añ.* Nostri patris. *ps̄.*

[1] Et: R.N. [2] virtus: R. [3] ut: S.
[4] suscipiens: R.N.S. [5] desuper: N.S.

Digitized by Google

Magnificat. *Oratio* Deus qui nos beati willelmi. *Memoria de martyribus añ.* Gaudent in celis. *vers.* Exultent justi. *Oratio.* Deus qui nos concedis. *Ad matu. Invita.* Jubilemus. *ps̄.* Venite. *Et cetera sicut in die preter Responsorium in secundis vesperis cum legenda sequente.*

Inter hec dignum reputo [*L. j.* de quodam mortuo rem vivam recitare. Cujusdam mulieris filium unicum quartane typi pestilentis ardor invasit: et tam graviter agitavit: quod eum faucibus mortis mancipavit. Cum igitur misera mater filio se videret orbatam: materno commoritur affectu: immo quod difficilius erat: immanitate doloris quasi moriebatur: et plene mori non poterat. *Lectio ij.*

Verum cum sic rumpentes[1] lachrymas sepius vocaret anxietas et familia fletibus indulgens per luctus et lamenta dissolvi videretur: in miseriis satis persistens et prostrata gemens genitrix se genibus in terram prostravit denudatis. Celum precibus pulsavit et crebris lamentationum procellis ad propiciandum deum astantem populum invitavit: ut filium suum meritis beati wilelmi: cui vivum eum obtulerat sibi restitueret: aut eam cum filio funeraret.

Amicis igitur de [*Lectio iij.* exequiis cogitantibus dum mesta mater palleret in pulvere: vite vigor puerili pululare[2] cepit in corpore: vix elapso unius hore spacio: puer tanquam de gravi evigilans somno: molli anhelitu spirante: diem recepit in oculis: et motus naturalis per membra diffusus eum ad mortem consternatum ad sternutationem inducit. A leto itaque liberatus puer: et mater ad leticiam reparatur.

Medie lectiones de martyribus Vito Modesto et Crescentia.

Dioclitianus[3] furore re- [*L. iij.* pletus jussit clibanum parari et plumbum resinam et picem solvi: ac vitum athletam Christi in clibanum mitti. Ille autem signaculo[4] Christi facto: jactatus est in medio oile. Angelus autem domini extinxit furorem olle: et exclamavit vitus dicens. Quid est imperator: ubi sunt mine tue? Gratias tibi ago: quia fecisti lavacrum nobis: utinam et sabana prestares. *L. v.*

Imperator repletus ira: jussit leonem ei dimitti: qui mox ante pedes sancti cecidit: et pedes ejus linxit. Tunc dixit vitus. Ecce imperator animalia ista honorem reddunt deo: et tu non agnoscis creatorem tuum. Jussit itaque imperator preparare catastas et vitum cum modesto et crescentia patrissa sua in eisdem torqueri. Cui dixit vitus: Erubesce a muliere aut que est virtus tua cum muliere. *Lec. vj.*

Torquebatur autem in catasta et exclamavit beatus vitus: dicens ad dominum. Domine deus libera nos. Statimque factum est tonitruum magnum et choruscationes et terremotus: et ceciderunt templa idolorum: et mortua est tertia pars populi: et imperator fugit dicens: Ve

[1] erumpentes: R.
[2] pullulare: N.S.

[3] Dioclecianus: R.S. Diocletianus: N.
[4] 'crucis' add: S.

Digitized by Google

mihi quia a te infante me superatum cognosco. Sancti ergo invocabant dicentes. Domine Jesu Christe accipe animas nostras. Et facta est vox de celo dicens. Vite quod petisti datum est tibi: et pausaverunt in pace per eum qui vivit et regnat in secula seculorum. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii* Homo quidam nobilis. *et cetera ut in die cum memoria de martyribus: et oratione ut in communi.*

¶ *Sanctorum martyrum Cirici et Julite.* *Lectio j.*

Facta persecutione christianorum sub alexandro imperatore: preses julitam matronam nobilem christianam: suis jussit presentari tribunalibus. Que filium alebat parvulum nomine ciricum: cui cum lacte carnis disciplinam tradidit divine legis. Ad quam preses ait. Hortor te: ut sacrifices diis: antequam ad tormenta ducaris. Que dixit. Nec diis tuis immolo: nec tormenta pavesco. *Lectio ij.*

Interea tenellus infans ciricus a preside blandimentis demulcetur: deinde minis exasperatur. Ille vero blandientem eque ut minantem parvipendens: jubente preside cesus est vehementissime. At ille erectis in celum oculis: et parvis manibus extensis. benedicebat nomen salvatoris. Deinde pariter clavis confixi: evulsis oculis in carcerem trusi sunt. *Lectio iij.*

Erant autem in eadem custodia in vinculis detenti circiter quadringenti quadraginta quattuor viri: quos industria pie matris julite filiique ejus cirici ad fidem convertit Jesu Christi.

Quo comperto: alexander data sententia jussit eos quantotius plecti capitali pena. Julitam vero cum filio suo cirico excoriari atque super carbones assari: ac linguas eorum abscidi jussit: et ad ultimum capita eorum amputari. Sicque anime eorum sanctorum martyrum choris sunt sociate: ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi plurimorum martyrum.*

¶ *Sancti Botulphi abbatis. L. j*

Cum beatus Christi confessor Botulphus vere fidei gratiam: et sancte conversationis disciplinam didicerat: attonsus comam capitis: habitum mundi exuit: armaturam dei induit: et sacri ordinis gradum conscendit: minus doctos quos invenit efficacissime instruxit: et legem dei cunctos docuit. *Lectio ij.*

Cumque athelmundi regis gratiam obtinuisset: locum idoneum ad construendum monasterium adeptus est. Sed sicut ille locus diutius ab omnibus derelictus est: sic a demonibus erat possessus. Sanctus itaque botulphus oratione prelibata signo crucis edito: inanem demonum turbam in obscenam vertit fugam: ac ibidem divini incolatus domum construxit. Congregatis deinde fratribus in obsequium salvatoris: charitatem continuam eos habere docuit: timorem domini et amorem pariter illos observare perpetuum diligenter premonuit.

Cum vero in Christi [*Lectio iij.* famulatibus diutius laborasset: ad honestum et sanctum pervenit senium. Appropinquente vite sue termino

Digitized by Google

graviorique invalescente morbo: pia tamen non defuit intentio. Longis itaque virtutum studiis adornatus miles Christi indefessus evocante domino: homine terreno exutus: in eodem quod construxerat monasterio est sepultus: ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius confessoris non pontificis.*

¶ *Sanctorum martyrum marci et marcelliani.* *Oratio.*

Presta quesumus omnipotens deus: ut qui sanctorum martyrum tuorum marci et marcelliani natalicia colimus a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. per dominum. *Lectio j.*

Charissimis igitur viris marcelliano et marco duobus geminis fratribus pro Christi nomine in vinculis constitutis: quotidie sanctus sebastianus solatium exhibebat: et tam ipsis quam servis eorum cum quibus tenti fuerant salutaria fidei consilia ministrabat: quibus ut fugitiva seculi blandimenta respuerent et momentanea tormentorum genera non timerent: monebat. Qui cum beatissime conversationi acquiescerent et verbera carnificum animo perseveranti transirent: capitalem jussi sunt subire sententiam. *L. ij.*

Sancti igitur marcus et marcellianus inter uxorum lachrymas et suspiria filiorum ceperunt mollescere: et animos suos ad dolorem flectere. Quos videns sanctus sebastianus immenso certaminis pondere fatigari: dixit ad eos. O fortissimi milites Christi: nolite per misera blandimenta coronas deponere sempiternas. Hiis et aliis exhortationibus sancti sebastiani: omnes qui ad decipiendos sanctos martyres venerant: crediderunt in Christum. *Lectio iij.*

Tenentur post hec a duce fabiano marcellianus et marcus: et ambo ligati ad stipitem in pedibus acutos[1] acceperunt. Tunc ambo fratres in uno ligno confixi: psallebant dicentes. Ecce quam bonum et quam jocundum habitare fratres in unum. Cunque transisset unus dies et et[2] una nox: et illi in orationibus perseverarent: judex fabianus jussit eos ambos ibi ubi stabant lanceis per latera verberari: sicque per martyrii gloriam ad syderea regna migraverunt. *Cetera de communi plurimorum martyrum.*

¶ *Sanctorum martyrum gervasii et prothasii.* *Oratio.*

Deus qui nos annua sanctorum martyrum tuorum gervasii et prothasii solennitate letificas: concede propitius: ut quorum gaudemus meritis accendamur exemplis per dominum. *Lectio j.*

Sanctorum igitur corpora martyrum gervasii et prothasii sanctus ambrosius mediolanensis episcopus beato paulo apostolo monstrante: invenire cum descripto eorum martyrio promeruit. Quorum mater valeria et pater vitalis dicti sunt. Hic ergo vitalis: quia diis sacrificare contempsit: paulinus judex jussit eum supinum in foveam deponi et terra ac lapidibus obrui: sicque martyr Christi probatus effectus est. *Lectio ij.*

[1] aculeos: N.

[2] 'et' om.: R.N.

Digitized by Google

Valeria vero mater supradictorum[1] gervasii et protasii dum nollet manducare de sacrificiis idolorum tanta cede mactata est: ut eam sui homines vix seminecem ad domum suam perducerent: atque ita in triduo migravit ad Christum. Sancti igitur martyres post patris et matris eorum mortem: sese concluserunt in uno cenaculo per decem annos: lectionibus et orationibus et jejuniis vacantes: atque anno undecimo ad palmam martyrii pervenerunt. *Lectio iij.*

Cum ergo astachius comes proficisceretur ad bellum: occurrerunt ei templorum cultores cum sacerdotibus dicentes. Si vis ad augustos nostros reverti victor: fac gervasium et prothasium sacrificare. Vehementer enim dii nostri de eorum contemptu commoti sunt: et dare nobis responsa contemnunt. Audiens hec comes precepit eos duci ad se: et quia sacrificare nolebant: primo jussit gervasium tandiu plumbatis cedi quousque spiritum exalaret. Amoto igitur gervasio jussit prothasium primo fustibus cedi: ac sic graviter cesum decollari. Quidam ergo philippus christianissimus furtim sanctorum corpora rapuit: atque ea in domo sua sepelivit. Quorum suffragiis ad sanctam eorum societatem perducamur illo prestante: qui vivit et regnat in secula seculorum amen. *Cetera de communi plurimorum martyrum.*

❡ *Sancti Leufredi*[2] *abbatis et confessoris. Lectio j.*

Salvator mundi qui doctrina evangelica mundum irradiavit: beatum leufridum[3] abbatem insigniter miraculorum donis decoravit. Nam inter signa que gesserat hoc principium fuit. Quidam igitur monachorum suorum tanta antiqui hostis malicia percussus est: ut subito exalare animam se crederet. Currensque ad sanctum virum dei: voce lachrymabili dixit. Succurre pater succurre quia modo ab hac luce discessurus sum. Tunc vir dei facta oratione tradidit ei baculum: quem manu gestabat et statim sanatus est. *Lectio ij.*

Alio quoque tempore antiquus hostis quendam hominem: contra virum dei intantum instigavit ut eum falsidicum appellaret. Cui vir dei ait. Deus judicet inter me et te. Et in hoc apparebit quis nostrum justiciam impugnet. Si modo omnes dentes ejus ab ore radicitus ceciderint: et sit hoc signum per illius progeniem. Vix verba complevit: et pondus condigne ultionis ipsum et semen ejus percussit. ita ut omnes de illius progenie nati hac maledictione deturpati sunt usque in hodiernum diem. *Lectio iij.*

Post transitum vero sancti leufredi abbatis: quidam pene viginti annorum cecus ad sepulchrum filius[4] venit: ibique sanitatem recepit. Quedam etiam femina ceca candelam misit ad memoriam viri dei: statim ut candela illa ad sepulchrum ejus accensa est: femina

[1] 'martyrum' add: R.N.S. [2] leufridi: N.S. [3] leufredum: R.N.
[4] illius: R.S.

Digitized by Google

illa lumen recepit. Plura omisimus que ad memoriam ejus facta referuntur ne forte legentibus fastidium gigneretur: sed deus omnipotens suis intercessionibus nobis prestet: ut coheredes illius in retributione justorum existere mereamur. per eum qui vivit et regnat in secula seculorum amen. *Cetera de communi unius confessoris non pontificis. Si vero festum sancti albani in dominica proxima post octavam corporis Christi evenerit: anticipetur aut fiat de eo die sabbati precedenti absque mediis lectionibus de sancto leufrido: et ipso die dominico incipiatur hystoria.* Deus omnium *etc.*

¶ *Sancti albani martyris. Lectio prima.*

In illo tempore: Sanctus albanus paganus adhuc cum perfidorum principum mandata adversum christianos sevirent: clericum nomine amplubalum persecutores fugientem: recipit[1] hospitio. Quem dum orationibus continuis ac vigiliis die noctuque studere conspiceret: subito divina gratia respectus exemplum fidei ac pietatis illius: cepit emulari: ac salutaribus ejus exhortationibus edoctus: relictis ydolatrie tenebris. christianus integro ex corde factus est. *Lectio ij.*

Igitur cum prefatus clericus aliquot diebus apud albanum hospitaretur: pervenit ad aures nephandi principis confessorem Christi cui necdum fuerat locus martyrii deputatus: penes albanum latere. unde statim jussit milites eum diligentius inquirere. Mox sanctus albanus se pro hospite ac magistro suo ipsius habitu id est caracalla indutus militibus exhibuit: atque ad judicem vinctus perductus est. *Lectio iij.*

Mox ergo ut judex albanum vidit: ira succensus est nimia quod se ultro pro hospite quem receperat militibus offerret. Dixitque ad eum. Quecunque illi debebantur[2] supplicia: tu solvere habes: si diis sacrificare nolueris.[3] Albanus respondit Quicunque hiis simulacris sacrificaverit: eternas inferni penas pro mercede recipiet. *Lectio iiij.*

Judex ergo auditis verbis sancti albani[4] repletus: precepit ut tormentis afficeretur acerrimis. At ubi judex illum tormentis superari non posse persensit: capite eum plecti jussit. Cunque ad mortem duceretur[5]: carnifex qui eum percussurus erat: divino admonitus instinctu. projectoque ense: pedibus ejus advolvitur. desiderans: ut cum martyre quem percutere jubebatur: ipse potius percuti mereretur. *Lectio v.*

Cum ergo carnifex ille qui sanctum albanum percussurus erat factus esset ex persecutore collega veritatis et fidei: ac jacente ferro esset inter carnifices justa cunctatio[6] sanctus albanus montem ascendit: darique sibi a deo aquam rogavit. Statimque incluso meatu ante pedes ejus fons perhennis exortus est: ut omnes agnoscerent etiam torrentem martyri obsequium detulisse. *Lectio vj.*

[1] recepit: R.N. [2] debebant: S. [3] nolueritis: S.
[4] 'ira' add: R.N. [5] ducceretur: R.N.S. [6] cuncitatio: N.

Digitized by Google

Decollatus[1] est itaque martyr ille ibidemque accepit coronam vite: quam repromisit deus diligentibus se. Sed qui martyrem percussit: gaudere super mortuum non est permissus. Oculi ejus in terram una cum beati martyris capite deciderunt. Decollatus est etiam cum beato albano miles ille qui eum antea superno nutu correptus ferire recusanit.[2] Passus est beatus albanus die decimo kalendarum Juliarum juxta civitatem verolanitum que nunc a gente anglorum weatlinga cester[3] appellatur: ubi est ecclesia mirandi operis constructa ad laudem ipsius martyris et domini nostri Jesu Christi. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii.* Nihil opertum *Omelia ut in nomini.*[4] *Cetera de communi unius martyris.*

¶ *In vigilia sancti johannis baptiste fiat servicium de sancta Etheldreda cum nocturno propter vigiliam.* *Lectio j.*

In illo tempore: Accepit rex ecfridus[5] conjugem nomine etheldredam filiam ananie regis orientalium anglorum: quam et ante illum alter vir habuerat uxorem: princeps videlicet australium girniorum vocabulo tondobertus. Sed illo post modicum temporis ex quo eam suscepit defuncto: data est regi prefato. Cujus consortio cum duodecim annis uteretur: perpetua tamen mansit virginitatis integritate.[6]

Beata vero etheldreda: [*L. ij.* multum diu regem postulans: ut seculi curas[7] relinqueret: atque in monasterio tantum vero regi Christo servire permitteretur. ubi vix aliquando impetravit: ipsa mox intravit monasterium ebbe abbatisse que erat amica regis elfridi: accepto velamine[8] sanctimonialis habitu a sancto wilfrido episcopo. *Lec. iij.*

Post annum vero beata etheldreda facta est abbatissa in regione que vocatur hely: ubi constructo monasterio virginum deo devotarum: mater virgo: et exemplis cepit esse et monitis. Rapta est autem beata etheldreda ad dominum post annos septem ex quo abbatisse gradum susceperat. Et cum sedecim annis esset sepulta: corpus ejus ita incorruptum inventum est: ac si eodem fuisset die defuncta. Laverunt igitur virginis corpus: et novis indutum vestibus intulerunt ecclesiam. ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera omnia tam ad matu. quam ad horas dicantur de communi unius virginis non martyris. Missa autem erit de vigilia prout inferius notatur. Si autem in dominica evenerit vigilia: memoria et medie lectiones fiant de virgine sive agatur de dominica sive de octavis corporis Christi et dicetur missa de vigilia in capitulo cum* Gloria in excelsis *et* Credo *sed sine sequentia quia nunquam dicitur sequentia in aliqua vigilia. nisi in vigilia nativitatis domini.*[9] *si die dominica evenerit. quia major missa ibi erit de vigilia. et tunc dicetur sequentia pertinens ad*

[1] Decolatus: N. [2] recusavit: R.N.S. [3] vueclinga cester: N. wedyngacester: S. [4] *communi: ?* [5] elfridus: N. [6] integritas: N. [7] cura: S. [8] 'et' add: N. [9] *dominice: N.*

Digitized by Google

dominicam. Idem vero ordo ut prius de sancto johanne baptista observetur in vigilia apostolorum Petri et pauli: et aliis vigiliis sanctorum que pro vigilia habentur in quibus festa trium lectionum evenerint. ℭ *De vigilia vero nativitatis sancti johannis baptiste vel apostolorum petri et pauli infra octavam corporis Christi contingente. qualiter agendum sit queratur in rubrica corporis Christi. Si dominica que infra octavam sancti johannis varie contingit a festo vacaverit: fiat servitium de dominica et medie lectiones de sancto johanne et memoria de eodem. et in sabbato ad vesperas antiphona* Elizabeth *cum psalmis ferialibus. et ad secundas vesperas antiphone et psalmi dominicales. nisi in vigilia apostolorum evenerit. Et si vigilia apostolorum in dominica evenerit. fiat similiter de dominica. et medie lectiones de sancto leone papa. Memoria tamen fiat de sancto johanne: et missa de vigilia in capitulo. Item infra octavam sancti Johannis baptiste fit servicium de festo trium lectionum cum regimine chori et cum psalmo* Te deum laudamus. *propter octavam nisi in festo sancti leonis pape ubi non dicitur psalmus* Te deum. *propter vigiliam et ibi dicitur Invitatorium ab uno: nec tamen dicuntur memorie feriales. Infra octavam apostolorum non dicetur de aliquo festo trium lectionum nisi de octava*[1] *sancti Johannis.*

ℭ *Item infra octavam sancti johannis non fit servicium mortuorum in communi: ab ebdomadario tamen dicetur. Nec dicuntur memorie consuete Non dicitur de sancto wilelmo vel de Apostolis sed de domina. Infra octavam vero apostolorum neque de sancto wilelmo neque de domina dicetur. Item infra octavam sancti johannis diebus vacuis fit de sancto Johanne. Si vero octave sue in dominica evenerint: fit servicium de apostolis: et medie lectiones de sancto Johanne. Item si dominica que infra octavas Apostolorum varie contingit a festo vacaverit: totum servicium fiat de apostolis cum novem lectionibus nihil de dominica.* ℭ *Si vero in die sanctorum Johannis et pauli dominica evenerit: fiat servicium de dominica: et medie lectiones de martyribus: et fiat memoria de sancto Johanne baptista: et illo anno omnino pretermittantur antiphone sue super laudibus*[2] *nec tamen in festis istorum vel consimilium dicitur psalmus* Te deum laudamus. *nisi fuerit ob gratiam aliquarum octavarum et similiter de consimilibus habentibus proprias laudes et cetera.*

ℭ *In festo sancti Johannis baptiste. Ad vesperas antiphona.*

Ex utero senectutis et sterilis johannes natus est precursor domini. *Psalmi feriales.* *Añ.* Ipse preibit ante illum spiritu et virtute helie parare domino plebem perfectam. *Añ.* Inter natos mulierum non surrexit major johanne baptista. *Añ.* Tu puer propheta altissimi vocaberis preibis ante dominum parare vias ejus. *Añ.* Nazareus vocabitur puer iste vinum et siceram non bibet et omne immundum

[1] *octavis: N.*

[2] *laudes: N.*

Digitized by Google

non manducabit ex utero matris sue. *Capitulum.*

Priusquam te formarem in utero novi te et antequam exires de vulva sanctificavi te et prophetam in gentibus dedi te. *Re.* Descendit angelus. *Hym.*

Ut queant laxis resonare fibris mira gestorum famuli tuorum solve polluti labii reatum sancte johannes. Nuncius celso veniens olympo te patri natum[1] fore nasciturum nomen et vite seriem gerende ordine promit. Ille promissi dubius superni perdidit promte[2] modulos loquele sed reformasti genitus perempte organa vocis. Ventris obstruso positus cubili senseras regem thalamo manentem hinc parens nati meritis uterque abdita pandit. Laudibus cives celebrant superni te deus simplex pariterque trine supplices et nos veniam precamur parce redemptis. Amen. ℣ Fuit homo missus a deo Cui nomen erat johannes. *In evange. añ.* Ingresso zacharia templum domini apparuit ei gabriel angelus stans a dextris altaris incensi. *ps̄.* Magnificat.

Presta quesumus om- [*Oratio.* nipotens deus: ut familia tua per viam salutis incedat: et beati johannis precursoris hortamenta sectando ad eum quem predixit secura perveniat. Dominum nostrum Jesum Christum. *Ad matuti. Invita.* Regem precursoris dominum Venite adoremus. *ps̄.* Venite. *Hymnus.*

Antra deserti teneris sub annis civium turmas fugiens petisti ne levi saltem maculare vitam famine posses. Prebuit hirtum[3] tegimen camelus artubus sacris stropheum[4] bidentes cui latex haustum sociata pastum mella locustis. Ceteri tantum cecinere vatum corde presago jubar affuturum tu quidem mundi scelus auferentem indice prodis. Non fuit vasti spacium per orbis sanctior quisquam genitus johanne qui nephas secli meruit lavantem tingere limphis. Laudibus cives. *In primo nocturno añ.* Priusquam te formarem in utero novi te et antequam exires[5] sanctificavi te. *ps̄.* Beatus vir. *Añ.* Ad omnia que mittam te dicit dominus[6] ne timeas et que mandavero tibi loqueris ad eos. *ps̄.* Quare fremuerunt. *Añ.* Ne timeas a facie eorum quia ego tecum sum dicit dominus. *ps̄.* Domine quid multiplicati. ℣ Gloria et honore. *Lectio j.*

Solennitatem nobis diversorum martyrum karissimi[7] vite presentis occasus: et suscepta ab eis pro Christi nomine passio consecravit. Multimoda namque veterum relatione didicimus nonnullos martyrum prostratos gladio: igne alios concrematos: quamplures bestiarum dilacreatos[8] dentibus innumeros etiam variis tormentorum cruciatibus affectos spreta sui corporis morte: christiane fidei testimonium reddidisse. *Re.* Fuit homo missus a deo cui nomen johannes erat: hic venit ut testimonium perhiberet de lumine. Et parare domino plebem perfectam. ℣ Erat johannes in deserto predicans baptismum penitentie. Et. *L. ij.*

[1] pro 'natum' magnum: R.N.
[2] prompte: R.N.
[3] hircum: R.
[4] strophium: R.N.
[5] pro 'exires' progredereris: R.N.
[6] 'ibis' add: R.N.
[7] charissimi: N.
[8] dilaceratos: R.N.

Digitized by Google

Beatus vero johannes baptista cujus nunc festivitate letamur: celestia mundo gaudia sterili ab utero hodie natus invexit. In tantum autem in eo specialis prefulsit electio: ut ante mereretur annunciare dominum: quam nascendi haberet inicium: vel linguam que nunciare posset acciperet. *Re.* Descendit angelus domini ad zachariam dicens: accipe puerum in senectute tua. Et habebit nomen johannes baptista. ℣ Ne timeas zacharia: quoniam exaudita est oratio tua: et elizabet[1] uxor tua pariet tibi filium. Et habebit. *Lectio iij.*

Denique elizabet illa vetus mulier: et nova mater: que ante partum suum de futuri filii letabatur officio: venienti ad se beate marie in ipso salutationis occursu ait. Ecce exquo[2] facta est vox salutationis tue in auribus meis exultavit infans in gaudio in utero meo. *Re.* Gabriel angelus apparuit zacharie dicens: nascetur tibi filius nomen ejus johannes vocabitur. Et multi in nativitate ejus gaudebunt. ℣ Erit enim magnus coram domino vinum et siceram non bibet. Et multi. Gloria. Et multi. *In ij. nocturno añ.* Misit dominus manum suam et tetigit os meum: et prophetam in gentibus dedit me dominus. *ps̄.* Cum invocarem. *Añ.* Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te super gentes et regna. *ps̄.* Verba mea. *Añ.* Dominus ab utero vocavit me de ventre matris mee recordatus est nominis mei. *ps̄.* Domine dominus noster. ℣ Posuisti. *Lectio iiij.*

Quid est hoc miraculi fratres. que tantorum gaudiorum novitas: ut habere se in utero elizabet testaretur infantem: qui necdum semetipsum sentiens: dominicum jam sentiret adventum? Vere omnium hic beatissimus parvulorum qui intra viscera materna adhuc conclusus: adesse salvatorem mundi quod necdum sermone poterat: prophetico spiritu revelavit. *Re.* Ipse preibit ante illum in spiritu et virtute helye. Ut convertat corda patrum in filios et incredulos ad prudentiam justorum parare domino plebem perfectam. ℣ Erit enim magnus coram domino: et spiritusancto replebitur. Ut convertat. *Lec. v.*

Charissimi: nullus ignorat omnem parvulum materno utero prodeuntem: inter ipsa lucis exordia mestis concrepare vagitibus: solus baptista domini ultra legem nascentium nativitatem suam prevenit letitie exultatione. Et ut[3] decuit fratres hoc ut de sterili matre nasceretur qui fecunditatem virginis revelaret: quatinus mirabilem partum: mirabiliter natus ostenderet. *Re.* Elizabet zacharie magnum virum genuit johannem baptistam precursorem domini. Qui viam domino preparavit in heremo. ℣ Fuit homo missus a deo: cui nomen erat johannes. Qui. *Lectio vj.*

Illud etiam quam stupendum quamque magnificum: quod zacharias sacerdos pater futuri

[1] elizabeth *passim*: R.N. [2] ex quo: R.N. [3] pro 'ut' quam: R.N.

Digitized by Google

prophete. quia hoc ipsum quod gerebatur angelo loquenti non credidit: usus loquentis amisit: donec promissione completa: natus novi hominis preco paterne lingue vincula reseravit. Os enim quod angelus clauserat: promissus ab angelo filius reseravit. Benignissimus[1] pastor inquirat[2]: ut sicut de baptiste domini hodie nativitate letamur: ita de dei nostri reconsiliatione gaudeamus: cui honor et gloria in secula seculorum. amen. *Re.* Innuebant patri ejus quem vellet vocari eum et postulans pugillarem scripsit dicens. Johannes est nomen ejus. ℣ Apertum est os zacharie et prophetavit dicens. Johannes. Gloria. Johannes. *In tertio nocturno añ.* Posuit os meum dominus quasi gladium acutum in umbra manus sue protexit me. *ps̄.* In domino confido. *Añ.* Formans me ex utero servum sibi dominus in lucem gentium: ut sim salus ejus ab extremis terre. *ps̄.* Domine quis habitabit. *Añ.* Reges videbunt et consurgent principes: et adorabunt dominum deum tuum: qui elegit te. *ps̄.* Bonum est confiteri. ℣ Magna est. *Secundum lucam.*

In illo tempore: Elisabeth impletum est tempus pariendi: et peperit filium. Et reliqua. *Omelia venerabilis bede presbyteri.* *Lectio vij.*

Precursoris domini nativitas: sicut lectionis evangelice prodit historia: multa miraculorum sublimitate refulget: quia nimirum decebat ut ille quo major inter natos mulierum nemo surrexit: majore pre ceteris sanctis in ipso mox ortu virtutum jubare claresceret. Unde merito sancta per orbem ecclesia: que tot beatorum martyrum victorias: quibus ingressum regni celestis meruere frequentat: hujus tantummodo post dominicum etiam nativitatis diem celebrare consuevit. *Re.* Ecce constitui te hodie super gentes et super regna dicit dominus. Ut evellas: et destruas: et edifices: et plantes in nomine domini. ℣ Antequam exires de vulva sanctificavi te: et prophetam in gentibus dedi te. Ut evellas: et destruas: et edifices: et plantes in nomine domini. *L. viij.*

Jure igitur utriusque nativitas summa devotione celebratur sed in illius tanquam in Christi salvatoris mundi: tanquam in solis justicie exortu omni populo gaudium evangelizatur. In hujus autem tanquam in precursoris domini: in servi dei eximii: in lucerne ardentis et lucentis multi gavisuri esse nativitate memorantur. *Re.* Priusquam te formarem in utero novi te et antequam exires de ventre sanctificavi te. Et prophetam in gentibus dedi te. ℣ Ecce dedi verba mea in ore tuo ecce constitui te super gentes et super regna. Et. *Lectio ix.*

Igitur sanctus johannes peccatorum consorcia declinans: ab omni quo inebriari potest abstinebat. Christus vero inter peccatores conversans: peccati omnis immunis permansit.

[1] 'ergo' add: R.N.

[2] pro 'inquirat' deus concedat: R.N.

Digitized by Google

Johanne autem nato congratulabantur vicini et cognati illius genitrici: quia magnificavit dominus misericordiam suam cum illa. Domino autem nato congratulabantur ecclesie: quia venit tempus miserandi[1] ejus. Ipsum itaque intercedendo rogamus impetrare: ut ad eam cui testimonium perhibuit lucem pervenire mereamur. Jesum Christum dominum nostrum: qui vivit et regnat in secula seculorum Amen. *Re.* Inter natos mulierum non surrexit major johanne baptista. Qui viam domino preparavit in heremo. ℣ Fuit homo missus a deo cui nomen erat johannes. Qui. Gloria. Qui viam. *ps̄.* Te deum. ℣ Fuit homo. *In laudibus an̄.*

Elisabet zacharie magnum virum genuit johannem baptistam precursorem domini. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Innuebant patri ejus quem vellet vocari eum et scripsit dicens johannes est nomen ejus. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Johannes vocabitur nomen ejus et in nativitate ejus multi gaudebunt. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Johannes est nomen ejus vinum et siceram non bibet et multi in nativitate ejus gaudebunt. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Iste puer magnus coram domino nam et manus ejus cum ipso est. *ps̄.* Laudate dominum. *Cap.*

Audite insule et attendite populi de longe dominus ab utero vocavit me: de ventre matris mee recordatus est nominis mei. *Hymnus.*

O nimis felix meritisque celsi nesciens labem nivei pudoris prepotens martyr heremique cultor maxime vatum. Serta terdenis alios coronant aucta crementis duplicata quosdam trino[2] centeno cumulata fructu te sacer ornant. Nunc potens nostri meritis opimis pectoris duros lapides repelle: asperum planans iter et reflexos dirige calles. Ut pius mundi sator et redemptor mentibus pulsa livione[3] puris rite dignetur veniens sacratos ponere gressus. Laudibus cives. ℣ Justus ut palma. *In evang. an̄.* Apertum est os zacharie et prophetavit dicens *hic statim incipiatur ps̄.* Benedictus. *Post psalmum dicatur tota antiphona hoc modo* Apertum est os zacharie et prophetavit dicens benedictus deus israel. *Oratio.*

Deus qui presentem diem honorabilem nobis in beati johannis nativitate fecisti da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum et omnium fidelium mentes dirige in viam salutis eterne. per dominum. *Ad primam antiphona* Elizabet. *ps̄.* Deus in nomine. *An̄.* Gratias. *ps̄.* Quicunque vult. *Ad tertiam an̄.* Innuebant. *ps̄.* Legem pone. *Capl'm.* Audite insule. *Re.* Gloria et honore. *Oratio* Deus qui presentem. *Ad sextam an̄.* Johannes vocabitur. *ps̄.* Defecit. *Cap.* Priusquam te. *Re.* Posuisti. *Oratio ut supra.* *Ad nonam an̄.* Iste puer. *ps̄.* Mirabilia. *Capitulum.*

Reges videbunt et consurgent principes et adorabunt dominum deum tuum et sanctum israel qui elegit te. *Re.* Magna est gloria. *Oratio ut supra.* *Ad*

[1] miserendi: R. [2] trina: R.N. [3] luvione: R.N.

Digitized by Google

vesperas. antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Capitulum. Audite insule. *Re.* Inter natos. *Hymnus.* O nimis felix. ℣ Fuit homo. *In evang. añ.* Puer qui natus est nobis plusquam propheta est hic est enim de quo salvator ait inter natos mulierum non surrexit major johanne baptista. *ps̄.* Magnificat. *Or̄o.* Deus qui presentem. ¶ *Secundo die Ad matutinas Invitatorium.* Regem precursorem. *ps̄.* Venite. *Hym.* Antra deserti. *In nocturno añ.* Priusquam te. *ps̄.* Beatus vir. *et ceteri psalmi sicut in die et sic per octavas quando de eo dicitur.* ℣ Gloria et honore. *Lec. j.*

Festivitatem presentem fratres karissimi[1]: venerandi johannis baptiste gemina nativitas consecravit: qui idcirco in hoc seculum superna dispensatione directus est: ut non solum ipse prophetali sublimaretur gloria sed ut omnium per eum prophetarum preconia firmarentur. *Re.* Fuit homo. *Lectio ij.*

Hic enim speciali quadam gratia ob hoc redemptorem mundi novissimus prophetavit: ut eum primus ostenderet. Hic etiam solus est prophetarum: qui dominum nostrum Jesum Christum quem alii in longa futurum tempora prescierunt propriis videre oculis meruit et annunciare presentem. *Re.* Descendit angelus. *Lectio iij.*

Veniente enim domino ad baptismum sicut sacratissimum evangelium refert: beatus ejus baptisma[2] hujusmodi proru-pit in vocem. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Propter hoc nimirum plusquam propheta a salvatore dictus est: quoniam ceteri omnes venturi adhuc Christi fuere precones: hic autem probatissimus venit domini presentis assertor. Plusquam propheta est: cujus manibus quod nulli est prestitum prophetarum: baptizandum se filius dei inclinavit. *Re.* Gabriel angelus. *ps̄.* Te deum. ℣ Fuit homo. *In laudibus hec sola antiphona* Elizabet. *ps̄.* Dominus regnavit. *Cap.* Audite insule. *Hymnus.* O nimis felix. ℣ Justus ut palma. *In evang. añ.* Ex utero. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Deus qui presentem diem *Ad horas antiphone de laudibus. Capitulum. Responsorium Oratio ut supra in die. Ad vesperas añ.* Elizabet. *hec sola antiphona dicatur quotidie ad vesperas super psalmos feriales. usque ad vigiliam apostolorum quando fit servicium trium lectionum. Capitulum.* Audite insule. *Hymnus* O nimis felix. ℣ Fuit homo. *In evangelio añ.* Ipse preibit. *ps̄.* Magnificat. *Et est sciendum quod antiphone de primis vesperis dicentur*[3] *cum earum repetitione infra octavas ad vesperas et ad matutinas super psalmos* Magnificat *et* Benedictus *et ad memoriam cum de aliquo sancto fit servicium. Et quando fit de sancto johanne. versiculus ad vesperas post hymnum* Fuit homo. *Ad matutinas versiculus* Justus ut palma. *Si tamen*[4] *memoria tam ad matutinas quam*

[1] charissimi: N.
[2] baptista: R.N.S.
[3] *dicuntur: R.N.*
[4] *tantum: R.N.S.*

Digitized by Google

ad vesperas versiculus Fuit *dicatur.*

¶ *Sanctorum martyrum Johannis et Pauli.*

Ad vesperas an̄. Elizabet. *cum psalmis ferialibus. Capitulum* Sancti per fidem. *Hymnus* Sanctorum meritis. ℣ Exultent justi. *In evangelio antiphona.* Isti sunt due olive et duo candelabra lucentia ante dominum habent potestatem claudere celum nubibus et aperire portas ejus quia lingue eorum claves celi facte sunt. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Quesumus omnipotens deus: ut nos geminata leticia hodierne festivitatis excipiat que de beatorum johannis et pauli glorificatione procedit: quos eadem fides et passio fecit esse germanos. per dominum. *Memoria de sancto Johanne. An̄a.* Ipse preibit. *Ad matut. Invita.* Regem martyrum. *ps̄.* Venite. *Hym.* Eterna Christi. *In nocturno an̄.* Secus decursus. *ps̄.* Beatus vir. *ps̄.*[1] Quare fremuerunt. ℣ Exultent justi. *Lectio j.*

Johannes et paulus corpore et spiritu fratres primi et preciosi in palatio constantini imperatoris habebantur. Cum ergo a[2] constantino julianus cesar factus esset: pervenit ad eum quod paulus et johannes omni die christianorum pauperum turbas recrearent. Misitque qui eos convocaret[3] dicens debere sibi eos adherere. Illi vero dixerunt: servos dei nos esse oportet. Sumus enim non falsi christiani: sed veri. *Re.* Isti sunt duo viri misericordie qui assistunt[4] ante dominum. Dominatorem universe terre. ℣ Isti sunt due olive et duo candelabra lucentia ante dominum. Dominatorem.

Julianus ita inquit ad johannem et paulum. Considerare debetis quia et vos regali aula nutriti: non debetis deesse lateri meo: ut habeam vos primos in palatio meo. Tunc paulus et johannes dixerunt. Contemnimus quidem amicitias tuas: ne amicicias dei perdamus. Julianus vero iratus: surrexit dicens. Decima transacta die ad me venientes amicos vos habeam non venientes vero: quasi hostes publicos puniam. *Re.* Hec est vera fraternitas que nunquam potuit violari certamine. Qui effuso sanguine secuti sunt dominum contempnentes aulam regiam pervenerunt ad regna celestia. ℣ Ecce quam bonum et quam jocundum habitare fratres in unum. Qui. *Lectio iij.*

Post hec terentianus missus est ad paulum et johannem ut si diis immolare noluissent: interficerentur. At illi dixerunt. Nos unum deum colimus: qui fecit celum et terram. Et si tuus est julianus dominus[5] habeto pacem cum eo: nobis non est alius nisi dominus Jesus Christus. Terentianus ergo tertia hora noctis fecit foveam infra domum sanctorum martyrum: et decollatos projecit eos in foveam: faciens famam quod jussu cesaris missi fuissent in exilium. Post hoc vero in bello persarum: statim interfectus est julianus. Terencianus vero quia unicus

[1] '*ps̄.*' *om.*: *N.* [2] 'a' om.: S. [3] convocarent: S. [4] 'assistunt' om.: N. [5] dominus est julianus: N.

Digitized by Google

filius ejus ad corpora sanctorum mundatus est: conversus est ad dominum: et ab ipso descripta est[1] passio sanctorum ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Re.* Beati martyres Christi johannes et paulus dixerunt juliano nobis autem alius non est nisi unus deus. Pater et filius et spiritus sanctus. ℣ Una fides unum baptisma unus spiritus erat in eis. Pater. Gloria. Pater et. *ps̄.* Te deum. ℣ Mirabilis. *In laudibus antiphona.*

Paulus et johannes dixerunt juliano nos unum deum colimus qui fecit celum et terram. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añа.* Paulus et johannes dixerunt ad terencianum si tuus dominus est julianus habeto pacem cum illo nobis alius non est nisi dominus Jesus Christus. *ps̄.* Jubilate deo omnis. *Aña.* Johannes et paulus cognoscentes tyrannidem juliani: facultates suas pauperibus erogare ceperunt. *ps̄.* Deus deus meus. *Aña.* Spiritus et anime justorum hymnum dicite deo nostro all'a. all'a. *Psalmus.* Benedicite. *Aña.* Johannes et paulus dixerunt ad gallicanum: fac votum deo celi et eris victor melior quam fuisti. *ps̄.* Laudate. *Capitulum.* Reddet deus. *Hymnus.* Rex gloriose martyrum. ℣ Justi autem. *In evangelio añ.* Astiterunt justi ante dominum et ab invicem non sunt separati calicem domini biberunt et amici dei appellati sunt. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Quesumus omnipotens deus. *Memoria de sancto johanne. añ.* Inter natos. *Ad*

horas antiphone de laudibus. Cetera de communi cum oratione propria. Eodem die ad vesperas añ. Elizabet *cum psalmis ferialibus. In evang. añ.* Tu puer *ps̄.* Magnificat. *Ad matutinas In evang. añ.* Nazareus. *Ad vesperas añ.* Elizabet *cum psalmis ferialibus. et incipiatur ad capitulum de sancto leone papa.*

Deus qui beatum leonem pontificem sanctorum tuorum meritis coequasti: concede propicius: ut qui commemorationis ejus festa percolimus: vite quoque imitemur exempla. per dominum. *Cetera de communi unius confessoris et pontificis. Memoria de sancto johanne. añ.* Ex utero. [*Oratio.*

¶ *In vigilia apostolorum ad matutinas fiat servitium de sancto leone papa cum nocturno. Lectio j.*

Leo junior natione siculus[2] de patre paula[3]: sedit papatus honoris cathedra magnificatus decem mensibus et septem diebus. Hic leo suscepit sanctam sextam synodum que per dei providentiam nuper in regia urbe celebrata est: simulque cum eo legati sedis apostolice et duo patriarche. id est constantinopolitanus et antiochenus atque centum quinquaginta episcopi. Quam etiam greco eloquio constriptam[4]: studiosissime in latinum transtulit. *Lectio ij.*

Hec synodus acta est exequente ac residente piissimo ac clementissimo magno principe constantino inter regale ipsius palatium. In qua condemnati sunt heretici qui unam

[1] 'ista' add: R.N.S. [2] sicula: S. [3] paulo: R.
[4] conscriptam: R.N.S.

Digitized by Google

tantum voluntatem et operationem in domino Jesu Christo dicebant vel predicabant: cum duas voluntates et operationes in ipso catholica credat et predicet ecclesia. *Lectio iij.*

Gratia quidem divina[1] cor ejus et corpus a contagione et peccati sorde mundavit: idoneum ministrum sacris altaribus previdit. et offerre ei incensum dignum in odorem suavitatis preordinavit. Mortuus est itaque et sepultus ad beatum petrum apostolum sub die quarto kalendarum julii. *Cetera ad matutinas et ad horas de communi unius confessoris et pontificis. Memoria de sancto johanne. añ.* Ipse preibit. *et non sequuntur suffragia consueta.*

¶ *Rubrica de festo apostolorum queratur in vigilia sancti johannis baptiste.*

¶ *In vigilia apostolorum petri et pauli ad vesperas antiphona.*

Quem dicunt homines esse filium hominis dixit Jesus discipulis suis. respondens petrus: dixit tu es Christus filius dei vivi. et ego dico tibi: quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. *Psalmi feriales. Añ.* Petrus ad se reversus dixit. nunc scio vere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis judeorum. *Añ.* Domine si tu es jube me venire ad te super aquas. et extendens Jesus manum apprehendit eum et dixit Jesus: modice fidei quare dubitasti. *Añ.* Cunque vidisset ventum validum venientem timuit. et cum cepisset mergi clamavit dicens domine salvum me fac. *Añ.* Solve jubente deo terrarum petre cathenas qui facis ut pateant celestia regna beatis. *Capitulum.*

Petrus ad se reversus dixit nunc scio vere quia misit dominus angelum suum et eripuit me de manu herodis. et de omni expectatione plebis judeorum. *Re.* Cornelius centurio vir religiosus ac timens deum vidit manifeste angelum dei dicentem sibi. Corneli mitte et accersi symonem qui cognominatur petrus hic dicet tibi. Quid te oporteat facere. ℣ Cum orasset cornelius nondum in Christo renatus apparuit ei angelus dicens. Corneli. Gloria. Quid.

Felix per omnes fes- [*Hym.* tum mundi cardines apostolorum prepollet alacriter petri beati pauli sacratissimi quos Christus almo consecravit sanguine ecclesiarum deputavit principes. *H*ii sunt olive due coram domino et candelabra luce radiantia preclara celi duo luminaria. fortia solvunt peccatorum vincula portas olympi reserant fidelibus. *H*abent supernas potestatem claudere sermone sedes pandere splendentia lumina poli super alta sydera lingue eorum claves celi facte sunt: larvas repellunt ultra mundi limitem. *P*etrus beatus cathenarum laqueos Christo jubente rupit mirabiliter custos ovilis et doctor ecclesie pastorque gregis conservator ovium

[1] divini: S.

Digitized by Google

arcet luporum truculentam rabiem. *Q*uodcunque vinclis super terram strinxerit erit in astris religatum fortiter. et quod resolvit in terris arbitrio erit solutum super celi radium in fine mundi judex erit seculi. *N*on impar paulus huic doctor gentium electionis templum sacratissimum in morte compar in corona particeps ambo lucerne et decus ecclesie in orbe[1] claro choruscant vibramine. *O* roma felix que tantorum principum es purpurata precioso sanguine excellis omnem mundi pulchritudinem non laude tua sed sanctorum meritis quos cruentatis jugulasti gladiis. *V*os ergo modo gloriosi martyres petre beate paule mundi lilium celestis aule triumphales milites precibus almis vestris nos ab omnibus munite malis ferte super ethera. *G*loria deo per immensa secula sit tibi nate decus et imperium honor potestas sanctoque spiritui: sit trinitati salus individua per infinita seculorum secula. amen.[2] ℣ Tu es petrus. Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. *In evangelio añ.* Beatus petrus apostolus vidit sibi Christum[3] occurrere et adorans eum ait: domine quo vadis: venio romam iterum crucifigi. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

*P*resta quesumus omnipotens deus ut nullis nos permittas persecutionibus[4] concuti:. quos in apostolice confessionis petra solidasti. Per dominum. *Non dicitur memoria de sancto Johanne. Dicitur tamen memoria de corpore Christi: si istud festum infra octavas corporis Christi contingat. Ad matutinas invitatorium.* Tu es pastor ovium princeps apostolorum tibi tradidit deus claves regni celorum. *ps̄.* Venite. *Hymnus.*

*A*urea luce et decore roseo lux lucis omne perfudisti seculum decorans celos inclito martirio hac sacra die que dat reis veniam. *J*anitor[5] doctor orbis pariter judices secli vera mundi lumina per crucem alter: alter ense triumphans vite senatum laureati possident. *J*am bone pastor petre clemens accipe vota precantum: et peccati vincula resolve tibi potestate tradita: qua cunctis celum verbo claudis aperis. *D*octor egregie paule mores instrue: et mente polum nos transferre satage donec perfectum largiatur plenius evacuato quod ex parte gerimus. *O*live vive[6] pietatis unice fide devotos spe robustos maxime fonte repletos charitatis gemine post mortem carnis impetrate vivere. *S*it trinitati sempiterna gloria honor potestas atque jubilatio in unitate: cui manet imperium ex tunc et modo per eterna secula. Amen. *In j. nocturno añ.* In plateis ponebantur infirmi in lectulis: ut veniente petro saltem umbra illius obumbraret quemque[7] illorum: et liberarentur ab infirmitatibus suis. *ps̄.* Celi enarrant gloriam. *Añ.* Ait petrus principibus sacerdotum: Jesum quem vos

[1] orbem: S. [2] 'amen' om.: S.
[3] Christum sibi: N.
[4] perturbationibus: R.N.S.
[5] 'celi' add: R.N.S.
[6] bine: R.N.S.
[7] quemquam: R.N.S.

Digitized by Google

interemistis suspendentes in ligno: hunc deus suscitavit et principem ac salvatorem exaltavit[1] ad dandam penitentiam in remissionem peccatorum. *ps̄.* Benedicam. *Añ.* Petrus apostolus dixit paralitico: enea sanet te dominus Jesus Christus: surge et sterne tibi: qui continuo surrexit: et omnes qui videbant conversi sunt ad dominum. *ps̄.* Eructavit. ℣ In omnem terram. *Lectio j.*

Erant enim tempore neronis cesaris rome petrus et paulus doctores christianorum sublimes operibus clari magisterio. Qui virtute suorum operum: neronem sibi adversum fecerant. Cum autem per eos fides Christi in omnium mentes cresceret: Nero instinctu symonis magi adversari cepit apostolis. Sed petrus apostolus vanitates symonis magi et flagicia universa detexit. *Re.* Symon petre antequam de navi vocarem te novi te: et super plebem meam principem te constitui. Et claves regni celorum tradidi tibi. ℣ Quodcunque ligaveris super terram: erit ligatum et in celis. et quodcunque solveris super terram: erit solutum et in celis. Et claves regni celorum. *Lectio ij.*

Defunctus autem erat eodem tempore adolescens nobilis propinquus cesaris. Cum universorum dolore ammonuere plerique fore experiendum: utrum possit resuscitari: celeberrimus in hiis operibus petrus habebatur: sed apud gentiles: nulla facti hujus deferebatur fides. Dolor exigit[2] medicum. Perrectum est ad[3] petrum. *Re.* Si diligis me symon petre pasce oves meas: domine tu nosti: quia amo te. Et animam meam pono pro te. ℣ Et si oportuerit me mori tecum: non te negabo. Et animam. *Lectio tertia.*

Fuere etiam quidam qui symonem accersiendum putarent: et uterque affuerunt. Tunc ait petrus symoni: ut si posset mortuum suscitaret. Accessit symon ad lectulum[4] defuncti: incantare atque immurmurare cepit. Visus est agitare caput qui mortuus erat. Clamor ingens gentilium attollitur quod jam viveret quod jam loqueretur cum symone. Ira et indignatio esse cepit in petrum quod ausus esset conferre se tante potestati. *Re.* Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam: et porte inferi non prevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni celorum. ℣ Quodcunque ligaveris. *ut supra post primum responsorium.* Et tibi. Gloria patri. Et tibi. *In secundo nocturno añ.* Factum est ut quedam discipula nomine thabita plena operibus bonis et elemosinis infirmata moreretur. miserunt autem discipuli ad petrum rogantes ne pigriteris venire usque ad nos. *ps̄.* Omnes gentes. *Añ.* Adveniente petro circunsteterunt illum omnes vidue flentes et ostendentes tunicas et vestes quas faciebat illis dorcas. *ps̄.* Exaudi deus deprecationem. *Añ.* Ponens petrus genua sua oravit et conversus ad corpus dixit thabita: surge: at illa aperuit oculos et viso petro resedit dansque illi manum erexit

[1] exultavit: N. [2] exegit: S. [3] 'ad' om.: S. [4] lectum: N.

Digitized by Google

eam: et sanctis ac viduis assignavit vivam. *ps.* Exaudi deus orationem meam. ℣ Constitues eos principes. *Lectio iiij.*

Tunc sanctus apostolus poposcit silentium et ait Si vivit defunctus: loquatur. Si resuscitatus est. surgat. ambulet.[1] fabuletur. Alioquin fantasma putetis: et non veritatem esse: quod videatur caput movisse.[2] Separetur a lecto symon: ut plane denudetur figmentum diaboli. Abducitur symon a lectulo: et manet defunctus immobilis. Astitit petrus a longe.[3] et intra se orationi paulisper intentus: cum magna voce ait. Adolescens surge: sanet te dominus Jesus. Et statim surgens locutus est et ambulavit et cibum sumpsit. *Re.* Domine si tu es jube me venire ad te super aquas. Et extendens manum apprehendit eum et dixit Jesus. modice fidei quare dubitasti. ℣ Cunque vidisset ventum validum venientem timuit: et cum cepisset mergi clamavit dicens domine salvum me fac. Et extendens.

[*Lectio quinta.*

Torquebatur magus apostoli gloria offensum se dicit. a galileis relicturum urbem quam tueri solebat. Diem statuit pollicetur volatum. quo supernis sedibus inveheretur. Die statuto montem capitolinum conscendit. ac se e rupe dejiciens volitare cepit. Mirari populus cepit ac venerari dicentes dei potentiam esse non hominis: nihilque tale Christum fecisse. Tunc petrus ait. Domine Jesu Christe ostende artes ejus vanas esse: ne populus qui crediturus est decipiatur. Et statim implicatis alarum remigiis corruit et mortuus est. *Re.* Ego pro te rogavi petre ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. ℣ Simon ecce sathanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum ego autem rogavi pro te. Et tu. *Lec. vj.*

Tunc nero cepit causas querere quibus petrum occideret. Rogabatur petrus a populo: ut ab urbe discederet. Victus autem petrus fletibus populi proficisci cepit. At ubi perventum est ad portam vidit sibi Christum occurrere: et adorans eum ait. Domine quo vadis? Dixit ei Jesus. Venio[4] romam iterum crucifigi. Intelligit[5] petrus hoc de sua passione dictum: et conversus in urbem rediit: captusque est et inversis vestigiis cruci affixus. Quod ubi factum est: cepit consolari populum de cruce. Mox viderunt circa eum multitudinem angelorum ferentes rosarum et liliorum flores. Videns autem petrus hoc: gratias agebat domino deo dicens. Gratias tibi ago Jesu Christe: quia oves quas tradidisti mihi compartiuntur[6] mecum de gloria tua: tibi gloria cum patre et spiritusancto. Statimque ut plebs respondit: amen: petrus reddidit spiritum ad eum qui vivit et regnat in secula seculorum. *Re.* Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in celis. Et quodcunque solveris super terram erit solutum et in

[1] 'et' add: N. [2] monuisse: S. [3] alonge: R.S.
[4] Vado: R.N. [5] Intellexit: N. [6] compatiuntur: R.S.

Digitized by Google

celis. ℣ Tu es inquit petrus Christus filius dei vivi respondens dominus ait: et ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et. Gloria. Et quodcunque. *In tertio nocturno Antiphona.* Cornelius centurio vir religiosus ac timens deum vidit manifestę angelum dei dicentem sibi: corneli mitte et accersi simonem qui cognominatur petrus hic dicet tibi quid te oporteat facere. *ps̄.* Confitebimur. *An̄.* Aperiens petrus os suum dixit in veritate comperi quoniam non est personarum acceptor deus sed in omni gente: qui[1] timet deum et operatur justiciam acceptus est illi. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *An̄.* Adhuc loquente petro cecidit spiritussanctus super omnes qui audiebant verbum et erant loquentes linguis et magnificantes deum tunc petrus jussit eos baptizari in nomine domini Jesu Christi. *ps̄.* Dominus regnavit irascantur. ℣ Nimis honorati. *Tres[2] ultime lectiones de expositione evangelii secundum Matheum.* Venit Jesus in partes cesaree philippi. *Omelia ut in cathedra sancti petri.*[3] *Re.* Quem dicunt homines esse filium hominis dixit Jesus discipulis suis respondens petrus dixit tu es Christus filius dei vivi. Et ego dico tibi quia tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. ℣ Beatus es symon barjona quia caro et sanguis non revelavit tibi: sed pater meus qui est in celis. Et ego.[4] *Re.* Tu es pastor ovium princeps apostolorum tibi tradidit deus omnia regna mundi. Et ideo tradite sunt tibi claves regni celorum. ℣ Tibi enim a domino collata est potestas ligandi atque solvendi. Et ideo.[5] *Re.* Petre amas me tu scis domine quia amo te. Pasce oves meas. ℣ Symon johannis diligis me plus hiis tu scis domine

[1] que: N.

[2] Verba a 'Tres' usque ad 'petri' om.: R.N.

[3] '*Sec. Mattheum.* *Lectio vij.*
In illo tempore Venit Jesus in partes cesaree philippi et interrogavit discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis. Et reliqua. *Omelia beati hieronimi presbyteri.*
Iste philippus frater fuit herodis junioris sub quo dominus passus est filius herodis illius sub quo dominus natus esse legitur qui in honore tyberii cesaris civitatem quandam restauravit et eam ex nomine cesaris atque sui cesaream philippi nominavit. In hac ergo civitate hoc est in cesarea philippi tradunt hystorie reges romanos solitos fuisse ab universo regno tributa percipere' add: R.N.

[4] '*Lectio octava.*
Dignum ergo fuit ut ubi rex terrenus censum a sibi subjectis exigebat ibi rex celestis a suis subditis censum fidei requireret dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? Querit dominus de sentencia vulgi: non quod ipse ignoraret que de se vulgus sentiret: sed ut confessio apostolorum premium consequeretur. Simul etiam his verbis exemplum dedit episcopis et prelatis ecclesie ut ad suis requirant: cujus opinionis sint apud populum' add: R.N.

[5] '*Lectio ix.*
Cum dominus interrogasset discipulos quem eum dicerent esse homines et illis diversas diversorum opiniones prompsissent dicit illis. Vos autem quem me esse dicitis: Respondens symon petrus dixit. Tu es [Verba a 'Tu es' usque ad 'dixit' om.: R.] Christus filius dei vivi. Respondens autem Jesus dixit Beatus es symon barjona quia caro et sanguis non revelavit tibi sed pater meus qui in celis est. Barjona filius columbe dicitur. Filius autem columbe recte vocatur petrus apostolus: quia prudenti ac pia simplicitate dominum sequebatur: dominus enim Christus filius dei per naturam: petrus vero sicut ceteri electi filius et spiritussancti per gratiam' add: R.N.

Digitized by Google

quia amo te. Pasce. Gloria patri et. Pasce. *ps̄.* Te deum. ℣ Tu es petrus. *In laudibus an̄.*

Petrus et johannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Argentum et aurum non est mihi quod autem habeo hoc tibi do. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Dixit angelus ad petrum circunda tibi vestimentum tuum et sequere me. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Misit dominus angelum suum et liberavit me de manu herodis alleluya. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Solve jubente deo terrarum petre cathenas qui facis ut pateant celestia regna beatis. *ps̄.* Laudate dominum. *Capitulum.* Petrus ad se reversus. *Hymnus.* Exultet celum. ℣ Dedisti. *In evangelio an̄.* Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in celis et quodcunque solveris super terram erit solutum et in celis dicit[1] dominus symoni petro. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.*

Deus qui hodiernam diem apostolorum tuorum petri et pauli martyrio consecrasti: da ecclesie tue eorum in omnibus sequi preceptum per quos religionis sumpsit exordium per dominum. ℂ *Ad primam an̄.* Petrus et johannes. *ps̄.* Deus in nomine. *An̄.* Gratias. *ps̄.* Quicunque. *Ad tertiam an̄.* Argentum. *ps̄.* Legem. *Capitulum.* Petrus ad se. *Re.* In omnem. *Oratio.* Deus qui hodiernam. *Ad sextam an̄.* Dixit angelus. *ps̄.* Defecit. *Capitulum.*

Petrus quidem servabatur in carcere oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. *Re.* Constitues. *Oratio ut supra. Ad nonam aña.* Solve jubente. *ps̄.* Mirabilia. *Capitulum.*

Angelus domini astitit et lumen refulsit in habitaculo carceris percussoque latere petri excitavit eum dicens surge velociter et ceciderunt cathene de manibus ejus. *Re.* Nimis. *Oratio ut supra. Ad vesperas an̄.* Juravit. *ps̄.* Dixit dominus. *An̄.* Collocet. *Cap.* Per manus. *Re.* Petre. *Hymnus.* Exultet celum. ℣ In omnem. *In evangelio an̄.* Gloriosi principes terre quomodo in vita sua dilexerunt se ita et in morte non sunt separati. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Deus qui hodiernam.

ℂ *In commemoratione beati pauli. Ad matutinas Invitatorium* Laudemus Jesum Christum. In confessione apostoli pauli. *ps̄.* Venite. *Hymnus.*

Doctor egregie paule mores instrue et mente polum nos transferre satage donec perfectum largiatur plenius evacuato[2] quod ex parte gerimus. *Hymnus.* Annue Christe. *In primo nocturno aña.* Qui operatus est petro in apostolatum operatus est et mihi inter gentes et cognoverunt gratiam que data est mihi a Christo domino. ℣ Qui me segregavit ex utero matris mee et vocavit per gratiam suam. *ps̄.* Celi enarrant. *Aña.* Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem justus judex. ℣ De reliquo reposita est mihi coronam[3] justicie. *ps̄.*

[1] dixit: R.N. [2] evacuatio: N. [3] corona: R.N.

Digitized by Google

Benedicam. *Añ.* Mihi vivere Christus est et mori lucrum gloriari me oportet in cruce domini nostri Jesu Christi. ℣ Per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo. *ps̄.* Eructavit. ℣ In omnem terram. *Lectio j.*

Paulus igitur apostolus Jesu Christi post predicationem evangelii secundum ammonitionem Christi romam veniebat: moxque ad eum multitudo de domo cesaris credentium concurrebat: et ab eo fidei sacramentum suscipiebat: et per ejus predicationem fidelibus quotidie gaudium magnum et exultatio crescebat. *Re.* Qui operatus est petro in apostolatum operatus est et mihi inter gentes. Et cognoverunt gratiam dei que data est mihi. ℣ Gratia dei in me vacua non fuit sed gratia dei semper in me manet. Et cognoverunt. *Lectio ij.*

Post hec paulus oblatus est conspectibus neronis. Nero autem ut eum vidit vehementissime exclamavit dicens. Tollite tollite maleficum: de collate carminatorem perdite mentium immutatorem. Ad quem paulus ait. Nero tempore modico patior [1] ego: sed vivam in eternum regi perpetuo Jesu Christo domino meo. *Re.* Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem. ℣ Reposita est mihi corona justicie quam reddet mihi dominus. In illum. *Lectio iij.*

Iratus igitur nero dixit. Auferte ab illo celerius caput: ut sic sibi de vita perpetua blandiatur: sentiatque me regem invictum qui eum vinxi et occidendo devici. Paulus vero ait. Ut scias nero post decollationem meam regi invicto eternaliter vivere te autem victum: qui nunc putas te vincere [2]: cum mihi caput abscisum fuerit: vivus tibi apparebo. Et his dictis ductus est paulus ad supplicium. *Re.* Bonum certamen certavi: cursum consummavi: fidem servavi. Ideoque reposita est mihi corona justitie. ℣ Scio cui credidi: et certus sum quia potens est depositum meum servare. Ideoque. Gloria patri. Ideoque. *In secundo nocturno añ.* Tu es vas electionis sancte paule apostole: predicator veritatis in universo mundo. ℣ Per quem omnes gentes cognoverunt gratiam dei. *ps̄.* Omnes gentes. *Añ.* Magnus sanctus paulus vas electionis vere digne est glorificandus: qui et meruit thronum duodecimum possidere. ℣ In regeneratione cum sederit filius hominis in sede majestatis sue. *ps̄.* Exaudi deus deprecationem. *Añ.* Bonum certamen certavi: cursum consummavi: fidem servavi. ℣ De cetero reposita est mihi corona justitie. *ps̄.* Exaudi deus orationem. ℣ Constitues. *Lec. iiij.*

Cum autem paulus pergeret ad locum passionis: venit ad portam rome: ubi obviam habuit nobilissimam matronam nomine plantillam.[3] Ad quam paulus ait: Commenda mihi maforam [4] qua caput tegis: quo possum mihi ligare oculos vice sudarii. Que festinato perrexit: et ut

[1] patiar: R.N.
[2] vivere: N.
[3] plautillam: S. passim.
[4] manforam: S. passim.

apostolus jusserat obedivit. Insultabant aliqui dicentes Cur perdis pannum optimum: non tantum per eum in seculo lucratura. Paulus vero dixit ad eam: Etiam filia hic prestolare adventum meum: et signa mortis mee in panno tibi afferam[1] cum Christo jam victurus. *Re.* Reposita est mihi corona justitie: quam reddet mihi dominus. In illum diem justus judex. ℣ Scio cui credidi: et certus sum quia potens est depositum meum servare. In illum diem. *Lectio v.*

Igitur cum sanctus paulus pervenisset ad locum passionis: facta oratione gratias egit deo: et valedicens fratribus benedixit eos. Et ligans sibi de plantille mafora oculos: in terram utrumque genu fixit: collum[2] tetendit: et spiculator caput ejus abscidit. Quod postquam precisum fuit: nomen Jesu Christi hebraice personuit. Stolam[3] qua sibi ligaverat oculos cum vellent rapere: non comparuit. Videntes autem omnes[4] qui aderant gratiam dei in beato apostolo admirati sunt valde: laudantes dominum Jesum Christum. *Re.* Mihi vivere Christus est: et mori lucrum. Gloriari me oportet in cruce domini mei Jesu Christi. ℣ Per quem mihi mundus crucifixus est: et ego mundo. Gloriari me oportet. *Lectio vj.*

Revertentes vero qui missi[5] fuerant a cesare accelerare necem apostoli: pervenerunt ad portam ubi invenerunt plantillam: et interrogantes eam cum irrisione cur caput suum non operiret cum mafora quam prestiterat paulo. Que extraxit a sinu suo pannum sanguine perfusum: quem ei attulerat paulus apostolus. Ipsa vero die qua decollatus est apostolus: venit circa horam nonam januis clausis: stetitque ante neronem: et ait. Cesar ecce ego paulus: vel nunc crede quia non sum mortuus: sed vivo deo meo. Tibi autem restat eternus interitus. Et hec dicens disparuit. Nero his auditis: velut amens effectus expiravit.[6] Unde et nos preciosi apostoli sui pauli intercessione a laboribus[7] eternis eripiat Christus dominus qui vivit et regnat deus in secula seculorum amen. *Re.* Damasci prepositus gentis arethe regis vòluit me comprehendere a fratribus per murum. Sum missus in sporta: et sic evasi manus ejus in nomine domini. ℣ Deus et pater domini mei Jesu Christi scit quia non mentior. Sum. Gloria. Sum. *In tertio nocturno añ.* Saulus qui et paulus magnus predicator a deo confortatus convalescebat: et confundebat judeos. ℣ Ostendens quia hic est Christus filius dei vivi. *ps̄.* Confitebimur. *Añ.* Ne magnitudo revelationum extollat me datus est mihi stimulus[8] angelus sathane: qui me colaphiset: própter quod dominum[9] rogavi: ut auferretur a me: et dixit mihi dominus: sufficit tibi paule gratia mea. ℣ Nam[10] virtus in infirmitate perficitur. *ps̄.* Dominus regnavit

[1] efferam: S. [2] colum: R. [3] Stola: R.N. [4] 'omnes' om.: S.
[5] jussi: R.N. [6] expavit: R.N. [7] laboriosus: N.
[8] 'carnis mee' add: N. [9] 'ter' add: R.N. [10] non: N.

Digitized by Google

exultet. *Añ.* Reposita est mihi corona justitie: quam reddet mihi dominus in illum diem justus judex. ℣ Cooperante gratia spiritus sancti. *ps̄.* Dominus regnavit irascantur. ℣ Nimis honorati. *Secundum Matheum.*[1]

In illo tempore: Dixit symon petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Et reliqua.

¶ *Sermo ex commentario beate Hieronymi presbyteri. Lectio vij.*

Grandis fiducia: petrus piscator erat: dives non fuerat: cibos manu et arte querebat: et tamen loquitur confidenter: reliquimus omnia. Et quia non sufficit tantum relinquere jungit quod perfectum est: et secuti sumus te. *Re.* Gratia dei sum id quod sum. Et gratia ejus in me vacua non fuit: sed semper in me manet. ℣ Qui operatus est petro in apostolatum: operatus est et mihi inter gentes. Et. *Lectio viij.*

Fecimus quod jussisti: quid igitur dabis nobis premii? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me: in regeneratione cum sederit filius hominis in sede majestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim judicantes duodecim tribus israel. Non dixit qui reliquistis omnia. Hoc enim et socrates fecit: et multi alii qui divitias contempserunt: sed qui secuti estis me: quod proprie apostolorum est atque credentium. *Re.* Magnus sanctus paulus vas electionis vere digne est glorificandus. Qui et meruit thronum duodecimum possidere. ℣ A Christo de celo vocatus: et in terram prostratus ex persecutore effectus est vas electionis. Qui et meruit. *Lec. nona.*

In regeneratione cum sederit filius hominis in sede majestatis sue: quando ex mortuis de corruptione resurgent incorrupti. sedebitis et vos in soliis judicantium condemnantes duodecim tribus israel: quia vobis credentibus: illi credere noluerunt. Nos igitur beati apostoli sancta imploramus suffragia. cujus solennia celebramus: ut semper devitando terrestria: studeamus amare celestia: per eum qui vivit et regnat in secula. *Re.* Sancte paule apostole predicator veritatis et doctor gentium. Intercede pro nobis ad deum qui te elegit. ℣ Ut digni efficiamur gratia dei. Intercede. Gloria patri. *ps̄.* Te deum. ℣ Annunciaverunt. *In laudibus añ.*

Ego plantavi appollo[2] rigavit: deus autem incrementum dedit all'a. ℣ Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. *ps̄.* Dominus regnavit. *Aña.* Libenter gloriabor in[3] infirmitatibus meis: ut inhabitet in me virtus Christi. ℣ Quando enim infirmor tunc fortior sum et potens. *ps̄.* Jubilate deo omnis terra. *Añ.* Sancte paule apostole predicator veritatis et doctor gentium: intercede pro nobis ad deum qui te elegit. ℣ Ut digni efficiamur gratia dei. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Gratia dei in me vacua non

[1] '*xix.*' *add*: *S.* [2] pollo: R. [3] 'in' om.: R.

Digitized by Google

fuit: sed gratia ejus in me semper manet. ℣ Gratia dei sum id quod sum. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Damasci prepositus gentis arethe regis voluit me comprehendere a fratribus per murum sum missus in sporta: et sic evasi manus ejus in nomine domini. ℣ Deus et pater domini mei Jesu Christi scit quia non mentior. *ps̄.* Laudate dominum. *Capl'm.* Per manus. *Hymnus.* Exultet celum laudibus. ℣ Dedisti hereditatem. *In evangelio añ.* Ecce enim jam delibor et tempus mee resolutionis instat bonum certamen certavi: cursum consummavi: fidem servavi: superest mihi corona justicie[1] quam reddet mihi dominus in illum diem justus judex. *ps̄.* Benedictus.

Deus qui multitudinem gentium beati pauli apostoli tui predicatione docuisti: da nobis quesumus: ut cujus natalicia colimus ejus apud te patrocinia sentiamus. per dominum. *Memoria de sancto petro. Añ.* Solve jubente deo. ℣ Tu es petrus. *Oro.*

Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clavibus regni celestis ligandi atque solvendi pontificium tradidisti: concede: ut intercessionis ejus auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui vivis et regnas cum deo. ℂ *Memoria de sancto johanne. añ.* Inter natos. *Ad horas antiphone de laudibus et sine versibus. Cetera de communi apostolorum cum oratione.* Deus qui multitudinem. *Ad vesperas añ.* Juravit. *ps̄.* Dixit dominus. *Añ.* Collocet. *etc. Capitulum.* Per manus. *Hymnus.* Exultet celum. ℣ In omnem terram. *In evangelio añ.* Isti sunt due olive. *ut supra in festo sanctorum johannis et pauli. ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Deus qui hodiernum.[2] *Memoria de sancto johanne. Añ.* Ingresso zacharia. ℣ Fuit homo. *Oratio.* Deus qui presentem diem. *He antiphone sequentes dicantur ad vesperas et ad matutinas super psalmos.* Magnificat *et* Benedictus. *quando de apostolis fit servitium vel ad memoriam de apostolis cum de alio sancto fit servitium cum repetitione earundem. Añ.* Petrus apostolus et paulus doctor gentium ipsi nos docuerunt legem tuam domine. *Añ.* Orate pro nobis. *Require in memoriis consuetis. Añ.* Gloriosi principes. *Require in memoriis consuetis. Añ.* Isti sunt due olive. *ut supra in festo sanctorum johannis et pauli. Añ.* Isti sunt viri sancti quos elegit dominus in charitate non ficta: et dedit illis gloriam sempiternam quorum doctrina fulget ecclesia ut sole luna. Alleluya. *Aña.* Ad superne claritatis visionem ad Christi potentiam ineffabilem introducti petre et paule sanctissimi pro nobis intercedere dignemini. *Versiculus autem ad matutinas.* Dedisti hereditatem. *Ad vesperas.* In omnem terram exivit sonus eorum. *et quando tantum fit memoria de eis.*

ℂ *In octava sancti johannis baptiste. Ad matutinas Invitatorium.* Regem precursoris. *ps̄.*

[1] letitie: R.N.

[2] hodiernam: R.N.

Venite exultemus. *Hymnus.* Antra deserti teneris. *In nocturno añ.* Priusquam te. *ps̄.* Beatus vir. *et ceteri psalmi sicut in die sub hac antiphona.* ℣ Gloria et honore coronasti. *Lec. prima.*

Nativitatem sancti johannis baptiste fratres charissimi hodie celebramus: quod nulli unquam sanctorum legimus fuisse concessum. Solius enim domini et beati johannis dies nativitatis in universo mundo celebratur et colitur. Illum sterilis peperit: illum virgo concepit. In elisabeth sterilitas vincitur: in beata maria conceptionis consuetudo mutatur. Elisabeth virum cognoscendo filium genuit: maria angelo credidit et concepit. *Re.* Fuit homo. *L. sec.*

Hominem concepit elisabeth: hominem maria: sed elisabeth solum hominem: maria deum et hominem. Magnus igitur johannes: cujus [1] magnitudini etiam salvator testimonium perhibet dicens: Non surrexit inter natos mulierum major johanne baptista. Precellit cunctis: eminet universis: antecedit prophetas: supergreditur patriarchas. Et quisquis de muliere natus est: inferior est johanne. Dicit fortasse aliquis: Si inter natos mulierum nemo johanne major est: johannes major est salvatore? Absit. Johannes enim natus est mulieris: Christus autem virginis. *Re.* Innuebant. *Lectio iiij.*

Si ergo intelleximus mysterium fratres mei: johannes homo est: Christus deus est. Humilietur homo: ut exaltetur deus: Secundum illud quod de domino ipse johannes dixit: Illum oportet crescere: me autem minui. Ut humilietur homo: eo die natus est johannes: quo incipiunt decrescere dies. Ut exaltetur deus: eo die natus est Christus quo incipiunt crescere dies. Ideo celebramus natalem sancti johannis sicut et Christi: quia ipsa nativitas plena est mysterio humilitatis nostre: sicut nativitas Christi plena est mysterio altitudinis nostre. Ergo in homine minuamur: ut in deo crescamus. Qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen. *Re.* Inter natos. *ps̄.* Te deum. ℣ Fuit homo. *In laudibus añ.* Elisabeth. *ps̄.* Dominus regnavit. *etc. Capitulum.* Audite insule. *Hymnus.* O nimis felix. ℣ Justus ut palma. *In evangelio añ.* Apertum est. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Deus qui presentem diem. *Memoria de apostolis. Añ.* Petrus apostolus. *Ad horas antiphone de laudibus. Capitulum. Responsoria cum oratione sicut in die. Etc.*

¶ *Sancti swithuni*[2] *episcopi et confessoris. ad vesperas añ.* Juravit. *ps̄.* Dixit dominus. *Añ.* Collocet. *etc. Capitulum.* Ecce sacerdos. *Et cetera de communi unius confessoris pontificis. Memoria de apostolis. Añ.* Orate pro nobis. *Et memoria de martyribus processo et martiniano. Oro.*

Deus qui nos sanctorum tuorum processi et martiniani confessionibus gloriosis circundas et protegis: da nobis et

[1] cui: S.

[2] *swithini: R.N. passim.*

Digitized by Google

eorum imitatione proficere: et intercessione gaudere. per dominum nostrum. *Ad matutinas. Invitatorium.* Unum deum. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Iste confessor. *In j. nocturno an̄.* Beatus vir. *ps̄.* Ipsum. *et ceteri psalmi unius confessoris.* *An̄.* Beatus iste. *An̄.* Tu es. ℣ Amavit eum. *Lectio prima.*

Glorioso rege anglorum egberto regnante: qui regi kinegillo de idolatria per beatum byrinum [1] occidentalium anglorum apostolum ad fidem converso: octavus successit in regnum: beatus swithunus sumpsit exordium. Qui annis puerilibus in bona simplicitate transactis: jugum dominice servitutis arripere festinavit. Suscepto denique clericatus officio de gradu in gradum [2] sub helmestano venerabili wentane civitatis episcopo ad honorem sacerdotii provectus est. *Re.* Euge. *Lectio ij.*

Disponente autem dei misericordia: helmestanus episcopus morti debitum solvens: clerus ac populus wentane civitatis petierunt a rege athulfo prefati regis filio beatum swythunum sibi ordinari in patrem et pastorem. Nec mora assentiente rege et gaudente: beatus swythunus honore pontificali honorifice sublimatus est: et de mite mitior: et de devoto devotior curabat existere. Bene igitur et sancte domo et ecclesia dei: cui pastor et pater piissimus preerat: secundum ritus ecclesiasticos ordinata et ordinatissime confirmata: regnante in tertio anno anglorum rege athelberto gloriosi regis athulfi filio: feliciter migravit ad dominum. *Re.* Ecce sacerdos. *Lectio iij.*

Et neque prefatus pater et episcopus swythunus intra ecclesie septa: neque in preeminentiori parte cimiterii: sed extra ecclesiam in indigniori: que in plebe vilioribus patebat: equaliter se tumulari precepit. Exivit autem de ergastulo seculi anno ab incarnatione dominica octogentesimo sexagesimo secundo: inditione decima: regnante eodem domino nostro Jesu Christo: cui est honor et gloria cum deo patre et spiritusancto per omnia secula seculorum amen. *Re.* Agmina sacra. *In ij. nocturno an̄.* Invocantem. *An̄.* Letentur. *An̄.* Domine dominus. ℣ In omnem terram. *Medie lectiones de apostolis.* ¶ *Sermo beati augustini espiscopi. Lec. iiij.*

Duorum sanctorum apostolorum petri et pauli fratres charissime [3] hodie celebramus natalem: Quorum ut sonus et predicatio pervenit in omnem orbem terrarum: ita eorum passio celebratur ab oriente usque ad occidentem: quoniam pro rege passi sunt celi et terre. Quorum patrocinia meruit civitas romanorum: ubi sunt constitute memorie apostolorum. *Re.* Ecce ego mitto. *Lectio v.*

Oportuit enim ibi esse predicatores regni celorum: ubi conditum est regnum romanorum. ut diverse gentes venientes honorificent memoriam piscatorum. Piscatores piscium facti

[1] birinum: N. [2] granum: R. [3] carissimi: R.S. charissimi: S.

Digitized by Google

sunt piscatores hominum: domino Christo dicente: Venite post me: faciam vos fieri piscatores hominum. Artem vobis non muto: genus piscium muto. Extrahebatis de mari vivos ad mortem: nunc extrahetis de seculo mortuos ad salutem. Unus erat piscator: et alius persecutor. *Re.* Tollite. *Lectio vj.*

Tantum meruerunt persecutores: et piscatores: ut fierent predicatores. Primus in ordine apostolorum electus est petrus: paulus quoque novissimus sicut ipse de se testatur dicens. Ego enim sum minimus apostolorum omnium. Qui elegit primum: ipse elegit et novissimum: ut simul pateretur primus et novissimus. *Re.* Dum steteritis. *In tertio nocturno añ.* Domine iste sanctus. *Añ.* Vitam petiit. *Añ.* Hic accipiet. ℣ Magnificavit. *Septima lectio*[1] *de expositione evangelii secundum matheum.* Homo quidam peregre. *Omelia ut in communi. Re.* Amavit. *Lectio viij.*

Beatus swythunus gloriosi regis eadgari temporibus cuidam modesto fabro ferrario in nocturna visione apparuit: atque[2] blando sibi sermone precepit: ut legationis sacram[3] venerabili episcopo athelwoldo deferret. ut eum quamtotius summa cum reverentia de tumulo transferret. Qui gavisus in domino: sagaci agnovit industria hanc visionem a deo destinatam: regem predictum concitus adiit eique quod fuerat imperatum sollerter innotuit. *Re.* Magnificavit. *Lectio nona.*

Mox ergo deo inspirante rex ipse delectatus episcopi sermonibus: et sancti patris revelatione: ut hec translatio ageretur celerius prompta mandavit devotione. Venerandus ergo pontifex athelwoldus: sincero gloriosi regis affectu mediante: devoti cleri et populi desiderio interveniente: sanctum corpus solicitudine sancta inventum. et ea qua debuit reverentia ad ecclesiam transtulit. ad cujus ingressum multa miracula operatus est Christus. Cecis enim prebuit visum. claudis gressum. mutis loquelam. ita ut infra basilicam non aliqui invenirentur languidi. Hujus igitur sanctissimi swithuni meritis et precibus celi jungamur civibus prestante domino nostro Jesu Christo cui sit cum patre et spiritusancto honor et gloria in secula seculorum. *Re.* Sancte. N. confessor. *ps.* Te deum. ℣ Ora pro nobis. *In laudibus añ.* Ecce sacerdos. *Cetera ad matutinas et horas de communi unius confessoris pontificis et fiant memorie*[4] *de apostolis. Añ.* Gloriosi principes. *et de martyribus processo et martiniano. In secundis vesperis de sancto swithuno añ.* Ecce sacerdos. *super psalmos feriales et cetera unius confessoris pontificis. Memoria de apostolis. añ.*[5] Isti sunt due olive. *Et dicentur predicte antiphone super psalmos etiam si dies dominica in crastino contingat. Et etiam si dies dominica in crastino sancti martini episcopi turonensis evenerit. dicentur ad secundas vesperas que erunt*

[1] *Lectio vij.: N.* [2] at: S. [3] pro 'sacram' sacramenta: commissa: N.
[4] *medie lectiones: S.* [5] '*añ.*' *om.: R.*

Digitized by Google

de apostolis antiphone proprie de laudibus ipsius sancti cum capitulo. Per manus apostolorum. *hymnus* Exultet celum. *Cotidie*[1] *infra octavam apostolorum de apostolis fit servitium preterquam in dominica.*

Ad matutinas Invitatorium. Regem apostolorum. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Eterna Christi munera. *In nocturno an̄.* In omnem terram. *ps̄.* Celi enarrant. *et ceteri psalmi de communi apostolorum sub hac antiphona.* ℣ Constitues.

❡ *Sermo beati augustini episcopi.* *Lectio prima.*

Audiamus fratres karissimi[2] hunc piscatorem principem omnium apostolorum. qui fideli responso meruit janitor esse regni celorum. Accepit ligandi solvendique potestatem: quia invenit letantem[3] domini majestatem. In persona hominis interrogat dominus Jesus Christus discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At ille divino ignitus spiritu respondit. Tu es inquit Christus filius dei vivi. Cui ait dominus. Beatus es symon barjona: quia caro et sanguis non revelavit tibi. sed pater meus qui est in celis.[4] ❡ *Responsorium*[5] *de communi apostolorum de prima turba et ij. et iij. ordinatim iteratur.*[6] *sed responsorium.* Qui sunt isti. *sexto loco dicatur et tunc responsorium.* Isti viventes. *dicatur septimo loco. Responsorium vero.* Cives apostolorum. *in octava die tantum.* *Lectio ij.*

Incarnationis misterium: et tam profundi altitudinem sacramenti humanus sensus et carnis sapientia non potest intueri: nisi a domino fuerit revelatum. Revelavit dominus discipulis suis ineffabilia fidei sacramenta: et manifestavit eis odorem noticie sue. Manifestavit se piscatoribus dominus: ut universus mundus evangelii retibus caperetur. Ecce ubique docent piscatores[7] sapientiam. et errant grammatici et oratores sequentes stulticiam.

In simplicitate cordis [*Lec. iij.* dominum queramus fratres charissimi: et ejus adventum tanquam quotidie venturum esse credamus: ut correcti a vitiis et vanam seculi spem relinquentes ad palmam superne vocationis attingere mereamur. Natalem ergo celebramus sanctorum apostolorum primi et novissimi. Petrus vero primus est apostolorum et paulus novissimus apostolorum. Deus autem qui eos sua vocatione sanctificavit: ipse illos in passione coronavit primus et novissimus. *ps̄.* Te deum. ℣ Annunciaverunt. *In laudibus hoc sola antiphona.* Hoc est preceptum. *ps̄.* Dominus regnavit. *Capitulum.* Per manus. *Hymnus.* Exultet celum. ℣ Dedisti hereditatem. *super psalmum.* Benedictus *una de predictis antiphonis secundum ordinem. videlicet an̄.* Isti sunt viri. *Oratio.* Deus qui hodiernum diem. *Ad primam An̄.* Majorem. *ps̄.* Deus in nomine tuo. *Ad alias horas omnia fiant de communi*

[1] *Quotidie: R.N.S.*
[2] charissimi: N.S.
[3] latentem: S.
[4] in celis est: N.
[5] *Responsoria: R.N.S.*
[6] *iterantur: R.N.*
[7] piscatoribus: N.

Digitized by Google

apostolorum sicuti fit in eorum memoria annua cum oratione Deus qui hodiernum.

¶ *In translatione sancti Martini episcopi.*

Ad vesperas añ. Juravit. *ps̄.* Dixit dominus. *Añ.* Collocet. *Capitulum.* Ecce sacerdos. *Re.* Miles Christi. *Hymnus.* Iste confessor. ℣ Amavit. *In evangelio añ.* O martine. *quere in alio festo. ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui populo tuo salutis eterne beatum martinum pontificem atque ministrum concessisti: presta quesumus: ut quem doctorem vite habuimus in terris intercessorem semper habere mereamur in celis per dominum. *Memoria de apostolis. Añ.* Ad superne. *Ad matutinas Invitatorium.* Unum deum. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Iste confessor. *In primo nocturno añ.* Martinus adhuc catechuminus hac me veste contexit. *ps̄.* Beatus vir. *Añ.* Sancte trinitatis fidem martinus confessus est ac beatissimam gratiam percepit. *ps̄.* Quare fremuerunt. *Añ.* Ego signo crucis non clypeo protectus aut galea hostium cuneos penetrabo securus. *ps̄.* Domine quid. ℣ Amavit. *Lectio j.*

Anno igitur sexagesimoquarto post transitum gloriosi pontificis martini: beatus perpetuus turonice sedis pontificalem sortitus est dignitatem. Adeptus itaque hunc apicem: cum magno devotorum consensu fundamenta templi ampliora quam fuerant super beata membra locare disposuit. Quod sagaci insistens studio mirifice[1] mancipavit effectui. *Re.* Hic est martinus. *L. ij.*

Adveniente ergo tempore: ut templum dedicaretur: et beati martini corpus transferretur: convocavit beatus perpetuus ad diem festum vicinos epyscopos et abbatum ac diversorum clericorum non minimam multitudinem. Et quia hoc in kalendas julii agere volebant vigilata una nocte: factoque[2] mane terram ceperunt effodere. Detecto ergo tumulo: manus ut eum commoverent injiciunt. ibique multitudo copiosa per totam diem laborans nihil prorsus profecit. *Re.* O beatum. *Lectio iij.*

Vigilata denique alia nocte mane primo eadem repetentes studia: nihil omnino agere potuerunt. Tunc conturbati atque exterriti quid facerent nescierunt. Dicit eis unus ex clericis. Scitis quia post hoc triduum natalis ejus episcopatus esse consueverat et forsitan voluntatis[3] ejus est ut in eadem die ejus translatio agatur: qua et ordinatio ejus celebratur.[4] Tunc jejuniis et orationibus atque vigiliis die noctuque insistentes: triduum illud continuatione duxerunt. *Re.* Agmina sacra. *In secundo nocturno añ.* Confido in domino: quod filia mea precibus tuis reddita sit sanitati. *ps̄.* Cum invocarem. *Añ.* Tetradius cognita dei virtute ad baptismi gratiam pervenit. *ps̄.* Verba mea. *Añ.* O ineffabilem virum per quem nobis tanta miracula choruscant. *ps̄.* Domine dominus. ℣ In omnem. *Medie lectiones de*

[1] mirifico: S. [2] sanctoque: S. [3] voluntas: N. [4] celebretur: N.

Digitized by Google

apostolis. Sermo beati maximi episcopi. Lectio quarta.

Apostolici natalis gaudio fratres charissimi petri et pauli: quorum hodie beatissimis passionibus jocundamur: letior per universum mundum Christi exultat ecclesia. Que licet omnium se sanctorum martyrio certa sit adornari: horum tamen victoria gloriosius illustratur: quandoquidem videt de hoc seculo ipsos fidei patres et magistros martyrium[1] triumphasse. *Lec. v.*

Quid enim insignius petro qui in carne positus mensuram carnis egressus: Christum Jesum vivi dei filium verum confitetur? Quid magnificentius petro qui tante confessionis merito cum corruptibili esset in corpore: et necdum ipse ascendisset in celum regnum illi celeste et claudere et aperire permissum est: ac gradiente domino super aquas viam sibi in fluctibus dari et poposcit et meruit. *Lectio vj.*

Dum paulus inter homines vitam ageret: spirituali[2] quadam divinitatis gratia et paradisus illi penetrabilis: et celum pervium fuit. Quid ergo fratres hoc doctore perfectius? qui in celo didicit: quod doceret in terris. Quid hoc teste veracius: cui elevato super celos oculis videre et approbare concessum est: quod postmodum promitteret credituris: per eum qui vivit et regnat per omnia secula seculorum amen. *In iij. nocturno añ.* Dominus Jesus Christus non se inquit purpuratum nec diademate renitentem venturum esse predixit. *ps̄.* Domine quis habitabit. *Añ.* Sacerdos dei martine aperti sunt tibi celi et regnum patris tui. *ps̄.* Domine in virtute. *Añ.* Sacerdos dei martine pastor egregie ora pro nobis deum. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Magnificavit. *Septima lectio de expositione evangelii secundum Lucam.* Nolite timere pusillus. *Omelia ut in communi. Re.* Oculis ac manibus. *Lec. oct.*

Quarto die episcopus et omnis congregata multitudo ad sepulchrum sancti jam supradicti martini accedentes manusque ponentes non valebant penitus movere sepulchrum. Pavore exterriti omnes jam in hoc stantes: ut terra vasculum operirent apparuit eis veneranda canicie senex ad instar nivis candorem efferens dicens se esse abbatem. Tunc ait ad eos senex. Usquequo conturbamini et tardastis[3]? nonne videtis dominum martinum stantem vos juvare paratum si manus apponitis. *Re.* Dum sacramenta. *Lectio ix.*

Tunc jactans pallium: quo utebatur: posuit manum ad sarcophagum cum sacerdotibus crucibus paratis et cereis. Inceptaque antiphona: dederunt omnes voces psallentium in excelso. Tunc ad senis conatum protinus sarcophagum in summa levitate commotum: domino annuente perducitur in locum ubi nunc adoratur. Quo ad voluntatem sacerdotis compositis omnibus[4]: ut ventum est ad convivium sollicite inquirentes senem nequaquam reperierunt: sed nec homo

[1] martyrio: N.
[2] speciali: S. et ita forsan: Y. R. et N.
[3] tardatis: R.N.S.
[4] composito omnes: R.N.

Digitized by Google

quidem extitit qui eum de basilica exire videret. Nos fratres hujus sancti martini precibus adjuti ad illa pervenire mereamur gaudia: ubi ipse cum omnibus sanctis exultat in secula seculorum amen. *Re.* Sancte. N. confessor. *ps̄.* Te deum. ℣ Ora pro nobis. *In laudibus Añ.*

Beatus martinus dixit juliano Christi enim sum miles pugnare mihi non licet. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Martine misit nos dominus tibi auxilium ferre et rusticam multitudinem effugare. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Dum sacramenta offerret beatus martinus globus igneus apparuit super caput ejus. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Imposita manu puero beatus martinus immundum ab eo spiritum ejecit. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Ora pro nobis beate martine ut digni efficiamur promissione Christi. *ps̄.* Laudate. *Capitulum hymnus et versiculus de communi. In evangelio añ.* O beatum pontificem. *quere in alio festo. Ad ij. vesperas ps̄.* Benedictus. *Oratio* Deus qui populo. *Memoria de apostolis. Añ.* Petrus apostolus. *Ad horas antiphone de laudibus cetera de communi unius confessoris cum oratione propria. Ad vesperas antiphona.* Beatus martinus. *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. In evangelio añ.* O ineffabilem virum per quem nobis tanta miracula choruscant. *ps̄.* Magnificat. *Oratio ut supra. Memoria de apostolis. Añ.* Orate pro nobis.

¶ *Dominica infra si vacaverit a festo ix. lectionum omnia de communi apostolorum dicantur cum antiphonis super psalmos* Magnificat. *et* Benedictus. *supra assignatis.*

¶ *Sermo beati leonis pape. Lec. [prima.*

Omnium quidem sanctarum solennitatum dilectissimi totus mundus est particeps: et unius fidei pietas exigit: ut quicquid pro universorum salute gestum recolitur: communibus ubique gaudiis celebretur. Veruntamen hodierna festivitas preter illam reverentiam quam toto orbe promeruit: speciali et propria nostre urbis exultatione veneranda est. Ut ubi precipuorum apostolorum glorificatus est exitus: ibi in die martyrii eorum sit leticie principatus.

Isti sunt sancti viri: [*Lec. ij.* per quos evangelium Christi tibi roma resplenduit: et que eras magistra erroris: facta es discipula veritatis. Isti sunt sancti patres tui verique pastores: qui te regnis celestibus inserendam multo melius multoque felicius condiderunt quam illi quorum studio prima mœnium tuorum fundamenta locata sunt. E quibus is qui tibi nomen dedit: fraterna te cede fedavit. *Lectio iij.*

Isti sunt qui te ad hanc gloriam provexerunt ut gens sancta populus electus civitas sacerdotalis et regia per sacram beati petri sedem caput orbis effecta: latius presidens religione divina quam dominatione terrena. Quamvis enim multis aucta victoriis jus[1] imperii tui terre marique

[1] pro 'jus' regnum: N.

Digitized by Google

pretuleris: minus tamen est quod tibi bellicus labor subdidit quam quod pax christiana subjecit. *Lectio iiij.*

Nam cum duodecim apostoli per spiritum sanctum omnium locutione linguarum imbuendum evangelio mundum distributis sibi terrarum partibus suscepissent: beatissimus petrus princeps apostolici ordinis ad arcem romani destinatur imperii ut lux veritatis que in omnium gentium revelabatur salutem: efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet. *Lectio v.*

Ad hanc ergo urbem tu beatissime petre apostole venire non metuis et consorte glorie tue paulo apostolo aliarum adhuc ecclesiarum ordinationibus occupato: silvam istam frementium bestiarum et turbulentissime profunditatis oceanum constantior quam cum super mare gradereris ingrederis. Nec mundi dominam times romam: qui in cayphe[1] domo expaveras sacerdotis ancillam. *Lectio vj.*

Nunquid aut judicio pilati: aut servicia judeorum minor est vel in claudio potestas: vel in nerone crudelitas. Vincebat ergo materiam formidinis vis amoris. Nec estimabas terrori cedendum: dum horum saluti consuleres: quos susceperas diligendos. Hunc autem intrepide charitatis affectum jam tunc profecto conceperas: quando confessio tui amoris in dominum trine interrogationis est solidata mysterio: cui honor et gloria in secula seculorum amen. *Expositio dicatur cum tribus lectionibus de eadem de uno evangelio subsequentium in missis infra octavam non dicitur: prout stant in ordine subscripto.* Hoc est preceptum. Facta est contentio. *et* Hec mando vobis. *Cetera ut in communi.*

¶ *In octava apostolorum Petri et Pauli.*

Ad vesperas antiphona. Juravit. *ps̄.* Dixit dominus. *Añ.* Collocet. *Et cetere antiphone et psalmi de apostolis. Capitulum.* Non vos. *Hymnus* Jam bone. *ut supra in die ad matutinas.* ℣ Doctor egregie. ℣ Olive bine. ℣ Sit trinitati. ℣ In omnem terram. *In evangelio añ.* Isti sunt due olive. *ut supra in festo sancti Johannis et Pauli. ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus cujus dextera beatum petrum apostolum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit: et coapostolum ejus paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit: exaudi nos propitius: et concede: ut amborum meritis eternitatis gloriam consequamur. qui vivis. *Ad matutinas Invitatorium.* Regem apostolorum. *ps̄.* Venite. *Cetera ut in communi.*

Sermo beati augustini episcopi.

Piscatoris et persecutoris sacratissimum diem: [*Lec. j.* ille quo retia evasit seculi: iste quo ex predone confessor factus est Christi: gemine festivitatis occursu devotione precipua hodie celebramus. Elegit hos duos Christus: unum piscatorem;

[1] caiphe: N.

Digitized by Google

alterum grassatorem. *Responsoria de communi.* *Lectio ij.*

Illum vocat ex littore: ac istum clamat ex ethere. Illum accersit ex ponto: istum terret[1] e celo. Cum igitur petrus linea claustra jactaret in freto[2]: Christus retia misit in verbo. Cepit Christus: cepit et petrus: Christus discipulum petrus et pisciculum: et dum circundat petrus gentem squameam: ipse venit in retia. *Lectio iij.*

Paulus quia parvus sed ex parvo magnus: cum diceretur saulus: syderea voce conterritus cadit: elisus audacia seminat in mundo doctrinam. Saule inquit saule: quid me persequeris. O saule lupe rapax comedisti: sed expecta paululum: et digeres. Parum enim erat generi tuo: quod crucifixerat Christum insuper et manus mittere non formidavit in celum.

Mittit petrus in seculo retiaculum: circumfert paulus dominicum in mundo vexillum. Et ille piscatur homines: et iste titulo Christi signat gentes. Currit uterque ad palmam martyrii: et uterque pervenit ad coronam. Petrus pro Christo capite deorsum in ligno suspenditur: paulus pro Christo pugione truncatur.

[*Lec. v.*

Ille vero propriis gressibus proficiscebatur ad Christum: oculisque superiora respiciens beatum spiritum deducebat ad celum. Iste cervicem curvat ad penam: et offert verticem capitis ad coronam. Petrum crux necat: paulum gladius immolat. O duo genera suppliciorum in duobus apostolis Christi. Petrus patitur crucem: paulus sumit dominici lateris pugionem. *Lectio vj.*

Piscatorem suspendit hamus crucis: persecutorem mucro minuit percussoris. Ex piscatore fecit deus apostolorum principem: ex persecutore fecit apostolicum confessorem. Prestitit passio socios: quos fecerat fide predicatio copulatos. Veneremur ergo principes gregis nostri: si volumus ad caulas intrare veri pastoris Jesu Christi domini nostri: qui cum deo patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum amen. *Sec. Mattheum*[3]

In illo tempore: Jussit Jesus discipulos suos ascendere in naviculum: et precedere eum trans fretum donec dimitteret turbas. Et reliqua.

Omelia rabani doctoris. *Lec. vij*

Quare autem coegerit discipulos ascendere navim: et ipse mox dimisso populo in montem oraturus abierit: johannes manifeste declarat. Qui complet refectione illa celesti continuo subjecit. Jesus ergo cum cognovisset quia venturi essent ut raperent eum: et facerent eum regem: fugit iterum in montem ipse solus. *Lectio viij*

Denique domino in monti cacumine commorante: statim ventus contrarius oritur: et turbatur mare: et periclitantur apostoli. Et tandiu imminens periculum et naufragium perseverant: quamdiu Jesus non venit. Labor quidem discipulorum in remigando: et contrarius eis ventus: labores sancte ecclesie varios designat: qui[4] inter undas

[1] tenet: N. [2] freno: N. [3] '*xiiij.*' *add*: *S.* [4] que: R.N.

Digitized by Google

seculi adversantes: et immundorum flatus spirituum: ad quietem patrie celestis quasi ad fidam littoris stationem pervenire conatur. *Lectio ix.*

Jube me inquit venire ad te super aquas. Tu precipe: et ilico solidabuntur aque: ac leve fiet corpus quod per se grave est. Et descendens petrus de navicula ambulabat super aquas: ut veniret ad Jesum. Et cum cepisset mergi clamavit dicens. Domine salvum me fac. Igitur ardebat animi fides in petro. sed humana fragilitas illum trahebat in profundum. Paululum igitur petrus relinquitur[1] tentatione: ut augeatur fides: et intelligat se non facilitate postulationis sed potentia domini conservatum: cui laus et gloria per infinita secula seculorum amen. *Re.* Cives apostolorum. *In evangelio añ.* Orate pro nobis. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Deus cujus dextera.

¶ *In translatione sancti thome martyris.*

Ad vesperas antiphona Juravit. *ps̄.* Dixit dominus. *Añ.* Collocet. *et cetera. Capitulum.* Beatus vir qui suffert. *Re.* Miles[2] Christi. *Hymnus.* Deus tuorum. ℣ Gloria et. *In evangelio añ.* Hic est vere martyr. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui nobis translationem beati thome martyris tui atque pontificis celebrare concedis: te supplices exoramus ut meritis ejus et precibus a vitiis ad virtutes: et a carcere transferamur ad regnum. per dominum. *Memoria*[3] *de apostolis. Añ.* Gloriosi principes. ℣ In omnem. *Oratio.* Deus cujus dextera. *Ad matutinas Invita.* Justus florebit. *ps̄.* Venite. *Cetera de communi unius martyris.* *Lectio j.*

Gloriosi martyris thome translationem fratres charissimi dignis in domino laudibus recensentes pio mentis pensemus affectu: qui quasi felici presagio in ipsius translatione concurrebant. Anno igitur quinquagesimo a passione sua: anno vero gratie millesimo ducentesimo nono nonis julii hora quasi tertia translatio beati martyris est adimpleta. Pensemus dilectissimi mysteria anni quinquagesimi. Annus quinquagesimus: annus jubileus est. Jubileus autem remissionis annus vel remissivus interpretatur. *Lectio ij.*

Sicut enim in lege anno jubileo onera indebita consueverunt remitti: sic et in anno jubileo translationis ipsius martyris onera penitentium remittuntur. Unde pius pater honorius papa tercius in signum anni jubilei: accessuris ad solennitatem translationis beatissimi thome annuatim de injunctis penitentiis remissiones tales indulsit: quales retroactis temporibus nunquam meminimus romanos pontifices aliquibus indulsisse. *Lectio iij.*

Ad memoriam etiam revocemus: quod beatissimi martyris translatio die martis sit primo celebrata. Beatus igitur thomas die martis quasi ad martem de utero matris sue in

[1] reliquitur: S. 'in' add: R.N.

[2] milites: N.

[3] memorie: S.

Digitized by Google

lucem processit. Die martis sederunt primo principes: et adversus eum loquebantur. Actus est etiam die martis in exilium. Die martis apparuit ei dominus apud pontiniacum: et dixit ei. Thoma thoma: ecclesia mea gloriabitur in sanguine tuo. Die etiam martis ab exilio est reversus. *Lectio iiij.*

Die martis martyrii palmam adeptus est. Die ergo martis gloriose translatus est. Anno vero quarto pontificatus piissimi patris honorii pape: etatis etiam henrici illustris anglorum regis tertiodecimo: temporibus sacratissimi patris stephani translatio est gloriose consummata. Et merito talium temporibus: quia qui innocenter vixerat: decens erat et honestum: ut ab innocentibus et temporibus innocentum transferatur. *Lectio v.*

Qualiter translatio beatissimi martyris thome facta sit audiamus. Noctis cujusdam crepusculo venerabiles patres stephanus cantuariensis archiepiscopus: et richardus tunc saresburiensis episcopus: et walterus prior et conventus totus cum devotione debita ad sepulchrum ipsius martyris pervenerunt. Ibique orationibus aliquantulum quantum noctis brevitas permittebat devotissime insistebant. *Lectio vj.*

Omnibus iterato orationibus devotis et lachrymis exultationis incumbentibus quidam de presentibus vita et sanctitate preelecti: thesaurum illum preciosum de sepulchro sustulerunt: et in capsam ligneam tutissime ferro coopertam honorifice collocaverunt. Adveniente igitur die translationis prefixo: venerabiles patres pandulfus apostolice sedis legatus cantuariensis et remensis archiepiscopi cum ceteris prelatis et optimatibus regni: capsam predictam super humeros susceperunt in presentia illustris regis anglorum henrici tertii: qui propter minoris etatis imbecillitatem et tumultum populi non suscepit eam cum ipsis deferendam. *Septima lectio de expositione evangelii.* Ego sum pastor bonus: bonus pastor. *Quere in dominica secunda post pascha.* *Lectio viij.*

Detulerunt vero predictam capsam super humeros suos in conspectu populi cum lachrymis exultationis et hymnis jubilationis ante altare sancte trinitatis. Quam diligentissime et securissime[1] collocaverunt sub alia capsa lignea auro et lapidibus preciosis incomparabiliter cooperta. Beatissimus itaque martyr sue gratie solatia quasi vice[2] impendens suis fidelibus non subtraxit: et miraculis preambulis comitantibus et sequentibus totam sue translationis solennitatem adornavit. *Lec. ix.*

Gaudeamus igitur universi qui tante translationi meruimus interesse. Exultet in domino gens anglorum universa: quam rex celestis specialius ceteris insignivit: dum ex ea virum sine macula preelegit: ut sit unus ex anglicis inter angelos

[1] 'et secur.' om: S.

[2] vicem: R.N.

constitutus: qui intercessor fieret pro salute populorum. Gloria omnipotenti deo qui talem exaltavit: gloria unigenito filio: qui talem redemit: gloria spiritui sancto: qui talem sua gratia illuminavit: uni soli vivo et vero deo laus et honor et gratiarum actio per infinita secula seculorum amen. *Cetera ad matutinas et horas de communi unius martyris cum oratione.* Deus qui nobis.

¶ *Sancti grunbaldi*[1] *sacerdotis.* [*Lectio j.*

Preclarus confessor Christi grunbaldus: cujus hodie transitum felicem celebramus omni laude est dignus: quia triumphali laurea[2] triumphat in celis coronatus. Cujus laudes quod absit si tacuerimus: excusabiles ante tribunal Christi non erimus: quia illius gloriosa pignora in civitate sunt wintonia[3]: multisque miraculis a deo clementer glorificata. Denique preciosus[4] iste confessor Christi: de terra sua: de cognatione sua: et de domo servitutis patris sui exiens: venit in terram anglorum: de qua feliciter vocatus est ad regna celorum. *Lectio ij.*

Hujus siquidem vite sanctitas et depositionis celebritas nobis in domino confert leticiam: et solitam aufert tristiciam. Hic ergo adepta sacerdotii infula: ut fidelis servus et prudens conservis suis fructum in tempore tritici erogavit. Et ideo ut angelus dei in ecclesia sancta resplenduit quia attestante propheta. Sacerdos angelus domini est. *Lectio iij.*

Erat enim fide constantissimus: spe firmissimus: charitate integerrimus: prudentia insignitus: temperantia preditus: fortitudine roboratus: justicia locupletatus. Gaudete dilectissimi et exultate: quia ad tanti patris annua convenistis solennia: qui edificavit domum suam supra petram: id est Christum: a quo jam in celis eternam principe[5] meruit coronam: ipsi gloria in secula seculorum. Amen. *Cetera de communi unius confessoris non pontificis.*

¶ *Sancte everildis virginis. Lec.* [*prima.*

In diebus illis: regnante domino nostro Jesu Christo: sanctus birinus episcopus a romane sedis summo pontifice transmissus est occidentalibus anglicis: ut predicaret verbum dei: et multis miraculis signorum choruscaret. Convertit autem sinegismum regem eorum cum omni familia sua: et sanctus oswaldus northanhymbrorum rex eum de sacro fonte suscepit. *Lectio ij.*

Procedente vero tempore extitit quedam virgo everildis nomine nobilibus orta natalibus que velud[6] stella matutina totam provinciam sue lucis radiis perlustravit. Hujus igitur beate everildis annuam festivitatem devotis laudibus recolentes: tanto[7] devotiori studio ejus laudibus insistamus: quanto devotior in dei omnipotentis famulatu permansit. *Lectio iij.*

Cum igitur fama bonitatis ejus crebresceret: et laus illius

[1] *grumbaldi: R.N. passim. grymbaldi: S. passim.* [2] lancea: S. [3] witonia: R.N. [4] preciosius: N. [5] percipere: R.N.S. [6] velut: R.N.S. [7] tante: S.

ubique resonaret: sacrum velamen clam parentibus ignorantibus suscepit: et habitum monachalem sanctimonialisque est effecta. Relictis itaque parentibus a domo paterna clam discessit: Jesu Christi se commisit manibus dicens. Dirige me domine in viam tuam et semitam justitie propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo gressus meos: et psallens canticum zacharie iter ingressa est. *Lec. iiij.*

Deus autem qui ubique est presens misertus est illius: videns intentionem bonam: noluit eam solam iter suum facere: misit ei duas virgines habitu sanctimoniali indutas: quarum una bega vocabatur et altera vuldreda.[1] Quas cum videret alonge[2] venientes: flexis genibus oravit dominum dicens Benedictus dominus deus meus qui consolaris nos in omni tribulatione nostra concede mihi socias tibi acceptas: ut simul laudare possimus nomen sanctum tuum: quod est benedictum in secula seculorum. *Lectio quinta.*

Cum autem hec orasset beata everildis: affuerunt prefate virgines bega et vuldreda. et dixerunt. Vere verum est quod veritas dicit dominus noster Jesus Christus. Quicquid orantes petitis: credite quod[3] accipietis. En adest quod petivimus: en habemus quod optavimus. De tali conventu letantes: deum qui sibi prosperum fecerat iter laudaverunt: dicentes. Te deum laudamus: te dominum confitemur. Et hymno dicto: mirum dictu: eam quam nunquam ante viderant: et nomen illius spiritusancto revelante cognoverunt.

Statim autem ut pervenit ad locum: ubi permansura erat deo disponente et archiepiscopo wilfrido confirmante: in loco: qui prius predium episcopi vocabatur: postea mansio everildis: anglice vero everildesharm.[4] Tante sanctitatis fuit: ut solum divine contemplationi vacaret. Cum igitur dei gratia adjuvante ipsius exemplo et doctrina multas virginales animas deo reddidisset: nam ad eam veniebant multe divitum filie: et sacrum velamen acceperunt: ita ut in conventu suo aliquando octaginta[5] haberet: aliquando plures. Vocavit eam dominus Jesus tandem dicens. Veni dilecta mea: accipe coronam tibi preparatam. Et correpta brevi febricula inter manus virginum septimo idus julii migravit ad dominum: cui est honor et gloria in secula seculorum amen. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii* Simile est regnum celorum decem virginibus. *Omelia et cetera de communi unius virginis non martyris.* *[Lec. vj.]*

¶ *Sanctorum martyrum septem fratrum.* *Oratio.*

Presta quesumus omnipotens deus: ut qui gloriosos martyres tuos fortes in sua confessione cognovimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per dominum nostrum. *L. prima.*

[1] mildreda: S. passim.
[2] a longe: N.
[3] quia: R.N.S.
[4] everidesharm: N. everildesham: S.
[5] octoginta: R.N.S.

Digitized by Google

391

Temporibus antonini[1] imperatoris felicitas illustris femina cum septem filiis suis christianissimis tenta est: quorum nomina sunt hec: januarius felix: philippus. alexander: vitalis: martialis: sylvanus. Isti septem fratres cum matre illorum ducti sunt ad publium prefectum quos ille blando colloquio ad sacrificium provocans: minabatur interitum. *Lectio ij.*

Cui felicitas mater eorum dixit. Misericordia tua impietas est: et exhortatio tua crudelitas. Et conversa ad filios suos dixit. Videte filii celum ubi vos expectat Christus cum sanctis suis. Pugnate pro animabus vestris: et fideles vos in amore Christi exhibete. Publius vero prefectus jussit: ut felicitas et septem filii in carcerem mitterentur: et antonino imperatori omnia illorum gesta referri precepit. *Lec. [secunda.*

Tunc antoninus imperator misit[2] eos per varios judices: ut variis suppliciis laniarentur. Ex quibus vero unus[3] judex fratrem primum plumbatis occidit. Alter vero secundum et tercium fustibus mactavit. Alius quartum per precipicium interemit. Alter quintum sextum et septimum variis suppliciis affectos capitalem subire sententiam fecit. Matrem vero eorum capite truncari jussit: et ita triumphantes convolaverunt in celos. *Cetera de communi plurimorum martyrum.*

¶ *Sancte margarette*[4] *virginis et martyris. Oratio.*

392

Deus qui beatam margaretam virginem tuam hodierna die ad celos per martyrii palmam venire fecisti: concede nobis quesumus: ut ejus exempla sequentes ad te pervenire mereamur. per dominum. *Lec. prima.*

Beata vero margaretha quinto decimo etatis sue anno audiens persecutionem contra christianos ebullire[5]: his verbis orationem ad dominum fudit. Domine inquiens Jesu Christe: qui nunquam deseris sperantes in te: conforta me parvulam in te: ut si venerit tyrannica potestas: et me comprehenderit: non patiaris domine famulam tuam deficere: ut pre timore penarum fidem gratie tue abnegem: et tuum sanctum nomen formidando relinquam. *Lectio ij.*

Interea quidam prefectus olibrius veniebat de asia in antiochiam[6] propter christianorum persecutionem. Vidensque beatam margaretam pascentem oves: comprehendit eam: precepitque ad se adduci. Que comprehensa cepit Christum invocare et dicere. Miserere mei Jesu Christe miserere mei. Audiens autem esse christianam immutavit vultum faciei sue et ait ad eam. Ex quo genere es tu? Beata margareta respondit. Libera ego sum et christiana: et invoco deum patrem omnipotentem: et filium ejus Jesum Christum. *Lectio tertia.*

Altera vero die olibrius sedens pro tribunali sacram virginem sibi precepit accersiri: quam sic turbido vultu adiit dicens.

[1] anthonini: R.N. passim. [2] pro 'misit' jussit: R.N. [3] unius: N.
[4] margarete: R.N.S. passim. [5] ebulire: R.S. [6] anthiochiam: R.N.S.

Digitized by Google

Visne libamen diis immortalibus litare: an pro Christi tui nomine cum dedecore mori? Beata margareta respondit. Pro Christo totis viribus malo occidi quam obscenis simulachris vanis et surdis cervices meas inclinare.

[*Lectio iiij.*

His auditis filius diaboli furenti animo tortores inclamat: Cur inquit boni hactenus ministri moras nectitis? Atrocissimis carnes ejus flagris discerpite. Satagunt ergo tumidi implere jussa magistri: expoliatamque martyrem diris lacerant tormentis. Beata margaretha aspiciens in celum dixit: In te domine speravi: non confundar in eternum. Uritur interea hostia dei in odorem suavitatis visibilibus flammis: sed invisibili refrigeratur rore spiritussancti.

Lectio v.

Considerans ergo furibundus judex virginem non gravare incendia: ad alia iterum divertitur argumenta. Afferatur inquit cuppa aqua repleta: in qua demergatur hec sacrilega. Ministri vero dicta perpetrant jubentis: et junctis manibus et pedibus capite deorsum: precipitatur in profundum. Sponsa Christi in ipsis fluctibus precipitata: preces fudit devotione sanctissima. Completa namque oratione: subito solutis manibus et pedibus prodiit ex fonte cunctipotentem laudans.

Lectio [*sexta.*

Tunc terremotus factus est magnus: et vox de celis per ampla aeris spacia auditur. Constanter[1] certa beata margaretha: quia omnis chorus sanctorum tuum prestolatur adventum: ut precipias perhennem palmam laborum. Post hec truculentus judex sanctam virginem capitalem jubet subire sententiam: fidem Christi in ea invincibilem prospectans.[2] *Septima lectio de expositione evangelii secundum mattheum.* Simile est regnum celorum thesauro abscondito. *Omelia ut in communi.*

Lectio viij.

Ducta vero beata margaretha extra civitatem impetrata a spiculatore malco orandi licentia: flexis genibus oravit dominum dicens: Respice igitur piissime pater: et presta: ut si quis supplicia que pro tuo nomine viriliter pertuli scripserit aut legerit: vel mei memoriam fecerit: criminum suorum promereatur veniam. Et adhuc peto: ut qui ecclesiam in mei nominis honore tibi dedicaverit: adipiscatur quicquid petieret utile sue saluti: et descendat super illam domum consecratio spiritussancti.

Lectio ix.

His a martyre dictis: subito facta sunt tonitrua magna: et columba de celo missa tetigit eam dicens: Beata es Christi sponsa margaretha: que omnium compateris. Ecce enim que petisti[3]: usque in finem seculi tibi Christus concessit. Veni in requiem patrie celestis. Spiculator vero maximam dei virtutem perlustrans circa eam: percutere eam renuit. Cui margaretha: Si hoc agere distuleris: partem mecum habere non poteris. At ille timens dixit Domine ne statuas mihi hoc peccatum.

[1] 'esto' add: R.N.
[2] perspectans: R.N.S.
[3] 'et que non petisti' add: R.N S.

Digitized by Google

Et extento gladio caput ejus amputavit. Qui confestim ad dexteram beate virginis corruit: et expiravit. Et ex corpore beate martyris columba exiens videntibus cunctis celi secreta: angelicis manibus penetravit. Tunc quidam christianus nomine teophimus[1] tulit corpus ejus et sepelivit illud cum aromatibus in antiochia civitate: ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius virginis et martyris cum oratione propria.*

¶ *Sancte praxedis virginis. Orõ.*

Da quesumus omnipotens deus: ut qui beate praxedis virginis tue natalicia colimus: sicut annua solennitate letamur: sic tante illius fidei proficiamus exemplo. per dominum. *Lec. j.*

In diebus illis: Virgo venerabilis praxedis afflicta est nimis propter transitum germane sue potentiane. Ad quam multi nobiles christiani venerunt: et consolabantur eam: una cum sancto pio episcopo. Interea facta est persecutio magna christianorum: ut traherentur ad culturam idolorum: et multi martyrio coronati sunt. *Lectio ij.*

Virgo itaque praxedis fervens in spiritusancto: multos christianos occultabat in eodem titulo: quos et cibo pascebat et verbo sanctispiritus confirmabat. Tunc vero divulgatum est antonino imperatori: eo quod conventus fieret in titulo praxedis: misit et tenuit multos. Inter quos tenuit symetrium[2] presbyterum: cum aliis vigintiduobus quos sine interrogatione gladio puniri jussit. Quorum corpora sanctorum martyrum noctu beata praxedis collegit: et in cimiterio beate priscille sepelivit. *Lec. iij.*

Afflictione itaque constricta: beata praxedis ingemuit: et ut ex hoc mundo transiret attentius oravit. Cujus orationes et[3] ad dominum Jesum Christum pervenerunt. Et post dies triginta et quattuor post martyrium sanctorum supradictorum migravit ad dominum virgo sancta sub die duodecimo kalendas augusti. Cujus corpus ego pastor presbyter sepelivi juxta patrem suum in cimiterio priscille via salaria: ubi usque hodie florent orationes sanctorum in secula seculorum amen. *Cetera de communi unius virginis non martyris.*

¶ *In festo sancte marie magdalene non dubitatur[4] quin dicantur iste antiphone sequentes[5]: etiam si in feria secunda illud festum evenerit. Ad vesperas Añ.*

Conversus est dominus ad simonem et dixit: intravi in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti: hec mulier non cessavit lachrymis rigare pedes meos. Psalmi feriales. Añ. Tanto namque amplius peccati rubigo consumitur: quanto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. *Añ.* Maria pio conjuncta Jesu osculando pedes illius et pie rigando terge crimina nostra. *Añ.* Quid peccatoribus letius vel justis quid sperandum est securius: non dedignatur dominus tangi

[1] theophimus: N.S. [2] simetrium; N. [3] 'et' om.: N. [4] *dubitetur: N.* [5] *subsequentes: N.*

Digitized by Google

peccatricis manibus atque rigari pedibus. *Añ.* Optimam partem elegit sibi maria que non auferetur ab ea in eternum. *Capitulum.*

Mulierem fortem quis inveniet procul et de ultimis finibus precium ejus confidit in ea cor viri sui et spoliis non indigebit. *Re.* Maria cui dimissa sunt peccata multa. Roga dominum ut dimittat peccata nostra multa. ℣ Cui proprium est misereri semper et parcere. Roga. Gloria patri. Roga dominum. *Hymnus.*

Lauda mater ecclesia lauda Christi clementiam qui septem purgat vicia per septiformem gratiam. Maria soror lazari que tot commisit crimina ab ipsa fauce tartari redit ad vite limina. Egra currit ad medicum vas ferens aromaticum et a morbo multiplici verbo curatur medici. Contriti cordis unctio cum lachrymarum fluvio et pietatis actio ream solvit a vicio. Post fluxe carnis scandala fit ex lebethe[1] phiala in vas translata glorie de vase contumelie. Surgentem cum victoria Jesum vidit ab inferis prima meretur gaudia que plus ardebat ceteris. Uni deo sit gloria pro multiformi gratia qui culpas et supplicia remittit et dat premia. Amen. ℣ Dimissa sunt ei peccata multa Quoniam dilexit multum. *In evange. añ.* Fidelis sermo et omni acceptione dignus quia Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos fa-

[1] lebete: R.N.S.
[2] 'est' add: R.N.S.
[3] magdalena: N.
[4] peccaminum: R.N.S.

cere: et qui nasci dignatus[2] de maria virgine: tangi non dedignatus est de maria peccatrice: hec est illa maria cui dimissa sunt peccata multa quoniam dilexit multum: hec est illa maria que resurgentem a mortuis prima omnium videre meruit dominum nostrum Jesum Christum quem pro nostris reatibus oret quesumus in eternum. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Largire nobis clementissime pater quo sicut beata maria magdalene[3] dominum nostrum Jesum Christum super omnia diligendo suorum obtinuit veniam peccatorum[4]: ita nobis apud misericordiam tuam sempiternam impetret beatitudinem. per eundem dominum nostrum. *Memoria de sancto wandragesilo[5] abbate. Añ.* Justum deduxit dominus. ℣ Amavit. *Oratio* Intercessio beati.[6] *ut in communi. Ad matut. Invita.* Eternum trinumque deum laudemus et unum. Qui sibi mariam transvexit ad ethera sanctam. *ps̄.* Venite exultemus. *Hymnus* Lauda mater. *In primo noc. aña.* Rogabat Jesum quidam phariseus ut manducaret cum illo: et ingressus domum pharisei discubuit: et ecce mulier que erat in civitate peccatrix: ut cognovit: quod accubuisset in domo pharisei: attulit alabastrum unguenti. *ps̄.* Domine dominus noster. *Añ.* Stans retro maria secus pedes domini Jesu[7] cepit rigare pedes ejus: et

[5] *wandregisilo: R. wandregesillo: S.*
[6] pro 'beati' abbatis: R.N.
[7] 'lachrymis' add: R.S.

Digitized by Google

capillis capitis sui tergebat: et osculabatur pedes ejus et unguento ungebat. *ps̄.* Celi enarrant gloriam. *An̄.* Noli me tangere dixit dominus Jesus marie nondum enim ascendi ad patrem meum: vade autem ad fratres meos: et dic eis: ascendo ad patrem meum et patrem vestrum: deum meum et deum vestrum: venit maria annuncians discipulis: quia vidi dominum: et hec dixit mihi. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Diffusa est gratia in. *Lectio j.*

Fuit igitur secundum seculi fastum clarissimis orta natalibus beatissima maria magdalene: que ut[1] patrum asserunt traditiones a magdalo castro magdalena nuncupata est: quam non solum sui germinis dignitas: verum etiam patrimonii jura parentum successu[2] splendidam reddiderant: adeo ut duplicatus honor nominis excellentiam circunquaque diffunderet. *Re.* Maria magdalene: que fuerat in civitate peccatrix: amando veritatem lavit lachrymis maculas criminis. Et vox veritatis impletur: qua[3] dicitur dimissa sunt ei peccata multa: quoniam dilexit multum. ℣ Que enim prius frigida peccando remanserat postmodum amando fortiter ardebat. Et vox veritatis impletur: qua dicitur dimissa sunt ei peccata. *Lectio ij.*

Solent enim apud homines plus divitum quam pauperum nomine sciri. Sed quia rerum affluentia interdum voluptas comes sequitur: adolescentioris vite tempora lubricis disposuit discursibus agitanda: soluto pudicie[4] freno. Illa postmodum divino afflata spiritu ut comperit[5] Jesum in domum venisse symonis pharisei: ob suorum scelerum enormitatem precioso accepto unguento ad ipsum misericordie fontem concito gradu properavit: corruens in terram: et sacra ejus amplectens vestigia. Moxque compunctionis fletibus cepit sui plasmatoris pedes rigare: capitis sui capillisque sue devotionis tergere: et osculis vere humilitatis confovere: ac mundissimo sue dilectionis unguento perungere. *Re.* Cujus ergo vel saxeum pectus ille hujus peccatricis lachryme ad exemplum penitendi non emolliant: consideravit namque quid fecit et noluit moderari[6] quid faceret. Super convivantes ingressa est: non jussa venit: inter epulas lachrymas obtulit. ℣ Nam quia semetipsam graviter erubescebat intus: nihil esse credidit: quod[7] verecundaretur foris. Super. *L. iij.*

Sancta igitur maria nihil ore promens: dilectionis fervorem singultibus intimans: ac si loqueretur dicens. O domine Jesu dilectissime: tu qui omnia scis: et cordium inspector es verus: tu ipse[8] intelligis: quid meus amarus exorat gemitus: peccatrix sum: et omnium nephandorum criminum labe polluta: sed quia meam ab annis puerilibus contaminavi vitam: ad te

[1] 'ut' om.: S. [2] successus: R.N. successum: S. [3] quia: S.
[4] pudicitie: R.N.S. [5] comparuit: S. [6] moderare: N.
[7] quo: R.N. [8] tuipse: R.N.S.

Digitized by Google

dominum meum: qui es vita eterna confugio; ut me de baratri faucibus clementer eripias: potenter abstrahas: qui solus laborem et dolorem consideras. *Re.* Hanc vero quam lucas peccatricem mulierem johannes mariam nominat: illam esse mariam credimus de qua marcus septem demonia ejecta fuisse testatur: septem enim demonia habuit: que universis vitiis plena fuit: sed ecce quia turpitudinis sue maculas aspexit. Lavanda ad fontem misericordie cucurrit. ℣ Videns hoc phariseus dicebat intra se hic si esset propheta sciret utique que et qualis est mulier: que tangit eum quia peccatrix est. Lavanda. Gloria patri Lavanda. *In secundo noct. añ.* O quanta vis amoris hujus mulieris mentem accenderat: que a monumento domini etiam discipulis recedentibus non recedebat beata maria magdalene. *ps̄.* Eructavit. *Aña.* Exquirebat maria quem non invenerat flebat inquirendo et amoris sui igne accensa ejus quem ablatum credidit ardebat desiderio unde contigit: ut Jesum tunc sola videret: que remansit ut quereret. *ps̄.* Deus noster refugium. *Añ.* Hanc ergo toto corde deprecemur: ut nobis apud dominum semper auxilio esse dignetur. *ps̄.* Fundamenta. ℣ Specie tua. *Lectio iiij.*

Post gloriosam domini nostri Jesu Christi passionem resurrectionis ascensionisque triumphum: judeorum sacerdotes invidie facibus accensi concitaverunt persecutionem in ecclesia[1] interficiendo prothomartyrem stephanum: et alios testes Christi a finibus suis pellendo. Tunc beatus maximinus unus ex septuaginta duobus discipulis: cujus religioni se contulerat beata maria magdalene sociandam: iter ad mare direxit cum beata muliere. Ascendentesque navim: prospero cursu venerunt ad marsiliam. *Re.* Videns ergo flentem mariam et sororem ejus martham: lachrymatus est Jesus et accedens ad monumentum. Quadriduanum[2] jam lazarum resuscitavit. ℣ O felicis soror utraque meriti: quarum lachrymis motus fons ipse pietatis. Quadriduanum jam. *Prosa.* Dilecte sue precibus marie magdalene. ℣ Conditor vite lazarum a morte quarto die resuscitavit. *Lectio v.*

Annuente ergo deo aquensem ingressi sunt provinciam: divina verbi semina cunctis largiter erogando: die noctuque predicationibus jejuniis et orationibus insistendo: ut populum ipsius regionis incredulum ad agnitionem dei perducerent. Ipso vero predicante: illi fidem receperunt: et eisdem ordinatus est episcopus. Interea beata maria magdalene contemplationi vacans. et partem quam elegit conservans: licet adhuc in terris peregrinaretur: mente tamen paradisi amenitate pascebatur. *Re.* Nequissimo jude proditori dilectricem Jesu mariam objurganti cur precioso caput ejus unxisset unguento: ait ipse

[1] ecclesie: S.

[2] Quatriduanum: R.N.S.

Digitized by Google

Jesus: sine illam: Opus enim bonum operata est in me. ℣ Amen dico tibi: narrabitur in toto mundo quod fecit hec in memoriam ejus. Opus enim bonum. *Lectio vj.*

Appropinquante tandem tempore quo ipsa ex ergastulo carnis solveretur: vidit Christum ad celestis regni gloriam pie et misericorditer se vocantem. Transiit autem undecimo kalendas augusti: cujus sanctissimum corpus beatus maximinus episcopus in honorifico mausoleo diversis conditum aromatibus collocavit: desuper construens mirifice architecture basilicam. Monstratur autem sepulchrum ejus ex candido marmore: continens insculptum: qualiter in domo symonis delictorum veniam promeruit: simulque officium humanitatis: quod circa domini sepulturam devota exhibuit. cui laus et honor in secula seculorum amen. *Re.* Fortis ut mors vere beate marie magdalene dilectio que dominum nec inter manus persequentium deseruit. Sed ad mortem usque crucis fideliter adhesit. ℣ Aque tribulationum multe non valuerunt ejus in dominum extinguere charitatem. Sed ad mortem. Gloria. Sed ad. *In tertio noc. añ.* Lavit maria lachrymis pedes domini: lavit dominus illius maculas cordis et corporis. *ps̄.* Cantate (*j.*) *Añ.* Solennitatem magdalene celebri devotione veneremur: ut illius obtentu a peccatis absolvamur et summo regi conjungi mereamur. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.*

[1] revelari: N.

Magdalenam sua crimina confitentem Christus dominus suscepit: et emundatam in pace abire precepit. *ps̄.* Cantate (*ij.*) ℣ Adjuvabit. *Secundum Lucam.*

In illo tempore. Rogabat Jesum quidam phariseus: ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisei discubuit. Et reliqua.

Omelia beati Gregorii pape. L. vij.

Cogitanti mihi de marie penitentia flere magis libet quam aliquid dicere. Cujus enim vel saxeum pectus ille hujus peccatricis lachryme ad exemplum penitendi non emolliant. Consideravit nanque quid fecit: et noluit moderare quid faceret. Super convivantes ingressa est: non jussa venit: inter epulas lachrymas obtulit. Discite quo dolore ardet: que flere inter epulas non erubescit. *Re.* O diligens Christum et a Christo dilecta maria tua festa celebrantibus adesto mente benigna. Ut qui peccatorum mole gravamur: tuis auxiliis relevari[1] valeamus. ℣ Compatiens nobis pietatis affectu offer pro nobis Christo sancta libamina precum. Ut qui. *Lectio viij.*

Hanc vero quam[2] lucas peccatricem mulierem: johannes mariam nominat: illam esse mariam credimus de qua marcus septem demonia ejecta fuisse testatur. Et quid septem demoniis nisi universa vitia designantur. Maria septem demonia habuit: que universis vitiis plena fuit. Sed ecce quia turpitudinis sue maculas aspexit: lavanda ad fontem misericordie

[2] 'quam' om.: R.

Digitized by Google

cucurrit convivantes non erubuit. Nam quia semetipsam graviter erubescebat intus: nihil esse credidit quod verecundaretur foris. *Re.* Completum est igitur in beata maria magdalene propheticum illud domini dictum. Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meum. ℣ Deserentibus me meis intimis apostolis marie inquit non deserenti. velut exteriori. Pelli. *Lectio ix.*

Quid miramur fratres mariam venientem an dominum suscipientem? Suscipientem dicam an trahentem? Dicam melius trahentem et suscipientem: quia nimirum eam per misericordiam traxit intus qui per mansuetudinem suscepit foris. Sed jam textum sancti evangelii percurrentes quo ordine venerat sananda videamus. Maria unguentum quod sibi pro odore sue carnis adhibuit: hoc[1] deo laudabiliter offerebat. Lachrymis pedes ejus rigavit: quia oculis terrena concupierat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat: sed jam capillis lachrymas tergebat. Et quia ore superba dixerat: pedes domini osculabatur. Quot enim habuit in se oblectamenta: tot de se invenit holocausta. Convertit ad virtutem numerositatem criminum: ut tota serviret deo in penitentia cui gloria in secula seculorum amen. *Re.* O felix felicis meriti maria que resurgentem a mortuis dei filium[2] videre meruisti prima pro cujus amore seculi contempsisti blandimenta. Sedula nos apud ipsum quesumus prece commenda. ℣ Ut tecum mereamur o domina perfrui felicissima ipsius presentia. Sedula. Gloria. Sedula. *Prosa* O rex[3] summo mulier chara deo que penitendi exemplo. ℣ Sperande reo salutis opem fers mundo. ℣ Cum prece nos pia semper sponso tuo commenda. *ps.* Te deum. ℣ Dimissa sunt. *In laudibus antiphona.*

Annua magdalene recolentes festa marie devotas laudes domino referamus ovantes. *ps.* Dominus regnavit. *an.* Hanc deus exemplum mundo concessit habendum ut post commissum redeat peccator ad ipsum. *ps.* Jubilate. *An.* Existens maculis vitiorum sordida cunctis horruit has tandem flendoque piavit easdem. *ps.* Deus deus meus. *an.* Ad vite fontem qui culpam diluit omnem: flebilis accessit bibit et sic munda recessit. *ps.* Benedicite. *an.* Actu quippe pari studeamus surgere lapsi: poscamus veniam lachrymis imitando mariam. *ps.* Laudate. *Cap.* Mulierem fortem.

Eterni patris unice nos [*Hym.* pio vultu respice qui magdalenam hodie vocas ad thronum glorie. *In* thesauro recondita regis est dragma perdita: gemmaque lucet inclyta ex luto luci reddita. *Jesu* dulce refugium: spes una penitentium: per peccatricis meritum peccati solve debitum. *Nos* vitiorum stimuli jugi vexant instantia et blandientis seculi corrumpunt lenocinia. *Libet* nec licet libere tibi pro voto psallere dum mens egra sub misere carnis gemiscit onere.

[1] hic: S. [2] fidelium: R. [3] regi: R.N. rerum · S.

Digitized by Google

*P*ia mater et humilis nature memor fragilis: nos rege tuis precibus in hujus vite fluctibus. *U*ni deo. ℣ Adducentur. *In evange. añ.* Cunctorum dominus sit in eternum benedictus qui pietate sua de noctis valle profunda transtulit in regnum celesti lumine plenum quam sibi per veniam sacraverat ante mariam. *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra. Memoria de sancto wandregesilo.*[1] *Añ.* Euge serve. ℣ Justus germinabit. *Oratio* Intercessio *Ad primam Añ.* Annua. *ps̄.* Deus in nomine tuo. *etc. Ad tertiam añ.* Hanc deus. *ps̄.* Legem pone. *Cap.* Mulierem fortem. *Re.* Diffusa est. ℣ Specie tua. *Oratio* Largire. *Ad sextam añ.* Existens. *ps̄.* Defecit. *Capitulum.*

*A*ccinxit fortitudine lumbos suos et roboravit brachium suum: gustavit et vidit quoniam bona est negociatio ejus: non extinguetur in nocte lucerna ejus. *Re.* Specie tua. ℣ Adjuvabit. *Oro ut supra. Ad nonam añ.* Actu quippe. *ps̄.* Mirabilia. *Capitulum.*

*M*ulier timens deum ipsa laudabitur: date ei de fructu manuum suarum et laudent[2] eam in portis opera ejus. *Re.* Adjuvabit. ℣ Adducentur. *Oro ut supra. Ad vesperas añe. de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Mulier timens. *Hymnus* Eterni patris. ℣ Dimissa sunt. *In evang. añ.* O pietas immensa dei bonitasque perhennis. peccatrix mulier fit regni perpetis heres: gaudet que flevit gaudendi fine carebit: impetret hec miseris eterne dona quietis. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Largire. *Memoria de sancto apollinare.*[3] *Añ.* Hic est vere. ℣ Gloria et honore. *Oratio.*

*C*lementiam tuam quesumus omnipotens deus: ut intercedente pro nobis beato apollinare martyre tuo atque pontifice veniam omnium consequi mereamur peccaminum: et vitam accipere valeamus eternam per dominum.

¶ *Sancti Appollinaris*[4] *episcopi et martyris.* *Lectio j.*

*I*n diebus claudii cesaris veniens petrus apostolus ab antiochia in urbem romam: dixit appollinari discipulo suo. Quid sedes nobiscum? Ecce eruditus es de omnibus que fecit Jesus. Surge accipe spiritum sanctum ac pontificatum: et perge ad urbem que vocatur ravenna: et predica ibi de nomine Jesu: et ne formidaveris. Cunque appollinaris ingressus fuisset ravennam: tribunus suscepit est[5] in domum suam: aitque ad eum. Bene advenisti medice. Cui appollinaris. Requiescat in nobis pax dei et domini nostri Jesu Christi. *Lectio ij.*

*T*ribunus dixit. Mulier mea nomine tecla annis plurimis tenetur infirma: cui omnis medicina extitit contraria: si qua enim virtus est in te operare. Tunc appollinaris apprehendens manum mulieris ait. Surge in nomine domini nostri Jesu

[1] *Wandregisillo: R. wangregisillo: N. Wandregesillo: S.*
[2] laudant: N.
[3] *appollinare: R.N. appolinare: S.*
[4] *appolinaris: R.N. apollinaris: S.*
[5] eum: R.N.S.

Digitized by Google

Christi. Statinque[1] mulier descendit sana de lectulo: clamans et dicens. Non est alius deus preter Jesum: quem predicat appollinaris. Interea ipse tribunus cum uxore et filiis et familia sua credentes in Jesum baptizati sunt. Hoc[2] audiens thaurus[3] judex: dixit ad appollinarem. Ecce mihi filius cecus natus est: aperi oculos ejus et credam Christum. Sin autem: igni te tradam ad comburendum. Tunc appollinaris in nomine Jesu oculos ceci nati aperuit: et omnes stupentes qui aderant baptizati sunt. *Lectio tertia.*

Post hec demosten patricius jussu vespasiani[4] cesaris appollinarem sibi adhiberi precebit. Quique[5] jam[6] incurvatus nimia etate et ob diversas passiones astaret in conspectu judicis: clamatum est a paganis. Omnes scimus quia christianus est. Aut puni eum: aut longius projice ab hac urbe. Tunc traditus est in custodiam cuidam centurioni: qui media nocte laxavit eum ut fugeret. Pagani vero sequentes apprehenderunt eum et tandiu cesus est: quousque mortuus existimaretur.[7] Exinde ante lucem collectus a discipulis suis perductus est in vicum: ubi leprosi morabantur: et inter christianos per septem dies supervixit: ammonens ne a fide Christi discederent: qui vivit et regnat in secula seculorum amen. *Cetera de communi unius martyris.*

¶ *In vigilia sancti Jacobi apostoli. Matutine dicantur de sancta Christina cum nocturno. Lectio j.*

Temporibus dioclitiani[8] imperatoris erat quedam virgo rome annorum duodecim nomine christina deum amans valde. Habuit enim patrem paganum urbanum nomine: qui fecerat turrim excessam[9]: in qua constituit filiam suam cum duodecim puellis: fecit etiam deos aureos: quos adoraret. Illa vero deos confregit: et dedit pauperibus. Hec audiens pater ejus jussit puellas in conspectu ejus decollari: et christinam incarcerari: atque in eculeo[10] suspendi: et latera ejus unguibus radi. Christina vero auferebat carnes de corpore suo: et projiciebat in faciem patris sui dicens. Comede virtutem corporis tui. *Lectio ij.*

Pater vero christine jussit eam in profundum maris mitti. Que cum projecta esset: suscepta est ab angelis dei: et baptizavit eam Jesus in mari. Ipsa de mari exiens vidit celum apertum: ac salvatorem introeuntem: et reversa est ad domum patris sui. Quam cum videret: ipsam incarceravit: cupiens eam alio die gladio punire. Sed ipsa nocte cum cruciatibus pater emisit spiritum: tunc alius judex nomine zion perduxit[11] eam coram idolo ut sacrificaret. Orante autem beata christina: idolum comminutum est: et tria milia

[1] Statimque: R.N.S. [2] Hec: S. [3] taurus: S.
[4] vaspasiani: R.N. [5] Quibus: S. [6] pro 'jam' cum: R.N.
[7] estimaretur: S. [8] diocleciani: R.S. diocletiani: N.
[9] excelsam: R.N. [10] equuleo: N.S. [11] produxit: R.N.

Digitized by Google

hominum conversi sunt ad Christum. zion vero perterritus propter ruinam appollinis[1] cecidit et expiravit. *Lectio tertia.*

Post mortem zionis venit julianus judex: qui jussit caminum accendi per triduum: et christinam immitti. At ubi ingressa est caminum laudabat dominum deum. Milites vero nunciaverunt juliano: et jussit ut aperirent caminum: et exivit virgo de camino splendida sicut sol[2]: deum laudans. Tunc jussit abscidi linguam ejus. Ipsa vero projiciens partem lingue ejus in oculum judicis excecavit eum dicens: Eloquium dei veniens in faciem tuam excecavit te. Hec audiens julianus jussit interficere eam. Milites vero percutientes eam in latere abierunt. Ipsa vero oravit dicens: Domine Jesu suscipe spiritum meum. Et hec dicens emisit spiritum. Et julianus cepit continuo cruciari: et expiravit. Passa autem est beata christina sub urbano patre suo: et zion: et juliano: et in templo appollinis est sepulta: ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera ad matutinas et ad horas de communi unius virginis et martyris. cum oratione de communi etcetera.*[3]

¶ *In vigilia sancti jacobi apostoli. Ad vesperas aña.* Vos qui reliquistis. *Et cetere antiphone cum psalmis ferialibus et cetera unius apostoli.* *Hymnus.*

Bina celestis aule luminaria jacobe necnon johannes theologe: poscite nobis veniam rogantibus: quam venit Christus gratis dare miseris. *Hymnus.* Annue Christe. *Cetera de communi unius apostoli. Et fiat memoria de sancto christoforo martyre. Añ.* Hic est vere. ℣ Gloria et honore. *Oratio.* Presta quesumus *ut in communi. Lectio prima.*

Apostolus domini nostri Jesu Christi jacobus: frater beati johannis evangeliste omnem judeam et samariam visitabat: ostendens omnia a prophetis predicta in domino nostro Jesu Christo esse completa. Accidit autem cuidam hermogeni mago: ut discipulum suum[4] philetum nomine mitteret ad eum. Qui cum venisset cum aliquantis phariseis ad jacobum: conabatur asserere: quod non verus filius dei esset Jesus Christus nazarenus: cujus apostolum se commemorabat. *Re.* Ecce ego. *et cetera responsoria de communi.* *Lectio secunda.*

Jacobus autem in spiritu sancto confidenter agens: omnes assertiones ejus evacuabat ostendens eis[5] ex scripturis divinis hunc esse verum filium dei. Reversus ad hermogenem philetus dixit ei. Jacobum qui servum Jesu Christi se asserit et apostolum esse: scias te superare non posse. Placeat ergo tibi consilium meum et veni ad ipsum et postula tibi indulgentiam ab eo. Me autem scias ad ipsum reverti et petere: ut ejus merear esse discipulus. Hermogenes vero repletus zelo: vinxit philetum: et dixit: Videamus si jacobus tuus solvat te ab his vinculis. *Lec. iij.*

[1] apollinis: N.S. [2] 'et' add: N. [3] '*etc.*' *om.*: *N.*
[4] 'suum' om.: N. [5] ei: N.

Digitized by Google

Tunc philetus per puerum suum nunciavit jacobo. Statim vero apostolus misit sudarium suum ad ipsum. Qui continuo jacto[1] sudario resolutus a vinculo magi: currens venit ad jacobum insultans maleficiis magi. Hermogenes autem arte magica sua excitavit demones: et precepit eis dicens: Ite et hunc jacobum mihi adducite simul et philetum discipulum meum. Venientes vero ubi jacobus orabat: clamabant: Jacobe apostole dei hermogenes nos misit: ut te et philetum ad ipsum perduceremus. Sed ut ingressi sumus: angelus dei igneis cathenis religavit nos et cruciamur. *Lectio quarta.*

Dicit autem jacobus ad demones: In nomine patris et filii et spiritussancti exolvat vos angelus dei: et non ledentes hermogenem sed vinctum eum huc adducatis. Qui cum abiissent ligaverunt eum de restibus manus a tergo: et duxerunt ad jacobum. Dixit eis jacobus: Ecce philetus ante vos stat: cur non tenetis eum? Dicunt ei demones: Non possumus nec formicam lecti tui contingere. Et dixit jacobus ad philetum: Hermogenes te[2] ligavit: tu ipsum solve. Quod cum fecisset: dixit ei apostolus. Vade liber: quia non est nostre discipline: ut invitus aliquis convertatur. *Lectio v.*

Dixit autem hermogenes ad jacobum: Novi iras demonum: ipsi me tenebunt et interficient: nisi succursum mihi feceris. Dicit ei apostolus. Accipe baculum itineris mei et cum eo perge securus ubicunque volueris. Post hec[3] orante jacobo: hermogenes cepit ita in dei timore esse perfectus: ut etiam virtutes per eum fecisset deus. Videns ergo abiathar pontifex hermogenem et populum credidisse: excitavit seditionem gravissimam: ita ut josias mitteret funem in collo ejus: et perduceret eum ad pretorium herodis: qui jussit eum decollari. Cunque duceretur: quendam paralyticum in via jacentem: et ad se clamantem: in nomine Jesu sanavit. *Lectio vj.*

Hec videns josias: qui apostolum traxit: misit se ad pedes apostoli: et postulabat indulgentiam ab eo. Tunc abiathar fecit josiam teneri: et dixit ei: Si non discesseris a jacobo: cum ipso decollaberis. Respondit josias: Maledictus tu: et omnes dii tui. Tunc abiathar jussit os ejus pugnis cedi: et impetravit ab herode: ut cum jacobo decollaretur. At ut perventum est ad locum passionis: apostolus perfundit[4] josiam aqua: ac osculatus est eum: et benedixit: sicque una hora martyres effecti simul perrexerunt ad Christum: cui est honor et gloria in secula seculorum amen. *Secundum mattheum.*

In illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum zebedei cum filiis suis: adorans et petens aliquid ab eo. Et reliqua. *Omelia ex commentario venerabilis bede presbyteri. L. vij.*

[1] tacto: R.N.S.
[2] pro 'te' et: N.
[3] hoc: S.
[4] perfudit: R.S.

Digitized by Google

Herent sibi divine lectiones: et frequenter una pendet ex altera: ut nonnunquam exordia subsequentis facilius intelligantur ex consideratione precedentis. Quod in hac lectione facile advertimus: si illius superiora parumper attendamus. Supra enim retulit evangelica lectio: quia ascendens Jesus hierosolimam assumpsit duodecim discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam. etc. Statimque evangelista adjunxit dicens. Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei. Mater filiorum zebedei matertera fuit salvatoris: mater videlicet jacobi et johannis. *Lec. viij.*

Hac ex causa fratres mulier incitatur ad dignitatem petendam pro[1] filiis suis: quia post omnia dixerat dominus: Et tertia die resurgam. Putabat enim mulier quod dominus post resurrectionem suam regnaturus esset in terra corporaliter: et dignitatem terrenam esset distributurus. Hac igitur aviditate feminea incitata ad dominum accessit: rogans dominum: ut daret filiis suis potestatem sedendi: uni a dextris: et alteri a sinistris. Respondens autem Jesus dixit: Nescitis quid petatis. Mater quidem petierat: sed dominus discipulos increpavit: quia intellexit petitionem quam mater attulerat ex suasione filiorum descendisse. *Lectio ix.*

Interrogat eos dominus: si calicem possent bibere: quem bibiturus erat. id est si eandem[2] passionem sufferre possent: quam ille passurus erat pro illis. Calicem inquit dominus meum bibetis. id est[3] passionem meam sustinebitis. Sedere autem ad dexteram meam vel sinistram: non est meum dare vobis. id est non humana potestate ista do. Aliter: Non est meum dare vobis id est superbis et elatis: sed quibus paratum est a patre meo: humilibus scilicet et mitibus. Hujus ergo meritis et precibus beati apostoli jacobi gratia nobis annuat divina: ut percipiamus non quod meremur: sed quod petimus. id est vitam que permanet in secula seculorum *Cetera ad matutinas et horas de communi unius apostoli: cum oratione sequenti.* *Oratio.*

Esto domine plebi tue sanctificator et custos:[4] ut apostoli tui jacobi munita presidiis et conversatione tibi placeat: et secuta[5] deserviat. per dominum. *Et fiat memoria ad matutinas de sancto christoforo martyre. Ad vesperas omnia de communi apostolorum: cum oratione* Esto domine. *ut supra.*

¶ *Memoria de sancta anna. Añ.* Simile est regnum celorum sagene. ℣ Diffusa est. *Oratio.*

Deus qui beatam annam diu sterilem prole voluisti gloriosa et humano generi salutifera fecundari: da quesumus: ut omnes amore filie matrem venerantes: in hora mortis utriusque presentia gaudere mereantur.[6] per dominum. *Ad matutinas omnia sicut unius matrone: preter legendam et orationem.*

Lectio j.

[1] 'pro' om.: R.N.S.
[2] eadem: S.
[3] 'est' om.: N.
[4] 'ita' add: S.
[5] secura: R.S.
[6] mereamur S.

Digitized by Google

Joachim ex cathena nathan filii david: in nazareth civitate galilee oriundus: annam bethleemiticam honestam et laude dignam in matrimonium duxit. Hi rerum terrenarum possessione potentes: sed virtutum probatarum copia fuerunt potentiores. Non enim terrenis divitiis appetebant affluere: sed sanctam et celestem vitam gaudebant ducere. *Lectio ij.*

Ipsorum autem vita simplex et recta fuit ante deum: apud homines irreprehensibilis et pia erat. Nam omnem substantiam suam tripharie dividebant: duas partes templo dei: et peregrinis indigentibus erogabant: tertia parte in usos suos et s e familie reservata. Ita justi deo et pii hominibus: per annos circiter viginti absque liberorum procreatione: devotum et sanctum conjugium exercebant. *Lec. iij.*

Appropinquante tempore quo altitudo sapientie et scientie dei ordinavit per conceptionem virginis gloriose initiari nostre redemptionis mysterium: joachim inter concives suos cum oblatione ad templum ascendit. Cui princeps sacerdotum improperium intulit[1]: eo quod esset infecundus: nullusque de eo in israel processerat genitalis. Qui dolens et tristis objectu opprobrii ad pastores suos in heremum secessit. *Lectio iiij.*

Anna vero hec ut audivit vestes lugubres induit. et die ac nocte plurimum contristata ploravit. Quibus solatio[2] divina non defuit. Angelus enim domini utrique seorsum existenti cum[3] magna luce apparuit: filium eis[4] nascituram: ejusque nomen et vitam benigno nunciavit affatu: ac evangelizate sobolis signa evidentia: et indicia perspicua eis dedit. Igitur hierusalem ascendentes ad locum angelico vaticinio designatum[5]: portam videlicet auream sibi invicem obviarunt. Tunc de sua mutua visione leti: debitas deo gratias reddiderunt. *Lectio v.*

Anna vero juxta divinum promissum concepit et parturiit prolem: que postea suum et omnium parturiit salvatorem. Anna vero cujus hodie festivitatem celebramus: ex nominis interpretatione redditur gratiosa. Anna enim gratia interpretatur. Hec magno[6] gratie munere fuit privilegiata: quia meruit concipere et parere prolem: in qua exuberavit totius gratie plenitudo. Propter meritum hujus prolis est ipsa beata et sancta ab omnibus predicanda. *Lectio vj.*

Nonne manus que pomum infra se tenuerit dimidia die: reliqua[7] parte diei pomi servabit odorem: quantum ergo illa viscera virtus sanctitatis affecit: in quibus sanctorum sanctissima novem mensibus requievit. Beata et felix mater: et omni matre eam precedente felicior: cujus partui hec proles a patriarchis expectata: a prophetis prenunciata: et a cunctis fidelibus desiderata: erat divinitus

[1] tulit: R.N.
[2] consolatio: R.N.
[3] pro 'exist. cum' existentium: S.
[4] pro 'eis' ejus: N.
[5] 'ad' add: R.N.
[6] magnum: S.
[7] pro 'reliqua' aliqua: R.N.

Digitized by Google

reservata. Sanctam igitur hujus diei solennitatem digne divinis laudibus catholica veneratur ecclesia. Si volumus placare filiam: agamus matris festivam memoriam: ut filiam suam pro nobis piam interventricem: et ejus nepotem misericordem judicem sentiamus: cui sit honor et gloria in secula seculorum amen. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii* Simile est regnum celorum thesauro etc.

¶ *Sancte marthe virginis non martyris.*

Ad matutinas et horas de communi unius matrone: cum oratione propria. Ad vesperas añ. Veni sponsa. *et cetere antiphone de laudibus: cum psalmis ferialibus. Capitulum* Qui gloriatur *Et cetera de communi unius virginis non martyris. Memoria de sancta anna. Añ.* Accinxit. ℣ Specie tua. *Oratio.*

Deus qui beatam annam diu sterilem prole voluisti gloriosa. et humano generi salutifera fecundari: da quesumus: ut omnes amore filie matrem venerantes: in hora mortis utriusque presentia gaudere mereantur. per dominum. *Alia memoria de martyribus. Añ.* Gaudent in celis. ℣ Exultent. *Oro.*

Deus qui gloriosos resurrectionis eterne precones septem dormientes magnifice coronasti: presta quesumus: ut eorum precibus resurrectionem sanctam: que in eis mirabiliter preostensa est consequamur. per dominum.

Martha hospita Christi: syro patre: eucharia matre regali ex progenie de- [*Lec. j.*] scendit. Pater ejus syrie multarumque orarum dux extitit. Tria autem oppida. scilicet magdalum: bethaniam utramque[1] et hierosolymitane urbis partem: martha cum sorore sua jure materne hereditatis possidebat. Nunquam legitur aut virum habuisse: aut hominum contubernium subisse.[2] Post ascensionem domini facta dispersione discipulorum: ipsa cum fratre suo et sorore: necnon et beatus maximinus: qui eos baptisaverat cum multis aliis navigando marsiliam pervenerunt. *Lectio secunda.*

Erat autem tunc temporis super rodanum in nemore quodam inter arelatem et avinionem draco quidam: medius animal: medius piscis: grossior bove: longior equo: habens dentes ut spata acutos: et cornua utraque parte munitus. Ad quem martha a populo rogata accedens ipsumque in nemore quendam hominem manducantem reperiens: aquam benedictam super eum ejecit: et crucem quandam[3] ostendit. Qui ut ovis stans a sancta martha proprio cingulo ligatur: et illico a populo perimitur. Ibi igitur beata martha orationibus et jejuniis de licentia beati maximini deinceps indesinenter vacabat. *Lectio tertia.*

Deinde congregato ibidem magno sororum conventu: ad honorem beate marie virginis magnam edificavit basilicam. Centies in die:[4] totidem in nocte genua flectebat. Quadam vero vice dum apud avinionem inter urbem et fluvium rodani predicaret: juvenis quidam ultra

[1] utrumque: R.
[2] subiisse: S.
[3] quendam: N.
[4] 'et' add: N.

Digitized by Google

fluvium ejus verba audire desiderans : navigio carens : natare cepit : et subito a vi fluminis suffocatur. Cujus corpus vix secunda die inventum ante pedes sancte marthe presentatur. Illa vero in modum crucis solo prostrata oravit. Et apprehensa manu pueri : mox vivus surrexit : et sacrum baptisma suscepit.

Medie lectiones de martyribus.

In illo tempore : [*Lectio iiij.*

Regnabat decius imperator : et descendit in civitatem constantinopolim et rursus in carthaginem et ephesum : et preceperat ut comprehenderentur christiani. Et dixerunt ei inimici veritatis Tu ex longinquo colligis ad sacrificia idolorum : et ecce proximi tui despiciunt te. Maximianus filius prefecti et sex socii ejus. Quod audiens imperator jussit eos adduci ad se. Illi aurum sumentes et argentum[1] parentibus suis dabant medicis[2] occulte et aperte et fugierunt a facie ejus in spelunca[3] montis celii. Deo autem disponente dormierunt : et non senserunt : ubi animas eorum deposuit deus. Quo comperto decius precepit : ut lapidibus obturarent[4] os spelunce : et ita deficerent. Theodorus vero et rufinus scribebant martyrium eorum in paginis plumbeis : et posuerunt secrete in ore spelunce. *Lectio v.*

In diebus autem theodosii imperatoris : contigit pueros volvere lapides ex ore spelunce. Dedit autem deus spiritum vite latentibus in spelunca : et visum est eis tanquam una nocte dormientes : et mane surgentes. Egressus igitur malchus : ut emeret panem : et appropinquans porte civitatis vidit signum crucis in porta fixum : et miratus est : et eo volente egredi de civitate appropinquavit juxta vendentes panes et argenteos dedit ut panes reciperet. Ipsis vero argenteos considerantibus inter se dixerunt. Iste thesaurum occultum invenit. Quibus ille formidans ait. Oro vos ecce habetis argenteos : nolo panes. Adductus vero cum argenteis ante proconsulem et marinum episcopum dixerunt ei. Ubi est inventum : quod invenisti. Et ille. Inventum non inveni. Sed unum postulo : dicite mihi : et quod est in corde meo dicam vobis. Detius[5] imperator ubi est ? Marinus episcopus dixit. Fili : ante multos annos fuit ipse. *Lec. vj.*

Malchus dixit. Sequimini me : et monstrabo vobis socios meos. Et duxit eos in montem celii : ubi invenerunt socios suos : et tabulam plumbeam sic scriptam : Maximianus : malchus : martinianus : dionysius : johannes : seraphion : constantinus. Hoc audiens theodosius imperator ivit cum magna festinatione de constantinopoli in ephesum. Et omnis civitas cum imperatore simul ascenderant ad sanctos martyres : et egressi martyres in occursum imperatoris : resplenduerunt facies eorum sicut sol. Cecidit vero imperator ante eos dicens. Sic vos video ante me : tanquam si viderem Christum dominum.

[1] 'a' add : R.N.S. [2] mendicis : R.S. [3] speluncam : R.S. [4] obturaretur : R.S. [5] Decius : R.N.S.

Digitized by Google

Et dixit imperator[1] maximianus. Permaneat in pace regnum tuum: et crede: quoniam propter te suscitavit nos deus et vivimus. Et hec dicens videntibus cunctis inclinantes capita sua dormierunt: et tradiderunt spiritus suos. Et invenerunt: quod habuerunt trecentos septuaginta duos annos ex die qua requieverant usque in diem qua expergefacti sunt. *Septima lectio de expositione evangelii.* Intravit Jesus. *Omelia beati augustini episcopi* Secundum[2] evangelium. *Quere in dominica infra octavas Assumptionis.* *Lectio viij.*

Appropinquante hora transitus beate marthe foras deferri se jussit: ut celum posset videre. et lignum crucis super se teneri: ac in hec verba oravit. Hospes chare hanc pauperculam custodi: et sicut mecum dignatus et hospitari: sic me suscipe in hospicio tuo celesti. Et lecta super se passione secundum lucam: cum diceretur: Pater in manus tuas commendo spiritum meum: illa emisit spiritum. Sequenti vero die. scilicet dominica circa horam tertiam apud petragorcas[3] beato frontoni missam celebranti: et post epistolam in cathedra dormienti dominus apparuit dicens. Si vis implere que olim hospite nostre pollicitus es: sequere me. Quo jussa complente: ambo tharasconum venerunt et complentes officium corpus ejus in sepulchro collocaverunt. *Lectio ix.*

Verum dum apud petragorcas diaconus lecturus evangelium: benedictionem petens episcopum excitaret: respondit. Cur me excitastis? dominus enim meus Jesus ad corpus marthe me duxit: et ipsam tradidimus sepulture. Dirigite illuc velociter nuncios: qui nobis anulum nostrum aureum et cirotecas criseas deferant. Que dum ad corpus sepeliendum me aptarem: sacriste commendavi: et ea dimisi: quia me tam cito excitastis. Missi vero nuncii ita invenientes: anulum solamque cirotecam attulerunt: aliam vero in hujus rei testimonium sacrista retinuit. Marcella vero ejus famula vitam ipsius conscripsit que postmodum in coloniam pergens et ibidem evangelium Christi predicans: post decimum annum a dormitione marthe in pace quievit. *Cetera de communi unius virginis non martyris. Memoria[4] de martyribus. Ad vesperas omnia de communi. Et fiant memorie de sancto sampsone[5] episcopo et confessore et de sancto pantaleone[6] martyre cum orationibus de communi.*

¶ *Sancti sampsonis episcopi et confessoris.* *Lectio j.*

Post abscessum patris sancti sampsonis et avunculi sui vastissimum heremum quatuor cum eo comitantibus adire destinavit. Et juxta abrinum flumen castellum cum fonte lucidissimo in eo inveniens: habitaculum suis fratribus fecit: deum rogans ut sub terra speluncam ei dignaretur ostendere. Quam precem dominus dignatus est exaudire. Nam quadam die silvam

[1] imperatori: R.N.S. [2] pro 'secundum' sanctum: R.N.S. [3] petragoricas: R.N.S.
[4] *memorie: S.* [5] *sansone: R.S. passim.* [6] *panthaleone: R. passim.*

Digitized by Google

perambulans: reperit secretissimam speluncam: ostiumque ejus situm erat ad orientem. Ibique habitare cepit atque per spatium dierum plurimorum unum panem siccum habebat sed aquam unde sitim emendaret non habebat. *Lectio ij.*

Factum est dum septima die circa horam tertiam jejunus sitiensque peroraret: atque facies ejus terre adhereret: glebam sensit sudantem et cuspidem sui baculi figens: fons largissimus emanavit: ibique delectabiliter mansit. Quadam nocte per visum cernit tres presules sibi assistere: et cum illis ecclesiam intrare et orare. Cumque percuntaretur nomina eorum petrum et jacobum fratrem domini et johannem se esse responderunt. Causam adventus eorum ut ipsum consecrarent episcopum. Mane itaque facto: cuncta que viderat dubritio pape refert. Qui eum cathedra episcopali confirmavit. *Lectio iij.*

Tunc omnes qui aderant viderunt columbam celitus missam vicem consuetam reddere: donec ordinatio episcopalis expleretur. Erat quidam serpens in spelunca una: qui nullum genus hominum seu bestiarum prope commorari sinebat. Igitur vir dei antrum serpentis introivit suamque lineam zonam collo ejus imponens: de grandi altitudine eum precipitavit: et ut eadem hora moreretur in Jesu Christi nomine imperavit. Deinde prope ipsum serpentis antrum monasterium fundavit: ubi per aliquod tempus celibem vitam duxit. Post hec reperit locum ubi construxit monasterium: in quo vita etate et bonis operibus maturus supremum vite presentis diem clausit et ad celestia regna migravit. *Cetera de communi unius confessoris et pontificis cum memoria de sancto pantaleone.*

¶ *Sanctorum martyrum felicis simplicii Faustini et beatricis.*

Infirmitatem nostram [*Oratio.* respice omnipotens deus et quia pondus proprie actionis gravat: beati felicis martyris tui atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. *Alia*[1] *oratio sub una conclusione. Orō.*

Presta domine quesumus ut sicut populus christianus martyrum tuorum felicis simplicii faustini et beatricis temporali solennitate congaudet ita perfruatur eterna: et quod votis amantissime celebrat: comprehendat effectum.[2] per dominum. *et sic dicatur ad vesperas et matutinas et ad missam. Lectio j.*

Fuit temporibus constancii filii constantini magni principis: usque ad constantium augustum: liberius quidam papa urbis rome: qui tertio inde exilio de portatus est a constantio: eo quod minime voluisset heresi arriane consentire. Et fecit[3] in exilio annos tres. Et congregantes se sacerdotes cum universo clero romano: ordinaverunt felicem presbyterum urbis rome episcopum. *Lectio ij.*

Qui tandem a constantia augusta: quia duos presbyteros

[1] *Alias: R.* [2] effectu: R.N.S. [3] fuit: R.N.S.

romanos contra fidem ecclesie consentientes dampnavit: a sede sua dejectus et gladio necatus gloriosissime occubuit. Sancti vero simplex et faustinus temporibus dioclíciani[1] post multa ac diversa supplicia pro confessione et fide catholica domini nostri Jesu Christi ad urbem rome[2] vocati capitalem jussi sunt subire sententiam: et sic animas suas Christo reddiderunt. *Lec. iij.*

Beatix[3] vero soror eorundem quoddam commune predium habens cum fratribus: quod lucrecius nimis ambivit. Hic fecit teneri sanctam beatricem et duci ad sacrificandum idolis. Quibus sancta beatrix dixit. Non sacrifico demoniis: quia ancilla Christi sum. Cumque in nomine domini obstitisset: fecit eam lucrecius nocte prefocari a servis suis et sic spiritum domino reddidit. Cujus corpus venerabilis lucina cum fratribus suis honorifice sepelivit ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi plurimorum martyrum: cum oratione ad horas.*

Oratio.

Presta domine quesumus: ut sicut populus christianus martyrum tuorum felicis simplicii faustini et beatricis: temporali. *et cetera ut supra ad vesperas.*

¶ *Sanctorum martyrum abdon et sennen.* *Oratio.*

Deus qui sanctis tuis abdon et sennen ad hanc gloriam veniendi copiosum[4] munus gratie contulisti: da famulis tuis suorum veniam delictorum: ut sanctorum tuorum intercedentibus meritis ab omnibus mereantur adversitatibus liberari. per dominum. *Lectio j.*

Decius imperator jussit presentari abdon et sennen subregulos christianos: quos de persida adduxerat romam: marceratos[5] diversis penis. Et dixit decius ad senatum: Ecce inimici reipublice: et totius romani imperii. Et introducti sunt ornati[6] auro et lapide precioso vincti cathenis. Quos cum vidisset omnis senatus tantam gratiam contulit dominus servis suis: ut magis dolor esset in amore eorum quam furor. *Lectio ij.*

Dixit autem valerianus: Dimittantur leones duo: et ursi quattuor. Qui cum dimissi fuissent: nullatenus secedebant[7] a pedibus sanctorum: sed magis custodiebant eos. Et nemo poterat ad eos accedere propter impetum ferarum. Jussit itaque valerianus: ut ante simulachrum solis deducerentur ad sacrificandum. Sancti vero martyres jussa decii et minas valeriani contemnentes: in simulachrum expuerunt. *Lectio iij.*

Valerianus furore plenus jussit sanctos martyres plumbatis cedi. Quibus dixit: Deos blasphemare nolite. Illi autem firmi in fide Christi dixerunt: Quid[8] facturus es fac citius. Ad hec valerianus in majorem versus furorem: decrevit ut gladiatores sanctos martyres interficerent. Qui cum percussi fuissent: jacuerunt corpora eorum ante

[1] diocle[ci: R.S.]tiani: N. [2] romam: N. [3] Beatrix: R.N.S.
[4] copisum: S. [5] maceratos: N.S. [6] oranti: S.
[7] recedebant: S. [8] Quod: R.N.S.

Digitized by Google

simulachrum solis ad exemplum christianorum tribus diebus. Post triduum venit quidam quirinus subdiaconus nocte et recondidit corpora sanctorum in archa plumbea in domo sua tertio kalendas augusti. *Cetera de communi plurimorum martyrum.*

¶ *Si festum sancti germani episcopi in dominica evenerit: anticipictur: et fiat die sabbati precedenti: et tunc non fiant medie lectiones de martyribus abdon et sennen: sed memoria tantum: ut notatur in rubrica ante* Deus omnium. *etc.*

¶ *Sancti germani episcopi et confessoris.*

Ad vesperas omnia fiant de communi. *Lectio j.*

Igitur germanus antisiodorensis[1] oppidi indigena fuit: parentibus splendidissimis procreatus. Erudiebatur profecto divinitatis occulto judicio ne quid perfectionis deesset apostolico pontifici futuro. Parabatur eloquentia predicationibus doctrina justitie[2] uxoris societas ad testimonium castitatis. Eo namque tempore territorium antisiodorensis urbis visitatione propria gubernabat. *Lectio ij.*

Prefuit eodem tempore eidem civitati beatus amator episcopali dignitate. Qui divina revelatione sue resolutionis tempus agnoscens: et germanum sibi futurum successorem previdens eduam profectus est: et julianum sibi alloquitur. Finem meum domino mihi innotescente cognovi: et quia non est alter[3] qui regimen ecclesie sancte suscipiat nisi germanus: sicut mihi a domino revelatum est: posco ut licentiam mihi tribuas eundem germanum tonsorare.[4] Cui prefectus: Licet mihi necessarius sit: tamen quia deus illum sibi elegit: contra dei preceptum venire non possum. *Lectio iij.*

Tunc episcopus voti compos: reversus ad civitatem suam: et populo ad se convocato dixit: Filioli hanc dominus meus animam suscipiet: obsecro ut unanimes loco mei faciatis germanum meum adipisci officium. Cui omnis populus consentiens respondit Amen. Germanus vero invitus habitum sacerdotii recepit: sed repente mutatur in omnibus. Deseritur mundi malicia: celestis bonitas assumitur: uxor in sororem mutatur: et conjugis substantia dispensatur in pauperes: paupertas ambitur. *Lectio iiij.*

Ex ea die qua beatus germanus sacerdotii sumpsit exordium usque ad terminum vite tanta abstinentia corporis animam suam pavit: ut nunquam panem frumenti: non vinum: non oleum: non legumen: non acetum vel salem ad usum condiendi saporem nisi in solennitatibus accepit. Quodam tempore beatus germanus pro pace apud imperatorem supplicatur. *Lec. v.*

At ubi sanctus germanus ravennam properabat sanctorum loca circuiens pervenit ad tumulum sancti cassiani episcopi. Ubi fusis ex more precibus ait: Quod agis[5] frater gloriose? At ille statim e tumulo cunctis

[1] antissiodorensis: S. [2] justitia: R.N. [3] altero: S.
[4] tonsare: R.N. [5] 'o' add: N.

Digitized by Google

audientibus inquit: Dulci in pace quiete potior: et adventum redemptoris expecto. Cui germanus Frater quiesce per longum tempus in Christo. Germanus igitur quadam die matutinali solennitate perfecta dum pro[1] episcopo sermonem de religione conferret inquit: Commendo vobis fratres charissimi transitum meum. Videbatur mihi per soporem: viaticum accipere a domino dicente: Ne metuas inquit: ad patriam te dirigo: ubi habebis requiem sempiternam. *Lectio sexta.*

Factum est ut post dies aliquot sequeretur incommodum: quo ingravescente accelerabat transitum: qui vocat ad gloriam. Septimo itaque incommodi die ad celos anima felix ac[2] beata transfertur. Sedit autem in episcopali cathedra annos triginta: dies viginti quinque. Obiit vero plenus spiritusancto apud ravennam italie civitatem pridie kalendas augusti. Cujus sacratissimum corpus suam[3] est delatus ad urbem: ibique sub die kalendarum octobrium condigne est sepulture traditum: ad laudem domini Jesu Christi. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii secundum mattheum.* Homo quidam pereger.[4] *Omelia ut in communi. Cetera de communi unius confessoris et pontificis.*

¶ *In festo sancti petri ad vincula.*

Ad vesperas añ. Quem dicunt. *et cetere antiphone ut in alio festo: cum psalmis ferialibus. Cap.* Petrus ad se. *Re.* Cornelius centurio. *Hymnus.* Petrus beatus. ℣ Quodcunque. ℣ Gloria deo. ℣ Tu es petrus.[5] *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui beatum petrum apostolum a vinculis absolutum illesum abire fecisti: nostrorum quesumus absolve vincula peccatorum: et omnia mala a nobis propiciatus exclude. per dominum. *Memoria de sancto germano. Añ.* Similabo. *etc. Item memoria de machabeis martyribus. Añ.* Gaudent in celis. ℣ Exultent. *Oratio.*

Fraterna nos domine martyrum tuorum corona letificet: que et fidei nostre prebeat incitamenta virtutum: et multiplici nos suffragio consoletur. per dominum. *Ad matu. Invi.* Tu es pastor. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Jam bone. *Hymnus* Annue Christe. *et cetera ut in festo apostolorum petri et pauli. Lec. j.*

Notandum est fratres charissimi: qua de causa celebratur festivitas beati petri que dicitur ad vincula kalendis Augusti. Hec ergo a quibusdam ita asseritur. Dux quidam romanorum: nomine quirinus: habebat filiam gutturosam[6] nomine balbinam. Habebat autem ipse dux beatum alexandrum papam in carcere clausum. *Re.* Simon petre. *et cetera responsoria ut in alio festo: excepto quinto: quod hic sequitur. Lectio ij.*

Ipsa vero puella pergebat sepissime ad carcerem: ubi

[1] pro 'pro' eo: S.
[2] pro 'ac' et: R.N.S.
[3] suum: N.
[4] peregre: R.N.S.
[5] '*In evan. añ.* Beatus petrus [servus: S.]' add: R.S.
[6] gutturnosam: R.N.

Digitized by Google

beatus papa alexander cathenis tenebatur ligatus: et deosculabatur cathenas suas. scilicet ob gratiam recuperande sanitatis. Cui beatus alexander ait: Noli filia mea osculari has cathenas: sed quere boias sancti petri: et osculare illas: et sanaberis. Que mox ad patrem suum veniens: narravit ei sicut audierat a prefato papa. *Lectio iij.*

Quod audiens pater puelle: misit nuncios qui perquirerent carcerem ubi fuerat apostolus: indeque secum afferrent boias sancti petri. Quod et ita factum est. Quas deosculans puella: illico recepit sanitatem. Tunc quirinus alexandrum de carcere trahens: ipse cum familia et aliis quampluribus baptisatus est. Exiens vero alexander de carcere: constituit celebrare hanc solennitatem kalendis augusti: in honore beati petri: et in ejus nomine edificavit ecclesiam: que dicitur ad vincula: ad laudem domini nostri Jesu Christi: qui vivit et regnat in secula seculorum amen. *Lec.*

¶ *Sermo beati Leonis pape.* [*iiij.*

Evangelica siquidem reserante hystoria: omnes apostolos dominus quid de se homines opinentur interrogat. At beatus petrus quasi quid habeat discipulorum sensus sciat: respondet. Tu es Christus filius dei vivi. Ille primus est in domini[1] confessione: qui primus est in apostolica dignitate. Respondit ei Jesus: Beatus es simon barjona: quia caro et sanguis non revelavit tibi: sed pater meus qui est in celis. Id est beatus es: quia te pater meus docuit: nec terrena opinio fefellit: sed inspiratio celestis instruxit. et non caro: non sanguis: sed ille me tibi cujus sum unigenitus indicavit. *Lectio v.*

Et ego inquit dico: Hoc est: sicut tibi pater meus manifestavit divinitatem meam: ita ego notam tibi facio excellentiam tuam. Quia tu es petrus: Id est cum ego sim inviolabilis petra: ego lapis angularis: qui facio utraque unum: tamen tu quoque petra es quia mea virtute solidaris: ut que mihi sunt potestate propria: sint[2] tibi mecum participatione communia. *Rc.* Surge petre et indue te vestimentis tuis: accipe fortitudinem ad salvandas gentes. Quia ceciderunt cathene de manibus tuis. ℣ Angelus domini astitit: et lumen refulsit in habitaculo carceris: percussoque latere petri excitavit eum dicens surge velociter. Quia ceciderunt cathene.

Super hanc petram [*Lectio vj.* edificabo ecclesiam meam: et porte inferi non prevalebunt adversus eam. Super hanc inquit fortitudinem eternum extruam templum: et ecclesie mee zelo inserenda sublimitas in hujus fidei firmitate consurget.[3] Hanc confessionem porte inferi non tenebunt: mortis vincula non ligabunt. Vox enim ista: vox vite est. Et sicut confessores suos ad celestia provehit: ita peccatores ad inferna demergit. Propter quod dicitur beato petro Tibi dabo claves regni

[1] 'domini' om.: S. [2] sunt: S. [3] consurgat: S.

Digitized by Google

celorum: et quecunque ligaveris super terram erunt ligata et in celis: et quecunque solveris[1] super terram erunt soluta et in celis: per eum qui cum patre et spiritusancto vivit et regnat in secula. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii secundum mattheum.* Venit Jesus in partes cesaree. *Omelia ut in cathedra*[2] *sancti petri. Cetera ad matuti. et ad horas: ut in die apostolorum petri et pauli cum oratione* Deus qui beatum petrum. *Ad vesperas añ.* Petrus et johannes. *et cetere añe. de laudibus cum psalmis de apostolis. Cap.* Petrus ad se reversus. *Re.* Petre amas. *Hymnus.* Exultet celum. ℣ Tu es petrus. *In evang. añ.* Symon barjona tu vocaberis cephas: quod interpretatur petrus janitor celi pulsantibus aperi: supra modum peccavimus omnes: dimitte septuagies septies. *ps̄.* Magnificat. *Oratio ut supra. Memoria de sancto stephano papa. Añ.* Beatus vir. ℣ Gloria et honore. *Oratio.*

Deus qui nos beati stephani martyris tui atque pontificis annua solennitate letificas concede propitius: ut cujus natalicia colimus: de ejusdem etiam protectione gaudeamus. per dominum.

¶ *Iste octave beati petri ad vincula non habentur omnino precipue: quia de festis trium lectionum contingentibus infra istas octavas dicendum est: et cum psalmo* Te deum laudamus. *propter octavas.*

¶ *Item die dominica infra octavas si vacaverit a festo ix. lectionum dicetur de beato petro: nisi incipiatur historia illo die. Dicetur etiam de eo in feriis vacantibus cum psalmo* Te deum laudamus. *et tam die dominica quam die feriali infra octavas vacante dicatur Invitatorium.* Tu es pastor. *Hymnus.* Eterna Christi. *Et cetera in dominica sicut in die preter legendam et preter antiphonas super psalmos* Benedictus *et* Magnificat. *que dicentur secundum ordinem inferius notatum tamen medie lectiones de festo sancti vel sanctorum si evenerit: non omittantur: et in die feriali cum una antiphona super psalmos et tribus Responsoriis de historia ordinatim sumptis. Et in vesperis añe. de laudibus. super psalmos de apostolis: etiam si in crastino debet dici de alio sancto contingente: nisi impediatur propter inceptionem hystorie. et tunc dicetur ad primas vesperas. añ.* Benedictus. *cum psalmo eodem. etc. Et in secundis vesperis añ.* Dixit dominus. *cum psalmo eodem etc.* ¶ *Et notandum: quod si contingat istud festum die sabbati: vespere eodem die erunt de beato petro. et memoria de hystoria. Añ.* Omnis sapientia. *et memoria de sancto stephano martyre. Et in crastino percantetur hystoria. et fiat memoria de sancto petro: et de sancto stephano. et ad vesperas dicatur de dominica usque ad capitulum. quod erit de inventione sancti stephani.* ¶ *Item contingente festo beati petri die dominica: incipienda est hystoria*

[1] solveritis: N.

[2] *'sive in die' add: N.*

Digitized by Google

In principio. *In matrici ecclesia Eboracensi in crastino sancti laurentii : ut dies octavarum suarum plene celebretur. et tantum fiat memoria de sancto tyburtio. Et ita fiat ubicunque sita fuerit ecclesia in nomine suo. Alias vero bene potest hystoria* In principio*: incipi in die octavarum suarum. et memoria de octavis quia non sunt octave precipue: sed tantum de voluntate statute.* ¶ *Quandocunque autem dies dominica infra istas octavas evenerit : semper in ea incipiatur hystoria* In principio. *nisi fuerit incepta dominica precedente ante mensem augusti. Etiam si festum sancti stephani in dominica occurrat: differatur festum usque in crastinum.* ¶ *Item infra octavas non fit commemoratio pro defunctis: neque de sancto wilelmo : sed de domina tantum. Nec dicantur memorie consuete.* ¶ *Item infra octavas quando dicuntur vespere de eo: dicetur hymnus.* Exultet celum. ℣ Tu es petrus. *Ad matutinas.* ℣ Dedisti hereditatem. *Ad memoriam añ.*[1] *tam ad matutinas. quam ad vesperas.* ℣ Tu es petrus. *Dicatur etiam super psalmos.* Magnificat *et* Benedictus. *vel ad memoriam : quando de eo non fit servitium : tam dominica infra quam alio die. una de istis quattuor antiphonis. Añ.* Petrus ad se reversus. *Añ.* Domine si tu es. *Añ.* Cunque vidisset. *Añ.* Solve jubente. *secundum ordinem iteratis.*

¶ *Sancti stephani pape et martyris. Oratio ut supra. Lectio j.*

Temporibus valeriani et galieni multi christianorum declinantes serviciam tyrannorum: occultabantur. Alii vero se ingerentes martyrii palmam consequebantur. Tunc beatus stephanus episcopus urbis rome congregato universo clero suo: dixit Fratres respuite facultates terrenas: ut regnum celeste percipiatis. Valerianus audiens: quod per sanctum stephanum plurimi credidissent in Christum: jussit teneri sanctum stephanum cum multitudine clericorum. id est presbyterorum et diaconorum. Qui cum adductus esset: jussit eum adduci ad templum martis: et ibidem dictata[2] sententia capite truncari: si non acquiesceret adorare nephandi martis simulachrum. *Lectio ij.*

Beatus vero stephanus ductus a[3] multitudine militum foras muros porte appie ad templum martis: levatis in celum oculis: coram omnibus dixit: Domine deus pater domini nostri Jesu Christi qui turrim confusionis in babilone destruxisti : destrue nunc et hunc locum: ubi diabolica superstitione per idolorum culturam anime pereunt populorum. Et statim factus est ingens fragor[4] tonitrui cum terroribus choruscationum : et corruit maxima pars templi sacrilegi.

Quod cernentes milites [*L. iij.* pavefacti fugerunt: dimiseruntque beatum stephanum cum omnibus christianis qui simul perrexerant. Audiens igitur valerianus que gesta fuerant: ac de templi eversione: missi sunt

[1] *pro 'añ.' autem :* S.
[2] pro 'dictata' data : S.
[3] 'a' om. : R.
[4] fragror : N.

Digitized by Google

plurimi prioribus militum : qui venientes invenerunt beatum stephanum episcopum sacrificium domino[1] offerentem. Quique intrepidus[2] constans ante altaris solennia : et jugiter cepta perficiens in eodem loco : sicut in sua decollatus est sede : sub die quarto nonarum augustarum. Cujus corpus sepelierunt in eadem cripta cum ipsa sede : ubi astans sanguis ejus effusus est : in cimiterio calixti : ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius martyris : cum memoria de sancto petro. Añ.* Petrus ad se. ℣ Tu es petrus. *Oratio.* Deus qui beatum petrum.

¶ *In inventione sancti stephani prothomartyris : sociorumque ejus.*

Ad vesperas añ. Petrus et johannes. *et cetere*[3] *antiphone sequentes : cum psalmis de apostolis. nisi forte festum istud differatur usque in diem lune propter inceptionem hystorie. et tunc dicatur antiphona.* Dixit dominus. *cum ceteris antiphonis et psalmis dominicalibus : usque ad capitulum. Cap.* Sancti per fidem. *Re.* Igitur dissimulata. *Hymnus.* Sanctorum meritis. ℣ Hi sunt quos. ℣ Te summa. ℣ Exultent justi. *In evange. añ.* Ostendit sanctus gamaliel per visum luciano sacerdoti tres calathos aureos : rosis refertos : et quartum argenteum croco plenum : et dixit : hi sunt nostri loculi : et nostre reliquie. hic autem sanguineas habens rosas : loculus est sancti stephani qui solus ex nobis martyrio meruit coronari. *ps̄.* Magn. *Oratio.*

Deus qui es sanctorum tuorum splendor mirabilis : quique hodierna die beatorum stephani nichodemi gamalielis atque abibonis gloriosam inventionem revelasti : da nobis in eterna leticia de eorum societate gaudere. per dominum. ¶ *Memoria de sancto petro. Añ.* Domine si tu es. *nisi festum differatur : quia si contingat istud festum differri : tunc dicatur antiphona.* Solve. *Ad matu. Invi.* Adoremus regem magnum dominum. Qui in sanctis suis semper est mirabilis. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Sanctorum meritis. *cum tribus versibus ut prius. In primo nocturno añ.* Luciano venerabili presbytero quiescenti in strato suo de revelatione sanctarum reliquiarum prothomartyris[4] stephani talis divinitus ostensa est visio. *ps̄.* Beatus vir. *Añ.* Dum adhuc pene vigilaret vir venerandus tanquam in excessu mentis repente est effectus. *ps̄.* Quare fremuerunt. *Añ.* Vidit igitur assistere sibi virum etate senem : statura procerum : vultu decorem.[5] *ps̄.* Cum invocarem. ℣ Exultent justi. *Lectio j.*

Sanctus et venerabilis presbyter lucianus : qualiter sibi divinitus ostensum est de revelatione sanctarum reliquiarum prothomartyris stephani : ita scripsit dicens. Die vero parasceue dormienti mihi in cubiculo meo hora[6] tertia noctis in

[1] deo : R.N.
[2] 'et' add : N.
[3] *etcetera : S.*

[4] protomartyris (passim) : N.
[5] decorum : R.
[6] 'hora' om. : R.N.

Digitized by Google

exthasi[1] effectus semivigilans: vidi virum senem barbam prolixam habentem: amictum pallio: auream virgam in manu tenentem: calciatum caligis in superficie deauratis: deambulantem coram me et tacentem. *Re.* Beatus gamaliel doctoris gentium pauli didascolus[2] apparuit Christi sacerdoti luciano in vestitu candido amictus pallio. Et virgam in manu gestabat auream. ℣ Calceatus[3] caligis in superficie deauratis quasi deambulans coram eo. Et. *Lectio ij.*

Et pulsavit me ter: vocans me nomine meo dicens Luciane luciane luciane: surge. Respondi: Quis es domine? Dicit mihi: Surge et vade:[4] dic johanni episcopo hierosolymitano: usque quo clausi sumus? Usquequo non aperis nobis: maxime cum tuis temporibus revelandi sumus. Cum hec audissem: dixi ad eum: Tu quis es: et qui sunt tecum? Et dixit Ego sum gamaliel: qui nutrivi paulum apostolum. Qui autem mecum jacet: ipse est stephanus: qui a judeis lapidatus est. Ille vero alius[5] qui cum ipso jacet: ipse est nichodemus qui venit ad Jesum nocte. Et in tertia parte abibas filius meus qui in pura virginitate perrexit ad dominum. *Re.* Igitur dissimulata gamaliel deambulatione venit ad eum: et virga quam manu gestabat: tetigit illum vocans eum tertio Luciane luciane luciane surge. ℣ Cui sacerdos respondit: quis es domine: at ille dixit ad eum: Luciane. *Lectio iij.*

Et interrogavi ipsum dicens: Ubi vos inveniemus? Et dixit: In possessione mea: que dicitur possessio virorum dei. Post hanc visionem surrexi[6]: et prostratus in oratione oravi: Domine Jesu Christe: si est hec visio ex te: presta ut iterum et tertio manifestetur mihi. Apparuit iterum sanctus gamaliel mihi dicens Quare frater non retulisti episcopo? Et dixi: Domine timui ad primam visionem hec annunciare. Et cum ostendisset mihi tres calathos aureos rosis refertos: et quartum argenteum croco plenum: evanuit ab oculis meis. *Re.* Vade luciane et dic johanni episcopo hierosolymitano: usquequo clausi sumus usquequo non aperis nobis. Tuis etenim temporibus revelandi sumus. ℣ Aperi nobis velocius ut per nos ostium misericordie sue humano generi aperiat deus. Tuis. Gloria. Tuis. *In secundo nocturno añ.* Vir dei gamaliel ait luciano: non mei solummodo causa sollicitus sum: sed potius pro illis qui mecum sunt. *ps̄.* Verba mea. *Añ.* Isti etenim maximo digni sunt honore venerari[7] in terris: quos in celis rex regum immensa cumulavit gloria. *ps̄.* Domine dominus noster. *Añ.* Cum ergo sint apud deum meritis excelsi: apud homines loco tenentur humili. *ps̄.* Conserva me. ℣ Letamini. *Lectio iiij.*

In tertia vero ebdomada eadem die et hora venit idem ad me tertio et dixit: Quare sic negligenter agis? Nonne vides

[1] extasi: R.N.S. [2] didascalus: R.S. didasculus: N. [3] Calciatus: R.S. [4] 'et' add: N. [5] 'alius' om.: N. [6] surrexit: N. [7] venerandi: N.

Digitized by Google

quanta sit siccitas et tribulatio in toto mundo? Surge ergo. vade et dic johanni episcopo ut aperiat nobis: et faciat locum orationis: ut per nostram intercessionem misereatur dominus populo suo. Expergefactus perrexi ad johannem episcopum: narrans ei omnia. Qui pre gaudio lachrymatus est dicens: Benedictus deus israel: qui illos revelavit his temporibus. *Re.* Lucianus presbyter dixit: domine tu quis es: et qui sunt tecum? at ille: ego sum gamaliel pauli quondam doctor apostoli: qui autem juxta me quiescit: Ipse est dominus stephanus. ℣ Qui a judeis hierosolymis lapidatus ad lacerandum bestiis et avibus est positus: sed per dei providentiam permansit intactus. Ipse. *Lectio v.*

Igitur jussit lucianus ut consurgerent omnes diluculo[1]: et foderent in acervo illo: ubi putabant esse corpora sanctorum. Eadem vero nocte apparuit sanctus gamaliel cuidam monacho nomine migezio[2]: simplici viro dicens: Vade et dic luciano: In vanum laboras in acervo illo. Ibi olim positi fuimus expleto tempore planctus: sed nunc querat nos in illo loco: qui dicitur bonorum virorum possessio. Audiens vero lucianus verba migezii monachi: benedixit dominum quia inventus est alius testis in revelatione sanctorum. Statimque johanni episcopo omnia nunciata sunt. *Re.* Cum scirem ego gamaliel sanctitatem Christi athlete stephani: et fidem ejus ac devotionem credens me in resurrectione partem habiturum cum eo: feci eum sepeliri. In monumento meo novo. ℣ Auditor domini nichodemus ibidem sepultus est: et abibas filius meus mecum est repositus: ubi jacet beatus stephanus. In monumento. *Lectio vj.*

Johannes igitur episcopus hierosolymitanus absque dilatione mittens ad reliquos episcopos fratres suos postulavit: ut ad illum quamtotius venirent. Qui cum venissent porrexerunt[3] ad eundem locum. Cumque fodere ibi cepissent: et maxima pars terre effossa esset: invenerunt lapidem in quo sculpta erant nomina ista: Cheliel: Nasuam[4]: Gamaliel: Abibu. Cheliel stephanus dicitur: Nasuam nichodemus[5]: Abibu filius gamalielis significatur. *Re.* Sacerdos dei lucianus prostravit se in oratione rogans deum et dicens: Domine Jesu Christe: si est hec visio ex te: Presta ut iterum et tertio manifestetur mihi. ℣ Ut confisus fiducialiter annunciem revelationem sanctorum servorum tuorum. Presta. Gloria. Presta. *In iij. nocturno an̄.* In jejuniis et orationibus constituto apparuit iterum sanctus gamaliel luciano presbytero dicens: quare dissimulasti frater: et non retulisti que dicta sunt tibi johanni episcopo. *ps̄.* Domini est terra. *An̄.* Nonne vides quanta sit siccitas et tribulatio in toto mundo: et tu negligenter agis. *ps̄.* Beati quorum. *An̄.* Surge ergo et vade: et

[1] diliculo: N. [2] migecio: R.N. passim. [3] perrexerunt: R.N.S. [4] nasuan: S. [5] 'dic. Nasuam nichod.' om.: R.N.

Digitized by Google

dic johanni episcopo: ut aperiat nobis: et faciat locum orationis: ut per nostram intercessionem misereatur dominus populo suo. *ps̄.* Exultate justi. ℣ Justorum anime. *Septima*[1] *lectio de expositione evangelii secundum mattheum:* Ecce ego mitto ad vos. *Sermo ex commentario beati hieronymi.* Hoc quod ante dixerat. *Require in alio festo infra nativitatem domini. Re.* Sanctus gamaliel in visu dixit luciano: diligenter animadverte que dico: et statim deposuit coram eo tres calathos aureos. Et quartus argenteus plenus erat croco. ℣ Et unus ex tribus calathis rubentes habebat rosas tanquam sanguinem: alii autem duo referti erant rosis albis. Et quartus. *Lectio viij.*

Cum ergo inventum esset sacratissimum corpus beati stephani: statim terremotus factus est magnus: et tante suavitatis odor inibi fragravit: quantam[2] nullus hominum se unquam meminerat odorasse. Ex odoris ergo mira[3] fragrantia multis egrotis sanitas emanavit maxima. Septuaginta namque et tres tunc a variis languoribus curati sunt homines in inventione corporis stephani dilecti Christi martyris. *Re.* Vides o frater luciane hos calathos hic rosas habens pulcherrimas: loculus est preciosi martyris stephani. Qui solus ex nobis martyrio meruit coronari. ℣ Introgressus ostium sepulchri invenies eum in parte orientali. Qui solus. *Lectio ix.*

Igitur[4] sanctus prothomartyr stephanus inventus est: ad sepeliendum corpus suum sanctus johannes episcopus hierosolymitanus cum ceteris plurimis aderat coepiscopis. Hi quippe cum universo clero suo venientes in sanctam ecclesiam que dicitur syon: reliquias sancti martyris posuerunt: atque ubi ab apostolis dei archidiaconus ordinatus est: honorificentissime cum laudibus divinis sepelierunt. In quo loco innumera fiunt mirabilia: quia revera decebat: ut qui primus post ascensionem domini triumphavit in prelio: gloriosissime niteret in mundo: ad laudem sancte trinitatis: qui trinus et unus vivit et regnat in secula deus amen. *Re.* Sanctus johannes episcopus lachrymatus pre gaudio benedixit dominum: et dixit ad lucianum presbyterum: oportet me inde transferre beatum protomartyrem stephanum. Qui tanquam angelus apparuit positus in concione hominum. ℣ Qui primus adversus judeos dominica bella peregit: et Jesum a dextris virtutis dei

[1] Verba a 'Septima lectio' usque ad 'domini' omittuntur apud R. et N. et in eorum vice legenda sunt. '*Secundum matheum. In* illo tempore. Dicebat Jesus turb is judeorum et principibus sacerdotum. Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas: et ex illis occidetis et crucifigetis: et ex eis flagellabitis in [simagogis: R.] synagogis vestris. Et reliqua. *Sermo ex commentario beati hieronymi presbyteri de eadem lectione. Lect. vij. Hoc* quod ante dixerat vos implete mensuram patrum vestrorum, ad personam domini pertinere videtur: eo quod occidendus esset ab eis. Potest et ad discipulos ejus referri: de quibus nunc dicitur. Ecce ego mitto ad vos prophetas et sapientes et scribas: etc. ut impleatis mensuram patrum vestrorum.'

[2] quanta: N.

[3] 'mira' om.: S.

[4] 'postquam' add: R.N.

stantem videre promeruit. Qui tanquam. Gloria Qui tanquam. *ps̄.* Te deum. ℣ Mirabilis deus. *In laudibus* *Antiphona.*

Regressus lucianus presbyter a sancto johanne episcopo: jussit ut consurgerent omnes diluculo: et foderent in acervo illo: ubi putabant esse corpora sanctorum. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Apparuit iterum sanctus gamaliel cuidam monacho nomine migezio: innocenti et simplici viro dicens ad eum: Vade et dic luciano: in vanum laboras in acervo illo: non ibi sumus modo. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Ibi olim positi fuimus exequiarum tempore planctus: nunc quere nos in illo loco: qui dicitur bonorum virorum possessio. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Audiens ergo lucianus sacerdos verba monachi migezii: benedixit dominum quia inventus est et alius testis in revelatione sanctorum. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Dum inventum esset sacratissimum beati stephani corpus: statim terremotus factus est magnus: atque omnes qui aderant odor perfudit suavissimus. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Reddet deus. *Hymnus.* Rex gloriose. ℣ Justi autem in perpetuum. *In evan. an̄.* Et[1] odoris mira fragrantia sanitas egrotis emanavit maxima. Septuaginta namque et tres tunc a variis languoribus curati sunt homines in inventione corporis stephani dilectissimi martyris deum benedicentes. *ps̄.* Benedictus. *Oratio* Deus qui es sanctorum. ℭ *Memoria de sancto petro. An̄.* Cumque vidisset *nisi festum differatur: quia tunc dicetur an̄.* Petrus ad se. *Ad horas an̄e de laudibus. Cetera de communi plurimorum martyrum cum oratione* Deus qui es sanctorum. *Ad vesperas antiphona* Regressus. *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Sancti et justi. *Hymnus.* Rex gloriose. ℣ Exultent justi. *In evan. an̄.* Hodie sanctus johannes pontifex cum maximo cleri plebisque tripudio preciosas prothomartyris stephani reliquias in sanctam transtulit ecclesiam syon: ubi quondam archidiaconi[2] functus est officio: cujus pia apud deum sit pro nobis quesumus intercessio. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Deus qui es sanctorum. ℭ *Memoria de sancto petro. An̄.* Solve jubente. *nisi festum differatur: quia tunc dicetur antiphona* Domine si tu es. ℭ *Si istud festum in sabbato evenerit: dicentur vespere de hystoria: cum antiphonis et psalmis ad sabbatum pertinentibus.*

ℭ *Dominica infra octavas beati petri.*

Ad matu. Invita. Tu es pastor. *ps̄.* Venite. *Hym.* Eterna Christi. *In nocturno an̄.* In plateis. *ps̄.* Celi enarrant. *et cetera ut supra notatur.* *Lectio j.*

Necessarium charissimi reor: ut proprias specialesque beati petri virtutes: prout ariditas lingue nostre ingeniique tenuitas patitur: immo ut misericors deus annuit proloquamur. Hic itaque ille est petrus: qui

[1] Ex: R.S.

[2] archidiaconii: R.N.

Digitized by Google

confitendo Christum dominum vivi dei esse filium: validissima invictaque nobis credendi fundamenta constituit. *Lectio ij.*

Nam percunctante domino quis esse ab hominibus diceretur: respondit. Tu es Christus: filius dei vivi id est tu domine de carne virginis factus es Christus: qui vivi dei es filius sempiternus. Tu domine hominibus natus es homo: qui incogitabili majestate deus es apud deum. Tu es Christus: qui[1] redemptione nostra ad passionem veniens impassibilis permanes apud patrem. *Lectio iij.*

Quis igitur unquam in tantum hoc incomprehense deitatis archanum humani sensus attollere potuisset obtutum: nisi ab ore petri salutaris hujus fidei veritas radiasset? Quis meritorum ejus gloriam quamvis magno equiparare posset eloquio a quo nobis adorande divinitatis fides et cepit et permanet. *Lectio iiij.*

Quid tanto gloriosius[2] viro: qui fidem secreti inscrutabilis loquendo edidit: vivendo docuit: patiendo firmavit. Ut autem confessionis hujus quanta esset magnitudo salvator ostenderet: ait ei: Beatus es symon barjona: quia caro et sanguis non revelavit tibi: sed pater meus qui est in celis. *Lectio v.*

Hic est petrus: quem Christi esse confidentissimum subjecta vestigiis ejus maria probaverunt. Nam a domino suo novos sibi dari in fluctibus egressus[3] ut fidelis poposcit: et ut dilectus emeruit. Qui ob hoc solum trepidasse visus est: ut fragilitas humana cognosceret: quanta esset inter dominum servumque distantia: dum aggravata peccatis caro mergitur: et immaculati nescit planta desidere.[4] *L. vj.*

Vere beati petri et dum trepidat mirabilis fides: quam nec perurgentis periculi potuit turbare[5] formido. Clamando enim dum mergitur: domine libera me: de se diffisus[6] est: non de domino dubitavit. Ne quis ergo timorem hunc gloriosissimi petri ducat in vitium: quoniam timor iste quamvis primam post turbaverat fidem: confidentiam tamen in eo reparate[7] credulitatis ornavit. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii.* Venit Jesus. *quere in cathedra ejusdem. Responsoria et cetera sicut in die: preter antiphonam super psalmum* Benedictus. *que erit una de quattuor antiphonis supra notatis.*

¶ *Sancti Oswaldi regis et martyris.*

Ad vesperas añ. Petrus et johannes. *et cetere antiphone sequentes: cum psalmis de apostolis nisi contingat festum sancti stephani differri. et tunc antiphona* Regressus. *et cetere sequentes cum psalmis ferialibus usque ad capitulum. Cap.* Beatus vir qui suffert. *Et cetera de communi unius martyris: cum ista oratione. Oratio.*

Omnipotens sempiterne deus: qui hujus diei jocundam sanctamque leticiam in sancti servi tui oswaldi solennitate

[1] 'pro' add: S. [2] gloriosus: R. [3] gressus: R.N. [4] decidere: R.N. [5] turbari: R.N. [6] diffusus: S. [7] reparare: R.

Digitized by Google

consecrasti: da cordibus nostris tui amoris charitatisque augmentum: ut cujus in terris sancti sanguinis effusionem celebramus: illius in celo collata patrocinia mentibus sentiamus. per dominum. ℂ *Memoria de sancto petro añ.* Domine si tu es. *L. j.*

In diebus illis: Interfecto in pugna glorioso rege edwino oswaldus nepos ejus et religionis et regni heres: regimen northamhumbrorum[1] tandem suscepit. Desiderans itaque totam cui preerat gentem: fidei christiane gratia imbui[2]: aydanum summe mansuetudinis: et pietatis: et moderaminis virum: habentemque zelum dei de scotia sibi petenti transmissum accepit: cui locum sedis episcopalis in insula lindisfarnensi[3] tribuit. *L. ij.*

Hujus igitur doctrina rex oswaldus cum gente sua in fide institutus: quod mirum dictu est pauperibus et peregrinis semper humilis: et benignus: et largus fuit. Denique fertur: quod cum tempore quodam in die sancto pasche cum prefato episcopo consedisset ad prandium: et positus esset in mensa coram eo discus argenteus regalibus epulis refertus. *Lectio iij.*

Etiam cum manus essent ad panem benedicendum missuri: intravit minister ipsius: cui suscipiendorum erat inopum cura delegata: et indicavit regi: quod multitudo maxima pauperum sederet per plateas: postulans elemosinam a rege. Qui mox dapes sibi appositas deferri jussit pauperibus: sed et discum confringi atque eisdem minutatim dividi precepit. *Lectio iiij.*

Pontifex vero qui assidebat: delectatus tali facto pietatis: apprehendit dexteram ejus: et dixit. Nunquam inveterascat hec manus: quod et ita pervenit. Nam interfecto illo in pugna: manus a corpore cum brachio resecata: incorrupta perdurat. Denique in urbe regia: que a regina quondam vocabulo bella cognominatur: loculo inclusa argenteo: in ecclesia sancti petri servatur: ac digno cunctis honore veneratur. *Lectio quinta.*

Regnavit autem sanctus oswaldus annis novem: quibus completis occisus est commisso gravi prelio a pagana gente: paganoque rege merciorum: a quo et predecessor ejus edwinus peremptus fuerat. Beati oswaldi quanta fides in deum: quanta devotio mentis fuerit: etiam post mortem virtutum miraculis claruit. Nam in loco ubi interfectus est: usque hodie sanitates infirmorum et hominum et pecorum esse non desinunt. *Lec. vj.*

Cum vero sanctus oswaldus esset armis et hostibus circumseptus: jamjamque videret se esse perimendum: oravit pro animabus exercitus sui. Unde dicunt in proverbio Deus miserere animabus. Dixit oswaldus cadens in terram. Cujus caput et manus cum brachiis a corpore prescisas: jussit rex qui eum occiderat: in stipitibus suspendi. Quo post annum deveniens cum exercitu ejus regni: successor oswi[4] abstulit ea: et caput in

[1] northamhimbrorum: R.N.
[2] imbuit: R.N.
[3] lindiffarnensi: R.
[4] oswy: S.

Digitized by Google

cimiterio lindisfurnensis ecclesie: in regia vero civitate manus cum brachiis condidit: ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii* Si quis vult post me venire. *Omelia ut in communi. Cetera ad matutinas et horas de communi unius martyris: cum oratione.* Omnipotens sempiterne. ℭ *Memoria de sancto petro. Añ.* Cumque vidisset.[1] *Ad vesperas añ.* Qui me confessus: *et cetere antiphone cum psalmis ferialibus. Cetera de communi cum oratione propria.* ℭ *Memoria de martyribus. Añ.* Gaudent in celis. ℣ Exultent.

Deus qui conspicis: [*Oratio.* quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propitius: ut intercessione beati sixti martyris tui atque pontificis contra omnia adversa muniamur. *Alia oratio sub una conclusione ad vesperas et matutinas. Oratio.*

Deus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum felicissimi et agapiti natalicia colere: da nobis in eterna leticia de eorum societate gaudere. per.[2] ℭ *Memoria de sancto petro. Añ.* Solve jubente.

ℭ [3] *Sanctorum martyrum sixti pape: felicissimi: et agapiti.*

In illo tempore: [*Lectio prima.* Decius cesar et valerianus prefectus jusserunt sibi sixtum episcopum cum clero suo presentari: et dixit ad eum decius cesar: Ergo sacrifica diis: et esto princeps sacerdotum. Quod si non feceris: tu eris exemplum omnium. Sixtus episcopus respondit: Ego sacrificium semper offero deo meo: et filio ejus Jesu Christo. Tunc beatus sixtus contempto precepto decii ductus est in custodiam privatam cum duobus suis diaconibus felicissimo et agapito. *L. secunda.*

Sanctus agapitus episcopus tradidit archidiacono suo laurentio omnes facultates ecclesie: et ipse clericis et pauperibus erogabat prout cuique opus erat. Post hec decius furore plenus dixit ad valerianum: Si iste episcopus extinctus non fuerit: non erit timor aliis. Valerianus respondit: Capite truncetur. Felicissimus et agapitus responderunt: O miseri si audiatis monita patris vestri: evadetis tormenta eterna: que vos torquere habent. Valerianus dixit. Quid diu vivunt isti: qui tormenta nobis promittunt. *L. iij.*

Tunc adducti sunt foris muros porte appie: cepitque beatus sixtus dicere ad templum martis: Destruat te Christus filius dei. Et subito cecidit aliqua pars templi: et comminuta est. Tunc milites sanctum episcopum sixtum felicissimum quoque et agapitum[4] duxerunt in clivum montis ante templum martis: et ibi decollati sunt: et a christianis in eadem via sepulti: regnante domino nostro Jesu Christo: qui vivit et regnat in secula

[1] *Abhinc usque ad ps̄.* Magn. *in octava S. Petri omnia om. R. et N.: retinet S. ita tamen ut Festo Transfigurationis hoc servitium quod sequitur* [*S. Mart. Sixti, &c.*] *postponatur.*

[2] *Abhinc usque ad* '*Oratio.* Deus qui beatum Petrum' *col.* 457 *omnia om.: R.*

[3] *Hic apud S. addenda sunt.* '*Eadem die*' [*sc. in die Festi Transfigurationis*] '*sanctorum martyrum*' *&c. ut hic.*

[4] gapitum: S.

Digitized by Google

seculorum. amen. *Cetera de communi plurimorum martyrum.* ¶ *Memoria de sancto petro. Añ.* Petrus ad se. ¶ [1] *Hec oratio sequens dicetur ad horas hoc modo. Oratio.*

Deus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum sixti felicissimi et agapiti natalicia colere. *etcetera ut supra.*

¶ *Sancti donati episcopi et martyris.*[2]

Ad vesperas hec sola antiphona. Petrus et johannes. *cum psalmis de apostolis. Cap.* Beatus vir qui suffert. *Et cetera de communi unius martyris: cum memoria de sancto petro. Añ.* Domine si tu es.

¶ *Ad matutinas. Lectio prima.*

Quadratianus augustalis jussit sibi tribunal in oppido arritio preparari: et sanctum donatum ibidem sibi presentari. Qui cum adductus fuisset: jussit ut os ejus cum lapidibus confringeretur. Et dum diu cederetur in conspectu heleriani monachi donatus episcopus dixit: O infelix animarum seductor: et crudelis minister diaboli: hoc semper optavi. Quadracianus dixit Sacrificate jovi. Donatus episcopus respondit: Sacrificate vos demoniis: nos autem domino Jesu Christo sacrificium semper offerimus. *Lectio ij.*

Conturbatus quadracianus jussit helerianum expoliari: et in pavimento extendi: et fustibus cedi. Qui dum cederetur emisit spiritum. Hoc videns quadracianus confusus est: et jussit donatum episcopum sub custodia dimitti. Tempore illo quedam mulier cum creditore viri sui defuncti nuper dolose repetiente debitum ad sanctum donatum accessit: et diligentius concepte pravitatis seriem exposuit. Quem cum ab errore revocare non valeret ad defunctum in feretro jacentem dixit: In nomine dei vivi et veri dico tibi fili quod surgas: et nos de creditoris tui pecunia certifices. *L. iij.*

Ad hanc vocem defunctus surrexit: et creditorem suum de debito soluto credulum fecit. Sanctus vero donatus dixit defuncto: In pace quiescas[3] fili mi: quoniam tuum cyrographum liberasti. Et dum hec agerentur: audiens quadracianus quia Christus per eum miracula ostenderet: et a demoniis oppressos liberaret: misit eum in custodiam: et ibi ejus caput amputari fecit et precepit. Cujus corpus a christianis sepultum est juxta civitatem arethinam ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius martyris cum memoria de sancto petro. Añ.* Cumque vidisset.

¶ *In octava sancti petri.*

Ad vesperas Añ. Petrus et johannes. *et cetere antiphone sequentes: cum psalmis de apostolis. Cap.* Petrus ad se. *Hymnus.* Jam bone. *Hymnus* Annue Christe. ℣ Tu es petrus. *In evange. añ.*[4] Petrus ad se

[1] *Verba a 'Hec' usque ad 'modo' om.: R. Et in eorum vice lege 'Memoria de martyribus sixto felicissimo agapito.'*

[2] *'celebretur in die nominis Jesu' add: S.*

[3] requiescas: S.

[4] Hic R. et N. textum suum recipiunt. R. cum rubrica. *Memoria de s. petro an. &c.*

Digitized by Google

reversus. *ps̄.* Mag. *Oratio.* Deus qui beatum petrum. *Memoria de sanctis martyribus.* *An̄.* Gaudent in celis. ℣ Exultent. *Oratio.*

Deus qui nos annua beati ciriaci martyris tui sociorumque ejus solennitate letificas: concede propitius: ut quorum natalicia colimus: virtutem quoque passionis imitemur: per dominum. *Ad matu. invitato.* Tu es pastor. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Eterna Christi munera. *In primo nocturno.* *An̄.* In plateis *ps̄.* Celi enarrant. *et cetera ut in die.* *Lectio j.*

Perfecta dilectio est: qua deum et[1] toto corde: tota anima: tota virtute: proximum autem tanquam nosipsos diligere jubemur. Et neutra harum dilecto[2] sine altera valet esse perfecta: quia nec deus vere sine proximo: nec sine deo potest proximus amari. *Re.* Symon petre. *Lectio ij.*

Unde dominus tertio interrogato petro: an se diligeret et illo respondente quod eum ipso teste diligeret: adjungebat per singula ita concludens. Pasce oves meas: sive agnos meos. Ac si aperte diceret: Hec sola et vera est probatio[3] integri in deum amoris: si erga fratres studueris curam solliciti exercere laboris. *Re.* Si diligis. *Lec. tertia.*

Quicunque fratri opus pietatis quod valet inpendere[4] negligit: minus justo se conditorem diligere ostendit: cujus mandatum in sustentanda proximi necessitate contempnit. Que profecto charitas quoniam sine gratia et divina inspiratione minime possit haberi. Tacite quodam modo dominus insinuat: qui petrum de illa interrogans: symonem eum johannis quod nunquam alias cognominat. *Re.* Tu es petrus. *Medie lectiones de martyribus.* *Lectio iiij.*

Maximianus augustus dixit carpasio vicario suo. Ciriacum sacrilegum qui carminibus magicis et incitationibus[5] suadet hominibus Christum confiteri: diversis penis afflige: si non libamina diis obtulerit. Tunc carpasius mittens ad custodiam: ciriacum diaconem[6] largum smaragdum et crescentianum[7] jussit presentari sibi. Quibus dixit: Quare obaudistis preceptum principis: et non offertis libamina diis immortalibus? Responderunt Nosipsos domino nostro Jesu Christo offerimus.

Carpasius dixit ciriaco: [*L. v.* Quare dies senectutis tue cum tormentis deducis ad inferos? Sacrifica diis immortalibus et vives. Ciriacus respondit. Sacrificent hii qui non cognoverunt creatorem suum dominum Jesum Christum. Tunc jussit eum in catasta extendi: nervis attrahi: et fustibus cedi. Ciriacus autem clamabat dicens: Miserere mihi peccatori domine Jesu Christe. *Lectio vj.*

Iratus maximianus augustus: jussit omnes vinctos qui erant in custodia una cum ciriaco capite truncari. Et data sententia: ducti sunt cum ciriaco diacono

[1] ex: N. [2] dilectio: R.N.S.
[3] probatio est: R.N.
[4] impendere: N.

[5] incantationibus: R.S.
[6] diaconum: S.
[7] crescentiam: R.

Digitized by Google

promiscui sexus numero viginti duo : et decollati sunt via salaria intra trivias[1] salustii foras murum. Quorum corpora collegit nocte johannes presbyter : et sepelivit eos in eadem via : ad laudem sui[2] nominis qui vivit et regnat in secula seculorum amen. *Tres ultime lectiones de exposicione evangelii* Venit Jesus. *Omelia ut supra. Cetera ad matutinas et horas ut supra in die festo.*[3] *cum memoria de martyribus. Ad vesperas Añ.* Petrus[4] et johannes. *et cetere antiphone sequentes : cum psalmis de apostolis. Capitulum.* Petrus ad se reversus. *Hymnus* Exultet celum. ℣ Tu es petrus. *In evange. añ.* Symon barjona. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Deus qui beatum. *Memoria de sancto romano martyre. Añ.* Dixit romanus. *quere in secundo nocturno beati laurentii.* ℣ Gloria et honore. *Oratio.* Presta quesumus omnipotens deus. *ut in communi. Sic fiat in octava*[5] *sancti petri nisi in illis incipiatur historia ut supra dictum est.*

❡ *In vigilia sancti laurentii.*

Ad matutinas fiat servitium de sancto romano cum nocturno. L. j.

In diebus tyrannidis sue decius cesar jussit teneri beatum laurentium archidiaconum ecclesie romane. Et iracundia plenus adversus eum : quia thesauros ecclesie non posset ab eo extorquere : nec ad culturam idolorum cervicem ejus inflectere : omne genus tormentorum proposuit in corpore ejus expendere : Huic spectaculo aderat senatus ordo militaris : et populus romanus.

Cumque vidisset unus [*Lec. ij.* ex militibus nomine romanus beatum laurentium in tormentis non deficere : compunctus corde credidit in dominum Jesum Christum et dicebat ad beatum laurentium : Video ante te juvenem pulcherrimum stantem : et membra tua cum lintheo extergentem. Unde adjuro te per deum : qui tibi misit angelum suum : ne me derelinquas. Tunc decius imperator furore plenus dixit ad valerianum. Victi sumus per artem magicam laurentii.

Eadem hora romanus [*Lec. iij.* afferens urceum cum aqua misit se[6] ad pedes beati laurentii : et rogabat eum cum lachrymis : ut baptizaretur. Et accepta aqua : et[7] benedixit et baptizavit eum. Audiens decius cesar hoc factum : jussit ut eadem hora capite plecteretur. Ductus foras muros porte salarie : decollatus est quinto idus augusti. Tunc justinus presbyter nocte collegit corpus ejus : et sepelivit in cripta in agro verano ad laudem domini Jesu Christi. *Cetera de communi unius martyris.*

❡ *In festo sancti laurentii martyris.*

Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Capitulum.

Qui parce seminat parce et metet : et qui seminat in benedictionibus : de benedictionibus et metet. *Re.* Strinxerunt.

[1] termas : R.N.
[2] pro 'sui' Christi : R.N.
[3] *festi : S.*
[4] Verba a 'Petrus' usquead '*Capitulum*' om. : S.
[5] *octavis : R.N.*
[6] 'se' om. : N.
[7] 'et' om. : N.

Digitized by Google

Hymnus. Deus tuorum militum. ℣ Dispersit dedit pauperibus.[1] Justicia ejus manet in seculum seculi. *In evang. añ.* Beatus laurentius dum in craticula suppositus[2] ureretur ad impiissimum tyrannum dixit: assatum est jam versa et manduca: nam facultates ecclesie: quas requiris in celestes thesauros manus pauperum deportaverunt. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Adesto domine supplicationibus nostris: et intercessione beati laurentii martyris tui perpetuam nobis misericordiam benignus impende. per dominum. *Ad matu. Invit.* Regem sempiternum pronis mentibus adoremus. Qui martyrem suum digne pro meritis coronavit laurentium. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Deus tuorum. *In primo nocturno añ.* Quo progrederis sine filio pater: quo sacerdos sancte sine ministro properas. ℣ Beatus laurentius dixit. *ps̄.* Beatus vir. *Añ.* Noli me derelinquere pater sancte: quia thesauros tuos jam expendi: quos tradidisti mihi. ℣ Quid in me ergo displicuit paternitati tue. *ps̄.* Quare fremuerunt. *Añ.* Non ego te desero[3] fili: neque derelinquo: sed majora tibi debentur pro fide Christi certamina. ℣ Beatus sixtus dixit ad beatum laurentium. *ps̄.* Domine quid multiplicati. ℣ Gloria et honore. *L. j.*

Peracta autem passione beati sixti urbis rome episcopi: milites qui tenuerunt beatum laurentium presentaverunt eum decio cesari. Eodem die decius cesar tradidit eum valeriano prefecto dicens. Quere thesauros diligenter: et fac ut sacrificet. Quod si noluerit diversis penis eum interfice. Tunc valerianus dedit eum cuidam vicario in custodiam nomine hypolito: et hypolitus inclusit eum cum multis aliis. *Re.* Levita laurentius bonum opus operatus est: qui per signum crucis cecos illuminavit. Et thesauros ecclesie dedit pauperibus. ℣ Dispersit dedit pauperibus justicia ejus manet in seculum seculi. Et thesauros.

Erat autem in ipso carcere quidam gentilis nomine lucillus: qui plorando amissis oculis: cecus factus fuerat. Dixitque ad eum laurentius. Crede in Christum et baptizare: et illuminabit te. Respondit lucillus cum fletu: et ait. In Christum credo: et idola vana respuo. Cum vero beatus laurentius baptizaret eum: aperti sunt statim oculi ejus: et cepit clamare dicens. Benedictus deus christianorum: qui illuminavit me per beatum laurentium: quia cecus fui: et modo video. *Re.* Quo progrederis sine filio pater: quo sacerdos sancte sine diacono properas. Tu nunquam sine ministro sacrificium offerre consueveras. ℣ Quid in me ergo displicuit paternitati tue: nunquid degenerem me probasti experire certe utrum idoneum ministrum elegeris cui commisisti dominici corporis et sanguinis consecrationem. Tu nunquam. [*L. ij.*]

Multi autem ceci audientes hoc: veniebant ad [*L. iij.*]

[1] '*Re.*' *add: N.* [2] superpositus: R. N. S. [3] dero: S.

Digitized by Google

beatum laurentium et illuminati sunt ab eo. Hoc videns hypolitus dixit ei Ostende mihi thesauros. Dixit ei laurentius. O hypolite si credis in Jesum Christum: et thesauros tibi ostendo: et vitam eternam promitto. Credidit hypolitus: et a beato laurentio baptisatus est: et tota domus ejus. Dixit vero hypolitus ad beatum laurentium Valerianus ex precepto decii misit: ut te ad eum perducam. Cui beatus laurentius Ambulemus: quia mihi et tibi gloria paratur. *Re.* Noli me derelinquere pater sancte: quia thesauros tuos jam expendi. Non ego te desero fili neque derelinquo. Sed majora tibi debentur pro fide Christi certamina. ℣ Nos quasi senes levioris pugne cursum suscepimus: te quasi juvenem magnum gloriosior de tyranno triumphus expectat post triduum me sequeris sacerdotem levita. Non ego. Gloria. Sed majora. *In ij. noc. an̄.* Beatus laurentius orabat dicens: domine Jesu Christe deus de deo miserere mei servi tui. ℣ Quia accusatus non negavi nomen sanctum tuum interrogatus te Christum confessus sum. *ps̄.* Cum invocarem. *An̄.* Dixit romanus ad beatum laurentium: video ante te juvenem pulcherrimum: festina me baptizare. ℣ Afferens autem urceum cum aqua misit se ad pedes ejus. *ps̄.* Verba mea. *An̄.* Beatus laurentius dixit mea nox obscurum non habet sed omnia in luce clarescunt. ℣ Quia ipse dominus novit: quia accusatus non negavi. *ps̄.* Domine dominus noster. ℣ Posuisti domine. *L. iiij.*

Cum vero beatus laurentius et hypolitus venissent dixit valerianus ad beatum laurentium: Jam depone pertinaciam tuam: et ostende nobis thesauros ecclesie. Laurentius dixit: Date mihi inducias biduo vel triduo: et presentabo vobis thesauros. Valerianus dixit: In tua pollicitatione habeas triduo inducias. Laurentius collecta multitudine pauperum per tres dies: introduxit eos in palatium. Valerianus dixit: Ubi sunt thesauri quos pollicitus es presentare? Beatus laurentius ostendens multitudinem pauperum dixit: Isti sunt thesauri eterni: qui nunquam minuuntur: sed crescunt. Tunc iratus decius jussit eum scorpionibus cedi. *Re.* Strinxerunt corporis membra posita in craticula subjicientibus prunas insultat levita Christi. Beate laurenti martyr Christi intercede pro nobis. ℣ Carnifices vero urgentes ministrabant carbones subter cratem ferream. Beate laurenti. *Lectio v.*

Post hec allate sunt lamine ferree: et lectus: et plumbati: et cardi: et dixit decius ad beatum laurentium: Si diis nostris sacrificare contempseris: nox ista expendetur in te cum suppliciis. Cui beatus laurentius: Mea nox obscurum non habet: sed omnia in luce clarescunt: et ideo non timeo tormenta tua. Tunc decius jussit os ejus lapidibus[1] cedi. Et dum

[1] lampadibus: N.

Digitized by Google

cederetur: ridebat dicens: Gratias tibi ago domine: quia tu es deus omnium rerum. Decius dixit: Date ei lectulum ferreum. Et allatus est lectus ferreus cum costis tribus in modum craticule. Beatus vero laurentius expoliatus vestibus suis in conspectu decii et valeriani extensus est in cratem ferream. Et allati sunt batuli.[1] cum prunis: et miserunt subter cratem[2] ferream: et cum furcis ferreis coartabant beatum laurentium. *Re.* Beatus laurentius clamavit et dixit: deum meum colo: et illi soli servio. Et ideo non timeo tormenta tua. ℣ Mea nox obscurum non habet: sed omnia in luce clarescunt. Et ideo. *Lectio vj.*

Et dixit decius cesar ad beatum laurentium: Sacrifica diis. Beatus laurentius respondit: Ego me obtuli sacrificium deo in odorem suavitatis. Carnifices vero trahebant carbones subter cratem ferream. Mirabantur omnes qui aderant: quod decius cesar preceperat laurentium vivum assari. Ille autem vultu pulcherrimo dixit: Gratias tibi ago domine Jesu Christe: qui me confortare dignaris. Et elevans oculos contra decium dixit: Ecce miser: assasti unam partem: regira aliam et manduca: me autem a fide domini mei Jesu Christi non avertes. Et iterum gratias agens deo cum gloria dixit: Gratias tibi ago domine Jesu Christe: quia januas tuas ingredi merui. Et hec dicens emisit spiritum. Cujus corpus justinus presbyter et hypolitus sepelierunt in cripta: in via tyburtina: ad laudem ipsius qui vivit et regnat deus: per omnia secula seculorum amen. *Re.* Beatus laurentius dixit: Ego me obtuli sacrificium deo: In odorem suavitatis. ℣ Gaudeo plane: quia hostia Christi effici merui. In odorem. Gloria. In odorem.[3] *In iij. noct. añ.* Strinxerunt corporis membra posita super craticulam ministrantibus prunas insultat levita Christi. ℣ Carnifices vero urgentes ministrabant carbones subter cratem ferream. *ps̄.* In domino confido. *Añ.* Igne me examinasti: et non est inventa in me iniquitas. ℣[4] Probasti domine cor meum: et visitasti nocte. *ps̄.* Exaudi domine justiciam meam. *Añ.* Interrogatus te dominum confessus sum: assatus gratias ago. ℣ Gratias tibi ago domine Jesu Christe: quia januas tuas ingredi merui. *ps̄.* Domine in virtute tua. ℣ Magna est. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii* Nisi granum frumenti. *Omelia ut in communi.* *Re.* Gaudeo plane quia hostia Christi effici merui. Accusatus non negavi: interrogatus Christum confessus sum: assatus gratias ago. ℣ Ego me obtuli sacrificium deo in odorem suavitatis. Accusatus. *Re.* In craticula te deum non negavi. Et ad ignem applicatus te dominum Jesum Christum confessus sum. ℣ Probasti domine cor meum: et visitasti nocte. Et. *Re.* Beatus laurentius oravit et dixit: domine Jesu Christe pastor bone: Suscipe

[1] bacilli: R. batilli: N. [2] crate: S.
[3] 'In odor. Glor. In odor' om.: R.N. et vice eorum legit Ego me. Gloria. Ego.
[4] *pro ℣ añ.: S.*

spiritum meum. ℣ Gratias tibi ago domine Jesu Christe: quia januas tuas ingredi merui. Suscipe. Gloria patri. *ps̄.* Te deum. ℣ Dispersit. *In lau. an̄.*

Laurentius ingressus est martyr: et confessus est nomen domini Jesu Christi. *ps̄.* Dominus[1] regnavit. *An̄.* Laurentius bonum opus operatus est: qui per signum crucis cecos illuminavit. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Adhesit anima[2] post te: quia caro mea igne cremata est pro te deus meus. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Misit deus angelum suum: et liberavit me de medio ignis: et non sum estuatus. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Beatus laurentius orabat dicens: gratias tibi ago domine: quia januas tuas ingredi merui. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Qui parce seminat. *Hymnus* Martyr dei. ℣ Justus ut palma. *In evangelio antiphona.* In craticula te deum non negavi: et ad ignem applicatus te Christe[3] confessus sum: probasti cor meum: et visitasti nocte: igne me examinasti: et non est inventa in me iniquitas. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.*

Da nobis quesumus omnipotens deus: vitiorum nostrorum flammas extinguere: qui beato laurentio tribuisti tormentorum suorum incendia superare. per dominum. *Ad primam An̄.* Laurentius ingressus. *ps̄.* Deus in nomine tuo salvum. *etc. An̄.* Gratias tibi deus. *ps̄.* Quicunque vult salvus esse. *etcetera. Ad tertiam an̄.* Laurentius bonum. *ps̄.* Legem pone. *Cap.* Qui parce. *Re.* Gloria et honore. *Ad alias horas antiphone de laudibus. Capitula et responsoria de communi: cum oratione* Da nobis quesumus. *Ad vesperas an̄e. de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Qui parce. *Hymnus* Martyr dei. ℣ Dispersit. *In evange. an̄.* Veni desiderator boni[4] veni: suscipiant te angeli mei: quoniam assatus non negasti me: probatus confessus es me. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Da nobis quesumus. *Memoria de sancto tyburtio. an̄.* Inclytus martyr tyburtius cum nudatis plantis super prunas ferventes incederet: fabiano prefecto dixit: videtur mihi quod super roseos flores incedam in nomine domini mei Jesu Christi. ℣ Gloria et. *Or̄o.*

Beati tyburtii nos domine foveant continua[5] presidia: quia non desinis propicius intueri: quos talibus auxiliis concesseris adjuvari. per dominum. ¶ *Quotidie per octavas nisi in die assumptionis fiat memoria de sancto laurentio: cum antiphonis de laudibus suis ordinatim iteratis. quia non dicentur super psalmos in vesperis sed si[6] de eo aliquo die fit servitium: dicantur in vesperis antiphone et psalmi feriales. Cap.* Qui parce. *Hymnus.* Martyr dei. ℣ Dispersit. *et super psalmos*[7] Magnificat *et* Benedictus *secunda antiphona de primo nocturno et tertia et sic deinceps: si opus fuerit. Et in laudibus post hymnum versiculus* Justus ut palma. *In memoriis*

[1] Domine: N.
[2] 'mea' add: R.N.S.
[3] Christum: S.
[4] bone: R.N.S.
[5] continuata: N.
[6] *pro 'sed si' nisi: R.N.*
[7] *'psalmos' om.: N.*

Digitized by Google

vero tam ad matutinas quam ad vesperas. ℣ Dispersit *dicatur.* ¶ *Si vero in festo*[1] *sancti tyburtii: vel sancti hypoliti vel sancti eusebii dies dominicus evenerit: nihil fiet de sancto laurentio nisi memoria. Medie lectiones erunt de sanctis. Si vero in crastino sancti tyburtii dies dominicus evenerit: medie lectiones erunt de sancto laurentio. sin autem: totum servitium fiet de sancto laurentio: nisi impediatur per commemorationem beate virginis. Cum vero*[2] *fit servitium de sancto laurentio infra octavas suas dicatur Invitatorium* Regem sempiternum. *sed sine psalmo.* Te deum. *Suffragia dicantur: et exequie defunctorum singulis feriis. Et dicetur de domina sed non de apostolis: nec de sancto wilelmo.*

¶ *Sancti tyburtii martyris. L. j.*

Sanctus igitur tyburtius diebus dioclitiani[3] imperatoris adductus est ante fabianum presidem. Dixitque ad eum preses Sacrifica diis. Tyburtius dixit: Ego credo Christum filium dei ad hoc de celo ad terras descendisse: ut homo a terris ad celos posset ascendere. Ideo istas vanas pompas quas colitis pedibus meis conculcans: deo meo omnipotenti me subjeci. Fabianus ergo jussit ante pedes sancti tyburtii carbones effundi ardentes: et ait: Aut thura in istis carbonibus adjice: aut pedibus super eos nudis incede. *Lectio ij.*

Tunc sanctus tyburtius faciens signum crucis: nudis ingressus est plantis super carbones: dixitque prefecto: Depone infidelitatem tuam: et disce quia solus est deus: quem confitemur creaturis omnibus dominari. Tu si potes: manum tuam mitte in calidam aquam in nomine jovis: et faciat te non sentire furorem ardoris. Nam mihi videtur quod super roseos flores gradiar: quia ipsa creatura creatoris famulatur imperio. *Lectio iij.*

Sancto igitur tyburtio fabianus preses dixit: Quis ignoret artem magicam vos docuisse Christum vestrum? Tyburtius dixit: Obtumesce[4] infelix: et noli auribus meis hanc injuriam facere: ut audiam te rabido ore latrantem: mellifluum nomen et sanctum blasphemare. Tunc iratus fabianus dixit: Blasphemator deorum gladio feriatur. Ductus est sanctus tyburtius in via lavicana tertio miliario ab urbe roma: et ibi uno ictu gladii percussus: vitam finivit temporalem: et cum Christo regnandi suscepit perpetuam. *Cetera de communi unius martyris. Memoria de sancto laurentio. An̄.* Laurentius ingressus.

¶ *Infra octavas sancti laurentii.* [*L. j.*

Sanctum est fratres ac deo placitum: ut natalem beati laurentii precipua devotione veneremur: cujus radiantibus flammis victrix in hunc quoque diem toto orbe Christi choruscat ecclesia: Qui cum in sede gloriosissimi petri archidiaconatus fungeretur officio: puritate innocentis vite: fortissimeque mortis triumpho: apostolico se copulavit consortio. *Lectio ij.*

[1] *festum: R.*
[2] *pro 'vero' non.: S.*
[3] diocleciani: R. dyocliciani: S.
[4] Obmutesce: R.N.S.

Digitized by Google

Nec immerito eum apostolorum suparem[1] predicamus: cui et castitas leviticum ministerium dedit: et plenitudo martyrii dignitatem contulit. Quem venerabilis Sixtus romane urbis antistes cum impietatem sevientis mundi per tormenta superaret: videretque eum[2] paterna de morte tristissimum: ita spiritum prophetie convenisse narratur: Noli fili mestus esse: post triduum me sequeris. *Lectio iij.*

Triduum autem dixit medium inter diem passionis sixti: et diem passionis beati laurentii. Triduum est medium. O consolatio. Non ait. Noli fili merere: desinet persecutio: et securus eris. sed noli merere: quoniam ego precedo: tu me sequeris: nec consecutio tua differtur. Triduum medium erit: et mecum eris. Accepit oraculum vicit diabolum: pervenit ad triumphum.

¶ *Sanctorum martyrum hypoliti sociorumque ejus.*

Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Cap. Sancti per fidem. *Cetera de communi plurimorum martyrum. Oratio.*

Da quesumus omnipotens deus: ut beati hypoliti martyris tui sociorumque ejus veneranda solennitas: et devotionem nobis augeat et salutem. per dominum.

¶ *Memoria de sancto laurentio.*

Igitur consummato martyrio beati laurentii: hypolitus post tertium diem in domo sua dedit pacem servis suis: et communicavit de sacrificio altaris [*L. j.* beati laurentii. Et posita mensa: priusquam cibum sumeret: venerunt milites et perduxerunt eum ad decium. Cui decius dixit: Sacrifica ne pereas per tormenta: sicut laurentius: Hypolitus[3] dixit: Exemplum merear beati laurentii fieri: quem tu miser ausus fuisti polluto ore nominare. Tunc iratus decius jussit eum fustibus cedi: Qui cum cederetur dixit: Gratias ago domino meo. *Re.* Beatissimus Christi martyr hypolitus dum baptismi gratiam accepisset a beato laurentio: ponebat manus super oculos cecorum: et sanabantur. ℣ Baptisato autem beato hypolito: omnes populi ejus credentes baptisabantur. Ponebat. *Lectio ij.*

Decius dixit: Deridet hypolitus fustes: cum cardis eum cedite. Et cedentes defecerunt. Decius vero iratus dedit omnes facultates hypoliti valeriano prefecto: et jussit ut interficeret eum. Eadem die valerianus invenit in domo hypoliti omnem familiam christianam: quos ipse preses adduci ante conspectum suum jussit; et dixit ad beatum hypolitum: Adhuc confidis in artem magicam: et non honoras deos. Et jussit eum duci foras muros porte tyburtine cum familia sua. Tunc hypolitus confortabat familiam suam dicens: Fratres nolite timere: ego et vos unum deum habemus. *Re.* O hypolite si credideris in dominum Jesum Christum. Et thesauros tibi ostendo: et vitam eternam promitto. ℣ Si dictis

[1] parem: R.N. supparem: S. [2] cum: N. [3] Hypolytus: S.

Digitized by Google

inquit facta compenses: faciam quod hortaris: cui beatus laurentius dixit: tu mihi tuum tantummodo prebe assensum. Et thesauros. *Lectio iij.*

Tunc jussit valerianus: ut omnis familia hypoliti in conspectu ejus capite truncaretur. Hypolitum vero jussit: ut pedes ejus ligarentur ad colla equorum indomitorum: et sic per cardos et tribulos trahi. Qui dum traheretur emisit spiritum. Eadem nocte justinus presbyter sepelivit corpora sanctorum in eodem loco. Vicesimo septimo die post passionem sanctorum: sedente decio in curruca aurea una cum valeriano: ut ad amphitheatrum introirent: clamabat decius arreptus a demonio. O hypolite[1] vinctum asperis cathenis me ducis. Valerianus clamabat: O laurenti: igneis cathenis me vinctum trahis: et statim expiravit. Decius vero rediens ad palatium: triduum non cessavit agi a demonio: et clamabat: Adjuro te laurenti: modicum cessa a tormentis meis: sicque pessima morte vitam finivit. *Re.* Cepit hypolitus tristis plorare: cui beatus laurentius ita dixit: Noli flere: sed magis gaude: et post dum clamavero audi et veni: quia vado ad gloriam. ℣ Respondit hypolitus: quare ego non venio: et vociferor quia christianus sum: ut tecum occumbam. Noli flere. Gloria patri. Noli. ℣ Mirabilis. ℭ *In laudibus añ.*

Cesar dixit ad hypolitum: factus es insipiens: ut nuditatem tuam non erubescas. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Dixit hypolitus ad decium: non me expoliasti: sed magis vestisti. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Dixit cesar ad hypolitum: tu magus factus es: respondens hypolitus dixit ad decium: non sum ego magus: sed sum servus domini mei Jesu Christi. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Exemplum merear fieri laurentii beatissimi martyris. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Tunc valerianus in conspectu hypoliti famulos illius martyrizari precepit. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Reddet deus. *Hymnus.* Rex gloriose. ℣ Justi imperpetuum. *In evange. añ.* Oravit sanctus hypolitus voce magna: et dixit: gratias tibi ago domine mi Jesu Christe quia famulos meos in conspectu meo pati video. *ps̄.* Benedictus *Oratio.* Da quesumus omnipotens. *Memoria de sancto laurentio. Cetera de communi plurimorum martyrum cum oratione* Da quesumus omnipotens deus.

ℭ *In vigilia assumptionis matutine dicantur de sancto eusebio confessore: cum nocturno.*[3] *Oratio.*

Deus qui nos beati eusebii confessoris tui annua solennitate letificas: concede propicius: ut cujus natalicia colimus: per ejus ad te exempla gradiamur. per dominum. ℭ *Memoria de sancto laurentio. Lectio j.*

Imperante maxentio et maximiniano palestine provincie preside: eusebius urbis rome presbyter: nomen Christi predicavit. Ante presidem ergo adductus ait: Preses in his que

[1] ypolite: S. [2] 'autem' add: S. [3] *nocturnis: R.N.*

Digitized by Google

colis agnoscere poteris: quam insipiens extiteris: quam in honorandis[1] inanibus simulachris diu deceptus fueris. Illa lex observanda est: que dicit: Dominum deum tuum adorabis: et illi soli servies. *Lectio ij.*

Maxentius dixit: Durum est genus christianorum: quibus dulcius est perire quam vivere. Eusebius respondit: Grande premium in Christo patientiam habentes expectant. His verbis maxentius in iram conversus eculeo membra tanti sacerdotis jubet extendi: et circa latera ejus carnifices exhiberi. Beatus eusebius orabat dicens: Da mihi intellectum domine: ut discam mandata tua. Iratus ergo preses jussit eum incendio trahi.[2] At ipse gaudenter ad flammam sine timore properabat. *Lectio iij.*

Hec[3] audiens imperator: jussit sibi eusebium presentari. Qui cum adductus coram imperatore stetisset: de celo dicentem sibi vocem audivit: Fortis esto eusebi: quoniam de hoste victoria parata est tibi: Imperator vero intuens in eum ait: Ad interrogata tantum responde: ut te possim liberare. Eusebius dixit: Corpus infirmum ante te positum lacerare et disperdere valebis: animam ledere non sufficis. His dictis preses jussit eum in cubiculo domus sue includi. Et ibi multis diebus in oratione perseverans: post menses septem dormitionem accepit ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius confessoris non pontificis: cum oratione* Deus qui nos. *Memoria de sancto laurentio.*

¶ *In assumptione beate marie virginis.*

Ad vesperas antiphona.

Felix namque es beata virgo maria: que et genitricis dignitatem obtinuisti: et virginalem pudiciciam non amisisti. *ps̄.* Dixit dominus. *An̄.* Virgo prudentissima quo progrederis quasi aurora valde rutilans: filia syon: tota formosa et suavis es: pulchra ut luna: electa ut sol. *ps̄.* Confitebor. *An̄.* Anima mea liquefacta est: ut dilectus locutus est: quesivi et non inveni illum: vocavi et non respondit mihi: invenerunt me custodes civitatis: percusserunt me: et vulneraverunt me: tulerunt pallium meum custodes murorum: filie hierusalem nunciante[4] dilecto quia amore langueo. *ps̄.* Beatus vir. *An̄.* Tota pulchra es amica mea: et macula non est in te: favus distillans labia tua: mel et lac sub lingua tua: odor unguentorum tuorum super omnia aromata: jam enim hyems transiit: imber[5] abiit et recessit: flores apparuerunt: vinee florentes odorem dederunt: et vox turturis audita est in terra nostra: surge propera amica mea: veni de libano: veni coronaberis. *ps̄.* De profundis. *An̄.* Beata dei genitrix maria: virgo perpetua: templum domini: sacrarium spiritussancti sola sine exemplo placuisti domino Jesu

[1] 'et' add: N. [2] tradi: R.S. [3] *Hoc*: R.N.S.
[4] nunciate: R.N.S. [5] ymber: S.

Christo: ora pro populo: interveni pro clero: intercede pro devoto femineo sexu. *ps.* Memento. *Capitulum.*

In omnibus requiem quesivi: et in hereditate domini morabor: tunc precepit et dixit mihi creator omnium: et qui creavit me requievit in tabernaculo meo. *Re.* Stirps jesse. *Hymnus.*

Ave maris stella: dei mater alma: atque semper virgo: felix celi porta. *S*umens illud ave gabrielis ore: funda nos in pace mutans nomen eve. *S*olve vincla reis: profer lumen cecis: mala nostra pelle: bona cuncta posce. *M*onstra te esse matrem: sumat per te precem[1]: qui pro nobis natus: tulit este tuus. *V*irgo singularis: inter omnes mitis: nos culpis solutos: mites fac et castos. *V*itam presta puram: iter para tutum: ut videntes Jesum: semper colletemur. *S*it laus deo patri: summo Christo decus: spiritui sancto: tribus[2] honor unus Amen. ℣ Exaltata est sancta dei genitrix: Super choros angelorum ad celestia regna all'a. *In evangel. añ.* Ascendit Christus super celos: et preparavit sue castissime matri immortalitatis locum: et hec est illa preclara festivitas omnium sanctorum festivitatibus incomparabilis: in qua gloriosa et felix mirantibus celestis curie ordinibus: ad ethereum pervenit thalamum: quo

pia sui memorum immemor nequaquam existat. *ps.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui virginalem aulam beate marie in qua habitares eligere dignatus es: da quesumus: ut sua nos defensione munitos: jocundos faciat sue interesse festivitati. Qui vivis.

¶ *Nulla memoria nisi de dominica: si in vigilia fuerit. Ad completorium*[3] *añ.* Cum jocunditate assumptionem beate marie celebremus: ut ipsa pro nobis intercedat ad dominum deum nostrum. *ps.*[4] Cum invocarem.[5] *Cap.* Tu in nobis. *Hymnus.* Salvator. *in fine hymni* Gloria tibi domine: qui natus es. ℣ Custodi. *Añ.* Sub tuum presidium confugimus[6] dei genitrix nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus: sed a periculis libera nos semper virgo benedicta. *ps.* Nunc dimittis *etcetera. Ad matu. Invi.* Venite adoremus regem regum: Cujus hodie ad ethereum mater virgo assumpta est in[7] celum. *ps.* Venite. *Hymnus.* Ave maris stella. *In j. nocturno añ.* Ecce tu pulchra es amica mea ecce tu pulchra: oculi tui columbarum. *ps.* Domine dominus noster. *Añ.* Sicut lilium inter spinas: sic amica mea inter filias. *ps.* Celi enarrant. *Añ.* Favus distillans labia tua sponsa: et odor vestimentorum tuorum sicut

[1] preces: R.N.S. [2] trinus: R.S.
[3] '*ut notatum est in fine psalterii*' *add: N.*
[4] '*et in aliis festis beate marie mutato isto verbo* assumptionem *in* nativitatem *vel* conceptionem visitationem, *etc. prout festum exegerit*' *add: N. vice omnium verborum quae a* '*ps.* Cum' *usque ad* 'dimittis *etc.*' *inveniuntur in Y.*
[5] '*ps.* Cum invoc.' om.: S.
[6] 'sancta' add: R.
[7] 'in' om.: R.N.S.

Digitized by Google

odor thuris. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Exaltata est.

¶ *Sermo beati hieronymi presbyteri.* *Lectio j.*

Cogitis me o paula et eustochium: immo charitas Christi me compellit: qui vobis dudum tractatibus loqui consueveram: ut novo loquendi genere: sanctis que vobiscum degunt virginibus: latino utens eloquio exhortationis gratia: sermonem faciam de assumptione beate et gloriose semper virginis marie more eorum qui declinatorie[1] in ecclesiis loqui solent ad populum: quod utique genus docendi necdum attigeram. *Re.* Vidi speciosam sicut columbam descendentem desuper rivos aquarum: cujus inestimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus. Et sicut dies verni circundabant eam flores rosarum: et lilia convallium. ℣ Que est ista: que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe et thuris. Et sicut. *Lectio ij.*

De assumptione tamen ejus: qualiter assumpta est. quia id vestra deposcit intentio: presentia absens scribere vobis curavi: que[2] absentia presens vobis obtuli devotus: ut habeat sanctum collegium vestrum in die tante solennitatis munus latini sermonis: in quo discat tenera infantia lactis experiri dulcedinem: et de exiguis eximia cogitare. *Re.* Sicut cedrus exaltata sum in libano: et sicut cypressus[3] in monte syon: quasi myrrha electa. Dedi suavitatem odoris. ℣ Et sicut cynnamo-

mum[4] et balsamum aromatizans. Dedi. *Lectio iij.*

Qualiter favente deo per singulos annos tota hec dies expendatur in laudem: et cum gaudio celebretur: ne forte si venerit vestris in manibus illud apocrifum de transitu ejusdem virginis: dubia pro certis recipiatis: quod multi latinorum pietatis amore: studio legendi carius amplectuntur presertim: cum ex his nihil aliud experiri potest pro certo: nisi quod hodierna die gloriosa migravit a corpore. *Re.* Felix nanque es sacra virgo maria: et omni laude dignissima. Quia ex te ortus est sol justicie. Christus deus noster. ℣ Ora pro populo: interveni pro clero: intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum levamen: quicunque celebrant tuam assumptionem. Quia. Gloria patri. Quia. *In ij. noc. añ.* Emissiones tue paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. *ps̄.* Eructavit. *Añ.* Fons ortorum: puteus aquarum viventium: qui[5] fluunt impetu de libano. *ps̄.* Deus noster refugium. *Añ.* Veniat dilectus meus in ortum suum: ut comedat fructum pomorum suorum. *ps̄.* Fundamenta. ℣ Assumpta est maria in celum. Gaudent angeli: laudantes benedicunt dominum all'a. *Lectio iiij.*

Monstratur autem sepulchrum ejus cernentibus nobis usque ad presens in vallis josaphat medio: que vallis est inter montem syon et montem

[1] declamatorie: R.N.S. [2] qua: S. [3] cupressus: N.
[4] cynamomum: R.N.S. [5] que: R.S.

Digitized by Google

oliveti posita. Ubi in ejus honore fabricata est ecclesia miro lapideo tabulatu: in qua sepulta fuisse: ut scire potestis: ab hominibus[1] ibidem predicatur. sed nunc vacuum esse cernentibus cunctis ostenditur. Hec idcirco dixerim: quia multi nostrorum dubitant: utrum assumpta fuerit simul cum corpore: an obierit relicto corpore. *Re.* Veni electa mea et ponam in te thronum meum Quia concupivit rex speciem tuam. ℣ Audi filia et vide: et inclina aurem tuam. Quia. *Lectio v.*

Quod et de beato johanne evangelista ejus ministro: cui virgini a Christo virgo commissa est plurimi asseverant: quia in sepulchro ejus ut fertur: non nisi manna invenitur: quod et scaturire cernitur. Verumtamen quid horum verius censeatur ambigimus. Melius tamen deo totum: cui nihil impossibile est committimus: quam aliquid temere diffinire velimus auctoritate nostra quod non probamus. *Re.* Que est ista que processit sicut sol: et formosa tanquam hierusalem. Viderunt eam filie syon: et beatam dixerunt: et regine laudaverunt eam. ℣ Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum et lilia convallium. Viderunt. *Lectio vj.*

De his de quibus certi sumus tantisper loquamur: ut religio conservetur pro famulatu: et devotio augeatur pro affectu. Quod si queritur: post ascensionem domini: quid egerit: unum pro certo est: quia virgo sancta corpore ac mente permansit. Ceterum ad exemplum humane vite conversatio ejus post ascensionem Christi generaliter cum apostolis fuit quousque disperguntur sicut lucas meminit dicens: Quod[2] regressi quidem a monte oliveti hierosolymam venerunt: et ascenderunt in cenaculum: ubi manebant petrus et johannes et ceteri apostoli. *Re.* Stirps jesse virgam produxit virgaque florem. Et super hunc florem. Requiescit spiritus almus. ℣ Virga dei genitrix virgo est flos filius ejus. Et super. Gloria. Requiescit.

In iij. nocturno añ. Veni in ortum meum soror mea sponsa messui myrrham meam cum aromatibus meis. *ps̄.* Cantate (*j.*) *Añ.* Comedi favum cum melle meo bibi vinum cum lacte meo. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* Descendi in ortum meum: ut viderem poma convallium: et inspicerem si floruissent vinee: et germinassent mala punica: revertere revertere sunamitis: revertere revertere: ut intueamur te. *ps̄.* Cantate (*ij.*) ℣ Maria virgo assumpta est ad ethereum thalamum. In quo rex regum stellato sedet solio. all'a. *Secundum lucam.*[3]

In illo tempore: Intravit Jesus in quoddam castellum: et mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Sermo ex commentario venerabilis bede presbyteri. Lectio vij.

Hec lectio superiori pulcherrima ratione connectitur quia videlicet illa[4] dilectionem

[1] omnibus: R.N.
[2] Quo: N.
[3] 'x.' add: S.
[4] illam: R.N.

Digitized by Google

dei et proximi verbis et[1] parabolis. hec autem ipsis rebus et veritate designat. Due quippe iste domino dilecte sorores: duas vitas spiritales quibus in presenti sancta exercetur ecclesia designant. *Re.* Ista est speciosa inter filias hierusalem sicut vidistis[2] eam plenam charitate et dilectione. In cubilibus et in ortis aromatum. ℣ Ista est que ascendit de deserto delitiis affluens. In cubilibus. *Lectio viij.*

Martha quidem actualem: qua proximo in charitate sociamur: maria vero contemplativam: qua dei amore suspiramus. Activa enim vita est: panem esurienti tribuere: verbo sapientie nescientem docere: errantem corrigere: ad humilitatis viam superbientem proximum revocare: infirmantis curam gererere[3]: que singulis quibusque expediant dispensare: et commissis nobis qualiter subsistere valeant providere. *Re.* Super salutem et omnem pulchritudinem dilecta es a domino: et regina celorum vocari digna es. Gaudent chori angelorum consortes et concives nostri. ℣ Valde eam nos oportet venerari que tam sancta et intacta est virgo. Gaudent chori. *Lectio ix.*

Contemplativa vero vita est: caritatem quidem dei et proximi tota mente retinere: sed ab exteriori actione quiescere: soli desiderio conditoris inherere: ut nihil jam agere libeat: sed calcatis curis omnibus ad videndam faciem creatoris sui animus inardescat. Ita ut jam noverit carnis corruptibilis pondus cum merore portare: totisque desideriis appetere illis hymnidicis angelorum choris interesse: admisceri celestibus civibus: de eterna in conspectu dei incorruptione gaudere. *Re.* Ad nutum domini nostrum ditantis honorem. Sicut spina rosam genuit judea mariam. ℣ Ut vitium virtus operiret gratia culpam. Sicut. Gloria patri. Sicut. *ps.* Te deum. ℣ Speciosa facta es. *In laudibus an.*

Assumpta est maria in celum gaudent angeli laudantes benedicunt dominum. *ps.* Dominus regnavit. *An.* Maria virgo assumpta est ad ethereum thalamum: in quo rex regum stellato sedet solio. *ps.* Jubilate. *An.* In odore[4] unguentorum tuorum currimus: adolescentule dilexerunt te nimis. *ps.* Deus deus meus. *An.* Benedicta[5] a filio tuo domina: quia per te fructum[6] vite communicavimus. *ps.* Benedicite. *An.* Pulchra es et decora filia hierusalem terribilis ut castrorum acies ordinata. *ps.* Laudate. *Cap.* In omnibus requiem. *Hym.*

O quam glorifica luce choruscas stirpis davitice regia proles sublimis residens virgo maria supra celigenas etheris omnes. *T*u cum virgineo mater honore angelorum domino pectoris aulam sacris visceribus casta parasti natus hinc deus est corpore Christus. *Q*uem cunctus venerans orbis adorat: cui nunc rite genu flectitur omne: a quo nos petimus te veniente abjectis

[1] 'et' om.: N. [2] vidisti: N. [3] gerere.: R.N.S.
[4] odorem: N.S. [5] 'es' add: R.N. [6] fructui: R.

Digitized by Google

tenebris gaudia lucis. *H*oc largire pater luminis omnis natum per proprium flamine sacro qui tecum nitida vivit in ethera regnans ac moderans secula cuncta. amen. ℣ Elegit eam. *In evange. añ.* Que est ista que ascendit sicut aurora consurgens pulchra ut luna electa ut sol: terribilis ut castrorum acies ordinata. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.*

Veneranda nobis domine hujus diei festivitas opem conferat sempiternam: in qua sancta dei genitrix mortem subiit temporalem nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: que filium tuum dominum nostrum de se genuit incarnatum. Qui tecum vivit et regnat. *Ad primam añ.* Assumpta est. *ps̄.* Deus in nomine tuo. *Añ.* Gratias. *ps̄.* Quicunque vult. *Re.* Jesu Christe *cum* all'a. ℣ Qui de virgine *etc. Ad tertiam añ.* Maria virgo. *ps̄.* Legem pone. *Cap.* In omnibus requiem. *Re.* Exaltata est sancta dei genitrix. all'a all'a. ℣ Super choros angelorum ad celestia regna. All'a all'a. Gloria patri. Exaltata. ℣ Assumpta est. *Oratio.* Veneranda. *Ad sextam añ.* In odorem. *ps̄.* Defecit. *Cap.*

Et sic in syon firmata sum: et in civitate sanctificata similiter requievi: et in hierusalem potestas mea. *Re.* Assumpta est maria in celum all'a all'a. ℣ Gaudent angeli laudantes benedicunt dominum. All'a. all'a. Gloria patri. Assumpta. ℣ Maria virgo. *Oratio.* Veneranda. *Ad nonam añ.* Pulchra es. *ps̄.* Mirabilia. *Capitulum.*

Et radicavi in populo honorificato et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine sanctorum detentio mea.[1] *Re.* Maria virgo assumpta est ad ethereum thalamum all'a alla. ℣ In quo rex regum stellato sedet solio All'a all'a. Gloria patri. Maria. ℣ Elegit. *Oratio* Veneranda. *Ad vesperas antiphone de laudibus cum psalmis de domina. Cap.* In omnibus requiem. *Re.* Ad nutum. *Hymnus* O quam glorifica. ℣ Exaltata est. *In evan. añ.* Hodie maria virgo celos ascendit: gaudete quia cum Christo regnat in eternum. *ps̄.* Magnificat. *Oro.* Veneranda. *Ad completorium ut supra.*

¶ *Si dies dominicus infra istas octavas evenerit: totum fiet de domina: et non omittatur propter inceptionem hystorie. Et de festis trium lectionum tantum fiet memoria sive dominica fuerit sive non. Idem fiat de festis sanctorum trium lectionum infra octavas nativitatis beate marie virginis. excepta die exaltationis: in qua solenniter agitur de cruce. Et medie lectiones de martyribus et memoria de domina.*

¶ *Quotidie infra octavas nisi in dominica: hoc modo dicatur servitium. Ad matu. Invita.* In honore beatissime marie virginis Jubilemus domino. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Ave maris stella. *In nocturno añ.* Ecce tu pulchra. *ps̄.* Domine dominus noster. *Et ceteri psalmi ut in die: sub hac antiphona.* ℣ Exaltata est. *Lec. prima.*

Hodie nanque gloriosa semper virgo maria

[1] 'Deo gratias' add: R.

Digitized by Google

celos ascendit: rogo gaudete: quia ut ita fatear: ineffabiliter cum Christo sublimata regnat in eternum. Regina mundi hodie de terris et de presenti seculo nequam eripitur. Iterum dico gaudete: quia secura de immarcessibili gloria ad celi jam pervenit palatium. *Re.* Vidi speciosam. *Et cetera de prima turba. secundo die responsoria de secunda turba. tertio die*[1] *de tertia turba. Re.* O decus. *tantum in dominica infra.* *Lectio ij.*

Exultate inquam ac gaudete: et letetur omnis orbis: quia hodie omnibus nobis intervenientibus ejus meritis salus aucta est. Vobis quoque diligentibus eam honor et virtus: una cum reliquis virginibus sacris amplior prestatur et gratia. Idcirco dilectissime laudate et letamini: quia si deum ore prophetico in sanctis suis. laudare jubemur[2]: multo magis eum in hac celebritate virginis matris oportet cum hymnis et canticis diligentius extollere: et dignis deo jubilare preconiis: ac misticis honorare muneribus. *Re.* Sicut cedrus. *Lectio iij.*

Nulli dubium quin totum ad gloriam laudis dei pertineat: quicquid digne genitrici sue impensum ac solenniter fuerit exhibitum. Ex quo timeo satis et valde pertimesco: dum vestris cupio parere profectibus: ne forte sicut improbus ita et indignus laudator inveniar: profecto cum nec sanctitas vel facundia suppetet: ut beatam et gloriosam virginem digne laudare queam. Quoniam ut verum fatear: quicquid humanis dici potest verbis: minus est a laude dei: qua divinis est et angelicis excellentius predicata et laudata preconiis. *Re.* Felix nanque. *Et responsoria de prima turba secunda et tertia ordinatim iterentur. ps̄.* Te deum. ℣ Speciosa. ¶ *In laudibus hec sola añ.* Assumpta est. *ps̄.* Dominus regnavit. *ps̄.* Jubilate. *etc.*[3] *Cap.* In omnibus. *Hymnus* O quam glorifica. ℣ Elegit. *In evange. añ.* Sub tuam protectionem confugimus: ubi infirmi acceperunt virtutem: et propter hoc tibi psallimus dei genitrix virgo. *ps̄.* Benedictus. *Oratio* Veneranda. ¶ *Memoria de sancto laurentio. Ad primam añ.* Maria. *ps̄.* Deus in nomine. *Re.* Jesu Christe *cum* alleluia. ℣ Qui de virgine *ut supra. Ad tertiam añ.* In odorem. *ps̄.* Legem pone. *Cap.* In omnibus. *Re.* Exaltata est. *Oratio.* Veneranda. *Ad sextam añ.* Benedicta. *ps̄.* Defecit. *Cap.* Et sic in syon. *Re.* Assumpta. *Oratio ut supra. Ad nonam añ.* Pulchra es. *ps̄.* Mirabilia. *Cap.* Et radicavi. *Re.* Maria virgo. *Oratio ut supra. Ad vesperas.*[4] Assumpta est. *ps̄.* Dixit dominus. *et ceteri psalmi ut in die ad vesperas sub hac antiphona. Cap.* In omnibus. *Hymnus* O quam glorifica. ℣ Exaltata est. *In evange. añ.* Speciosa facta es et suavis in deliciis virginitatis sancta dei genitrix: quam videntes filie syon vernantem in floribus rosarum:

[1] '*die*' *om.: N.*
[2] jubemus: S.
[3] *Pro verbis a 'ps̄.' usque ad 'etc.' et ceteri psalmi: N.*
[4] '*Añ.*' *add: R.N.S.*

Digitized by Google

et liliis convallium beatissimam predicaverunt: et regine laudaverunt eam. *ps.* Magnificat. *Oratio.* Veneranda.

¶ *In octava sancti Laurentii fiet totum servitium de assumptione et tantum*[1] *memoria de sancto laurentio sive in dominica evenerit sive de alio.*[2] *An.* Beatus laurentius dum in craticula. ℣ Dispersit dedit. *Oratio.*

Beati laurentii nos faciat[3] domine passio veneranda letantes: et ut eam sufficienter recolamus efficiat promptiores. per dominum.

¶ *Tertio die infra octavas. Lec. prima.*

Igitur quod natura non habuit: usus nescivit: ignoravit ratio: mens non capit humana pavet celum: stupet terra: creatura et omnis miratur celestis: hoc totum est quod per gabrielem marie divinitus nunciatur: et per Christum adimpletur. Qua de causa de tali tantaque loqui me indignum fateor. *Re.* Veni electa. *L. ij.*

Sed et puto: quia nemo est[4] qui presumat: nisi qui tanta[5] sint que panduntur penitus ignorat. Tamen et si ad hec nemo idoneus invenitur: votis omnibus cessare non debet quilibet etiam peccator a laudibus quamvis non queat explere quid sentit.[6] *Re.* Que est ista. *Lectio iij.*

Unde sermo divinus cum de peccatore ageret in psalmis. Sacrificium inquit laudis honorificabit me: et illic iter quo ostendam illi salutare dei. Ac si patenter dicat. Illic est iter laudis ad eternam laudem sine fine mansuram. Sed nemo apprehendet illud nisi ego premonstravero. *Re.* Stirps jesse. *In evange. an.* Sancta maria succurre miseris: juva pusillanimes: refove flebiles: ora pro populo: interveni pro clero: intercede pro devoto femineo sexu. *ps.* Benedictus. *Oratio.* Veneranda. *Memoria de sancto laurentio. An.* In craticula. ℣ Dispersit. *Oratio.* Beati laurentii. *Ad horas ut supra. Ad vesperas in evang. an.* Ibo mihi ad montem myrre et ad colles lybani et loquar sponse mee: tota speciosa es proxima mea et macula non est in te: veni a lybano: sponsa: veni a lybano: veni[7] venies et transibis ad montem seyr et hermon a cubilibus leonum a montibus leopardorum alleluia. *ps.* Magnificat *cum memoria de sancto agapito martyre. An.* Hic est vere. ℣ Gloria et honore. *Oratio.*

Letetur ecclesia tua deus beati agapiti martyris tui confisa suffragiis atque ejus precibus gloriosis et devota tibi permaneat et secura consistat. per dominum.

¶ *Quarto die. Lectio prima.*

Propterea fratres charissimi: quia iter salutis nostre in laudibus est salvatoris: hortor vos: et commoneo in hac sacra solennitate dei genitricis marie nolite cessare a laudibus. Quod si virgo es: gaude quia et meruisti esse et tu quod laudas. *Responsoria secundum ordinem supra dictum. Lectio ij.*

[1] *pro 'et tantum' cum: S.*
[2] *'die' add: S.*
[3] 'faciat' om.: S.
[4] 'est' om.: S.
[5] quanta: R.N.
[6] pro 'quid sentit' quod sentitur: S.
[7] 'veni' om.: S.

Digitized by Google

Tantum cura: ut sis que digne laudare possis. Quod si continens et casta: venerare et lauda: quia non aliunde constat ut possis esse casta quam ex gratia Christi: que fuit plenissime in maria: quam laudas. Quod si conjugata certe aut peccatrix: nihilominus confitere et lauda: quoniam inde misericordia omnibus profluxit et gratia ut laudent. *Lectio iij.*

Et quamvis non fit[1] speciosa laus in ore peccatoris: noli cessare: quia inde tibi promittitur venia: unde et omnibus ut laudes. Alioquin nisi juxta modum ingenii nostri deum laudare in sanctis suis studeamus: quomodo eum secundum quod canimus juxta multitudinem magnitudinis sue laudare poterimus. *In evangelio añ.* Sancta maria non est tibi similis orta in mundo in mulieribus: florens ut rosa: fragrans sicut lilium: ora pro nobis sancta dei genitrix. *ps̄.* Benedictus. *Memoria de sancto agapito. Añ.* Nisi granum. *Oratio ut supra. Ad vesperas. In evang. añ.* Quam pulchra es et quam decora charissima in deliciis statura tua assimilata est palme et ubera tua botris: caput tuum ut carmelus collum tuum sicut turris eburnea veni dilecte mi egrediamur in agrum: et videamus si flores fructus parturierint si floruerint mala punica ibi dabo tibi ubera mea. *ps̄.* Magnificat. *Memoria de sancto magno martyre.*[2] Hic est vere. ℣ Gloria et honore. *Oratio.*

Adesto domine supplicationibus nostris: et intercedente beato magno martyre tuo: ab hostium nos defende propiciatus incursu. per dominum.

¶ *Quinto die.* *Lectio prima.*

Rursum omnes pariter festivitatem gloriose semper virginis marie devotissime celebremus: quia hec[3] dies preclara: in qua meruit exaltari super choros angelorum: et pervenire ultra quam nostre humanitatis est natura. Ubi non substantia tollitur: sed glorie magnitudo monstratur: cum elevatur in dexteram patris: ubi introivit Christus pontifex factus in eternum ad celi palatium. *Responsoria secundum ordinem.* *Lectio ij.*

Hec est inquam dies: in qua usque ad throni celsitudinem intemerata mater Christi et virgo processit: atque in regni solio sublimata post Christum gloriosa resedit. Sic utique ubique confidenter dei ecclesia sancta canit: quod de nullo alio sanctorum phas[4] est credere: ut ultra angelorum vel archangelorum merita transcenderit: quia etiam simili modo[5] repromittitur sanctis: veritas non[6] negatur. *Lectio iij.*

Hoc quippe privilegium non nature est: sed gratie beate virginis[7]: de qua natus est ipse deus et homo. Idcirco et ipsa plus est meritis: et non natura: quam virgo et homo. Unde et si cetere virgines imitantur illam usque ad conceptum partus: et[8] gabrielis nove salutationis

[1] sit: R.S. [2] '*Añ.*' *add: R.N.S.* [3] 'est' add: R.
[4] fas: R.N. [5] pro 'etiam simi. mo.' et si similitudo: R.N.
[6] 'non' om.: R.N. [7] 'marie' add: R.S. [8] 'et' om.: N.

Digitized by Google

obsequium: deinceps totum divinum est quod operatur in ea: teste angelo: quia spiritusancto: et virtute altissimi obumbratur. *In evangel. añ.* Felix namque. *ut in primis vesperis. ps̄.* Magnificat.[1] *Memória de sancto magno martyre. Oratio*[2] *ut supra.*[3] *In evange. añ.* Ave regina celorum: ave domina angelorum: salve radix sancta: ex qua mundo lux est orta: gaude gloriosa: super omnes speciosa: vale valde decora: et pro nobis semper Christum exora. *ps̄.* Magnificat. *Oratio ut in die.*

¶ *Sexto die.* *Lectio prima.*

Hec est enim presentis diei festivitas: in qua gloriosa et felix ad ethereum pervenit thalamum. Que profecto festivitas: sicuti et virgo incomparabilis ceteris virginibus: ita incomparabilis est omnium sanctorum festivitatibus: et admiranda etiam[4] virtutibus angelicis. *Responsoria ut supra notantur.*

Propter quod in persona [*L. ij.* supernorum civium: in ejus ascensione admirans spiritussanctus ait in canticis: Que est ista: que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex[5] aromatibus? Et bene quasi virgula fumi: quia gracilis et delicata: quia divinis extenuata disciplinis: et concremata intus in holocaustum: incendio pii amoris: et desiderio charitatis. *Lectio iij.*

Ascendebat autem de deserto presentis seculi virga de radice jesse exorta. Sed mirabantur anime electorum pre gaudio quenam esset: que[6] etiam meritorum virtutibus angelorum vinceret dignitatem. De qua rursus idem spiritussanctus in eisdem canticis. Que est ista que ascendit inquit quasi aurora consurgens? Pulchra ut luna: electa ut sol: terribilis ut castrorum acies ordinata. *In evange. añ.* Virgo prudentissima. *ps̄.* Benedictus. *Ad vesperas. In evangel. añ.* Alma redemptoris mater: que pervia celi porta manens: et stella maris: succurre cadenti surgere qui curat populo: tu que genuisti natura mirante tuum sanctum genitorem: virgo prius ac posterius gabrielis ab ore sumens illud ave peccatorum miserere. *ps̄.* Magnificat.

¶ *Septimo die. In evange. añ.* Anima mea. *ps̄.* Benedictus. *Alie antiphone.* Beata mater et innupta virgo gloriosa regina mundi intercede pro nobis ad dominum. *Añ.* In prole mater: in partu virgo: gaude et letare virgo mater domini. *Añ.* Sancta dei genitrix virgo semper maria intercede pro nobis ad dominum deum nostrum. *Sed iste antiphone non dicuntur infra istas octavas.*

¶ *Dominica infra octavas assumptionis.*

Ad vesperas añ. Assumpta est. *et cetere antiphone sequentes cum psalmis de domina. Cap.* In omnibus requiem. *Hymnus.* O quam glorifica. ℣ Exaltata est. *Ad psalmos* Magnificat *et* Benedictus *antiphona quecunque juxta*

[1] pro 'magnif.' Benedictus: R.N.S.
[2] '*Oratio*' *om.*: *S.*
[3] '*ad vesperas*' *add*: *R.*
[4] 'etiam' om.: N.
[5] pro 'ex' et: S.
[6] 'que' om.: S.

Digitized by Google

ordinem prescriptum occurrerit. Oratio. Veneranda. *Ad matuti. Invita.* Venite adoremus. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Ave maris stella. *In noc. an̄.* Ecce tu pulchra. *ps̄.* Domine dominus noster. *et cetere antiphone et psalmi et versiculi sicut in die festi. Sex prime lectiones de sermone beati hieronymi.*[1] *Lec. j.*

Profecto charissimi ad exequias beate virginis marie famulabantur angeli: et universe celorum congratulabantur curie. Nec mirum quia honor maternus[2] est: qui est natus ex ea: quem omnis cetum[3] ordo veneratur et adorat super se elevatum cum patre in sede majestatis domini. *Re.* Vidi speciosam. [*L. ij.*

Legimus ergo quamsepe ad funera et ad sepulturas[4] quorunlibet sanctorum advenisse angelos: et ad exequias eorum obsequia prestitisse: necnon et animas electorum usque ad celos cum hymnis et laudibus detulisse: ubi et utriusque sexus chori commemorantur frequenter auditi laudes cecinisse. *Re.* Sicut cedrus. *Lectio iij.*

Quod si salvator noster Christus talia ac[5] tanta dignatus est exhibere per suos celi ministros circa defunctos: quanto magis credendum hodierna die militiam celorum cum sanctis suis agminibus festive obviam advenisse genitrici dei: eamque[6] ingenti lumine circumfulsisse: et usque ad thronum olim sibi et ante mundi constitutionem paratum cum laudibus et canticis spiritalibus perduxisse. *Re.* O decus virginitatis virgo maria: sola mater innupta: virgo ante partum: virgo in partu: virgo post partum. Mater Christi: templum dei: domini sponsa: mundi domina: et celi regina. ℣ Virginum gemma: marisque stella prefulgens: exaudi preces servorum tuorum. Mater. Gloria. Mater. *Lectio iiij.*

Nulli dubium omnem jam celestem hierusalem tunc exultasse ineffabili leticia: tunc jocundatam esse inestimabili charitate: tuncque cum omni gratulatione jubilasse: quoniam festivitas hec que[7] nobis revolvitur hodie annua: illis omnibus facta est continua. Nec immerito. Creditur enim quod salvator omnium ipse quantum datur intelligi per se totus festivus occurrit: et cum gaudio eam secum in throno collocavit. *Re.* Veni electa. *Lectio v.*

Alias autem quomodo implevisse[8] creditur: quod in lege ipse precepit. Honora inquit patrem tuum: et matrem tuam. Porro quod patrem honoraverit: ipse sibi testis est: cum ad judeos ait Ego gloriam meam non quero: est qui querat et judicet. Sed ego honorifico patrem meum: et vos inhonorastis me. *Re.* Que est ista. *Lect. vj.*

De matre vero evangelista ait: cum redirent veniens nazareth et erat subditus illis. Sed alia est natura qua deus.

[1] '*presbyteri*' *add: S.*
[2] 'ejus' add: R.N.S.
[3] pro 'cetum' celorum: R.N.S.
[4] sepulturam: R.S.
[5] 'ac' om.: R.S.
[6] 'que' om.: R.N.S.
[7] pro 'que' quo: R.
[8] inplevisse: R.

Digitized by Google

pater secundum se honoratur: alia qua idem parentibus subditur. In utraque tamen unus idemque Christus recte creditur: eo quod verbum caro factum est: et habitavit in nobis: unus emanuel[1]: quod est nobiscum deus. *Re.* Stirps jesse. *Secundum*

In illo tempore: In- [*lucam.*[2] travit Jesus in quoddam castellum: et mulier quedam marthe nomine: excepit illum in domum suam. Et reliqua. *Omelia beati augustini episcopi de eadem lectione.* *Lectio vij.*

Sanctum evangelium cum legeretur: audivimus a femina religiosa susceptum esse dominum hospitio ab ea que martha vocabatur. Et cum ipsa esset occupata in cura ministrandi: soror ejus maria sedebat ad pedes domini: et audiebat verbum illius. Laborabat illa: vacabat ista. Illa erogabat hec implebat. *Re.* Ista est. *Lec. viij.*

Veruntamen martha laborans multum in illa occupatione et negocio ministrandi: interpellavit dominum: et de sorore sua conquesta est: quod eam laborantem non adjuvaret. Dominus autem pro maria respondit marthe: et ipse ejus factus est advocatus: qui judex fuerat interpellatus. Martha inquit circa multa es occupata: quando unum est necessarium. Maria meliorem partem elegit: que non auferetur ab ea. *Re.* Super salutem. *Lectio ix.*

Audiamus ergo et interpellationem interpellantis et sententiam judicis. Que sentencia interpellanti respondit: suspectam defendit. Erat enim maria intenta dulcedini verbi domini. Intenta erat martha quomodo pasceret dominum: intenta maria quomodo pasceretur a domino. A martha convivium domino parabatur: in cujus convivio jam maria jocundabatur. *Re.* Ad nutum. *ps̄.* Te deum. *In evangelio antiphona super psalmum* Benedictus *quecunque juxta ordinem occurrerit. Cetera ad matutinas et ad horas: sicut in die.*

¶ *In octava assumptionis ad vesperas. an̄.* Assumpta est. *Et cetere antiphone sequentes cum psalmis de domina. Cap.* In omnibus requiem. *Hymnus.* O quam glorifica. ℣ Exaltata. *In evange. an̄.* Tota pulchra. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Famulorum tuorum quesumus domine delictis ignosce: ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus genitricis filii tui domini dei nostri intercessione salvemur. per eundem dominum.

¶ *Memoria de martyribus. an̄.* Gaudent in celis. ℣ Exultent.

Auxilium tuum nobis [*Or̄o.* domine quesumus placatus impende: et intercedentibus sanctis martyribus tuis tymotheo et symphoriano dexteram super nos tue propiciationis extende. per dominum. *Ad matu. Invita.* Venite adoremus. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Ave maris stella dei mater. *In primo nocturno an̄.* Exaltata est sancta dei genitrix super choros angelorum ad celestia regna. *ps̄.* Domine

[1] emmanuel: S.

[2] '*x.*' *add: S.*

Digitized by Google

dominus noster. *Añ.* Paradisi janue per te nobis aperte sunt: quas hodie gloriosa cum angelis triumphas. *ps̄.* Celi enarrant. *Añ.* Sicut myrrha electa odorem dedisti suavitatis sancta dei genitrix. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Exaltata. *Sermo beati hieronymi.* *Lectio prima.*

Hodie dilectissime beata virgo maria elevatur super choros angelorum ut possit speciem vultumque videre salvatoris: quem amaverat: quem cupierat ex toto desiderio cordis. Recte vero credimus: quod beata dei genitrix et martyr et virgo fuit: quamvis in pace vitam finierit. Hinc quoque quod vere passa sit: symeon propheta loquens ad eam: et tuam inquit ipsius animam pertransibit gladius. *Re.* Vidi speciosam. *Lectio ij.*

Ex quo constat: quod alii namque sancti et passi sunt in carne pro Christo: tamen in anima quia immortalis est pati non potuerunt. Beata vero dei genitrix quia in ea parte passa est: que impassibilis habetur: ideo ut ita fatear quia spiritaliter et atrocius passa est gladio passionis Christi plusquam martyr fuit. *Re.* Sicut cedrus. *Lec. iij.*

Unde constat quia plus omnibus dilexit: propterea et plus doluit: intantum ut animam ejus totam pertransiret et possideret vis doloris: ad testimonium eximie dilectionis. Que quia mente passa est: plusquam martyr fuit. Idcirco dilectissime amate quam colitis: et amatis: si imitari velitis de toto corde quam laudatis. *Re.* Felix nanque.

¶ *Si iste octave in dominica occurrerint. Re.* O deus. *dicatur. In ij. noc. añ.* Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. *ps̄.* Eructavit. *Añ.* Adjuvabit eam deus vultu suo: deus in medio ejus non commovebitur. *ps̄.* Deus noster refugium. *Añ.* Sicut letantium omnium nostrum habitatio est in te sancta dei genitrix. *ps̄.* Fundamenta. ℣ Exultent justi. *Medie lectiones de martyribus.* *Lectio iiij.*

Cum adversum christianum nomen dire persecutionis procella ingrueret: judex iraclius dixit: Symphorianus publici criminis reus: quia diis nostris irrogavit injurias: gladio feriatur. Sicque data sententia: dum vir beatus duceretur ad victimam: venerabilis mater sua de muro clamavit: ad illum dicens: Nate nate symphoriane: sursum corda suspende: et aspice illum qui regnat in celis: quia hodie vita tibi non tollitur: sed mutatur. *Re.* Absterget deus. *Lec. v.*

Cesset ergo timor tuus: quia si perduraveris hodie nate: ad supernam nobilitatem felici commutatione migrabis. Sanctus igitur symphorianus extra murum ductus: et a persecutore suo prostratus: purpurei sanguinis sui unda perfusus: et a religiosis inde latenter sublatus: sic jam martyr ad fontem extra publicum campum est delatus. *Re.* Viri sancti. *Lectio vj.*

Ibi igitur in parva cellula sepultus semper se publicavit virtutibus. Ut per miracula et sanitatum dona in honore maximo haberetur illis temporibus.

Digitized by Google

Hac etiam die beatus tymotheus ab antiochia veniens romam: a romane urbis prefecto tentus est: et longa carceris custodia maceratus. Cumque sacrificare idolis noluisset: tertio cesus: et gravissimis suppliciis attrectatus est. et ad ultimum decollatus transivit ad gloriam sempiternam per martyrii coronam. *Re.* Justorum anime. *In iij. noct. añ.* Gaude maria virgo: cunctas hereses sola interemisti in universo mundo. *ps̄.* Cantate. (*j.*) *Añ.* Dignare me laudare te virgo sacrata: da mihi virtutem contra hostes tuos. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* Post partum virgo inviolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. *ps̄.* Cantate (*ij.*) ℣ Maria virgo. *Secundum Lucam.*[1]

In illo tempore: Intravit Jesus in quoddam castellum: et mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam. Et reliqua.

¶ *Sermo beati anselmi. Lec. vij.*

In scriptura sacra res[2] una et[3] eadem multotiens invenitur diversa signare: sicut leo: hedus et alia multa. Est enim leo de tribu juda: est leo qui circuit querens quem devoret. Est hedus emissarius: qui peccata nostra portavit: est hedus a sinistris: qui damnatur. *Re.* Ista est. *Lectio viij.*

Licet ergo castellum alias malum significet: ut illud de quo dicitur Ite in castellum: ubi additur: quod contra vos est: plane manifestans quid significet. tamen hic castellum in quo intravit Jesus singularem et intemeratam virginem ejusdem Jesu genitricem: salva scripturarum regula: per similitudinem accipimus. *Re.* Super salutem. *Lectio ix.*

Castellum enim dicitur quelibet turris: et murus in circuitu ejus. Hujusmodi castello non incongrue virgo maria assimilatur: quoniam virginitas mentis et corporis quasi murus ita undique[4] vallavit: ut nullus unquam ad eam[5] libidinis esset accessus nec sensus ejus aliqua corrumpetur[6] illecebra. Est in eadem virgine turris humilitatis: que a muro virginitatis omnem repellit superbiam. *Re.* Ad nutum. *ps̄.* Te deum. ℣ Speciosa. *In laudibus añ.* Assumpta est. *ps̄.* Dominus regnavit. *et cetere antiphone sequentes. Cap.* In omnibus requiem. *Hymnus.* O quam glorifica. ℣ Elegit.[7] *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Famulorum. ¶ *Memoria de martyribus. Ad horas sicut in die festi: cum oratione* Famulorum. *Ad vesperas añ.* Assumpta est. *et cetere añe. sequentes: cum psalmis de domina. Cap.* In omnibus requiem. *hy.* O quam glorifica. ℣ Exaltata. *In evang. añ.* Ascendit Christus. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Famulorum.

¶ *Si autem octave assumptionis beate marie vel nativitatis ejusdem die sabbati evenerint: secunde vespere omnino erunt de*

[1] '*x.*' *add: S.*
[2] res sacra: R.S.
[3] 'et' om.: S.
[4] 'eam' add: R.N.S.
[5] 'ad eam' om.: R.S.
[6] corrumperentur: N. corrumperetur: R.S.
[7] '*In evang. añ.* Que est ista' add: R.N.S.

Digitized by Google

domina: cum memoria de dominica. ¶ *Item vacante die sabbati a festo ix. lectionum post octavas assumptionis vel nativitatis dicetur de domina: ne amittat jus diei sibi specialiter assignati: nisi per vigiliam vel quatuor tempora impediatur.*

¶ *In vigilia sancti bartholomei matutine et hore cantentur de feria. Ad vesperas. añ.* Vos qui reliquistis. *et cetere antiphone cum psalmis ferialibus. Cap.* Non vos. *Re.* Qui sunt. *Hymnus.*

Bartholomee celi sydus aureum milies supra solis jubar radians: erige mentes nostras polo turbidas egrasque nostras sana conscientias. *Hymnus.* Annue Christe. *Cetera ad vesperas de communi apostolorum.* ¶ *Memoria de sancto audoeno. añ.* Confessor domini. ℣ Amavit.

Deus qui perhennem [*Oratio.* gloriam sanctissimi confessoris tui atque pontificis audoeni anime contulisti: tribue quesumus ejus nos apud te ita patrociniis sublimari: ut cum eo vitam possideamus eternam per dominum. *Lectio j.*

In diebus illis: ingressus est bartholomeus apostolus templum indie: in quo erat idolum astaroth: et quasi peregrinus ibi manere cepit. In hoc autem idolo demon talis erat: qui diceret se curare languentes: cecos illuminare: sed hos sine dubio quos ipse ledebat.[1] Erant enim sine deo vero: et necesse erat ut a deo falso ludificarentur. *Lectio ij.*

Unde factum est ut sancto bartholomeo apostolo ibi manente: nulla responsa daret astaroth: et nulli poterat ex his quos leserat subvenire. Cum autem plenum esset de languentibus templum: et nullum posset dare demon responsum: perrexerunt ad aliam civitatem: ubi aliud demonium colebatur: cui nomen erat berith: et ceperunt inquirere: cur deus eorum astaroth non eis daret responsa. *Lectio iij.*

Dixit eis berith. Deus vester igneis cathenis sic religatus est: ut neque suspirare audeat nec loqui: ex illa hora qua ibi apostolus dei bartholomeus ingressus est. Cumque interrogarent: quis esset iste bartholomeus: respondit berith. Amicus est dei omnipotentis: et[2] ideo venit in istam provinciam: ut omnia idola que colunt indi evacuet. Dixerunt vero ad berith. Dic nobis signa hujus bartholomei. Respondit berith. Capillo capitis nigro et crispo caro candida: oculi grandes: nares equales et[3] directe: aures cooperte crine capitis: barba prolixa paucos habens canos: statura equalis[4]: que nec longa possit nec brevis adverti. *L. iiij.*

Vestitur pallio albo: et habens per singulos angulos gemmas purpureas: viginti et sex annis nunquam sordidantur vestimenta ejus nec veterascunt. Centies per diem flexis genibus: centies per noctem orat[5] deum. Vox enim ejus quasi tuba vehemens est. Ambulant cum eo

[1] 'curare non poterat' add: R.N.S.
[2] 'et' om.: R.N.S.
[3] 'et' om.: N.
[4] qualis: N.
[5] orabat: N.

Digitized by Google

angeli dei: qui non permittunt eum fatigari nec esurire. Omni hora letus et hylaris permanet. Omnia novit: lingua omnium gentium loquitur et intelligit. *Lectio v.*

Cum autem cultores idoli apostolum quererent: et per duos dies non invenirent: quidam demonio plenus clamavit dicens Apostole dei bartholomee: incendunt me orationes tue. Dixit ei apostolus. Obmutesce et[1] exi ab eo: et statim liberatus est homo. Cunque rex polimius hec audisset: misit ad eam filiam suam lunaticam: quam apostolus statim sanavit. Tunc ipse polimius cum uxore et filiis et omni populo suo baptizatus est: et cepit apostolo adherere. *Lectio vj.*

Pontifices vero templorum abierunt ad astrigem[2] regem fratrem pollemii regis majorem: et dixerunt ei. Frater tuus discipulus factus est illius magi: qui templa nostra et deos nostros destruxit. Tunc rex astriges indignatus misit mille viros armatos cum pontificibus ut vinctum apostolum perducerent ad illum. Quod cum fecissent: dixit ei astriges rex. Tu es bartholomeus: qui evertisti fratrem meum. Apostolus respondit: Non everti eum sed converti. *Septima lectio tantum de expositione evangelii secundum lucam.* Facta est contentio. *Omelia ut in communi. Lec. viij.*

Dixit autem rex astriges bartholomeo. Sicut tu fecisti fratrem meum relinquere deum suum: ita faciam te relinquere deum tuum. Respondit ei apostolus. Ego enim deum quem frater tuus colebat religatum teneo: et ipsum feci ut frangeret simulachrum suum: si hoc poteris[3] facere deo meo: poteris[3] me ad ejus sacrificium revocare. Hec cum dixisset nunciatum est regi: quod deus ejus baldach cecidisset: et minutatim abiisset. Tunc scidit[4] rex purpuream vestem qua indutus erat et fecit fustibus cedi apostolum: et cesum decollari.[5] *Lectio ix.*

Venientes vero populi duodecim civitatum: qui per eum crediderunt: una cum rege polimio[6] abstulerunt corpus ejus: et struxerunt[7] ei basilicam: et in ea posuerunt corpus ejus. Tricesimo vero die depositionis ejus arreptus a demonio astriges rex et omnes pontifices pleni demonibus venerunt ad tumulum sancti apostoli confitentes apostolatum ejus: et sic mortui sunt. Omnes vero increduli pavore excussi crediderunt et baptizati sunt. Rex vero polimius per revelationem sancti apostoli ordinatus est episcopus: et in nomine apostoli cepit multa signa facere. Fuit autem in episcopatu suo viginti annis: et perfectis omnibus atque compositis: migravit[8] ad dominum: cui est honor et gloria in secula seculorum amen. *ps.* Te deum. *Cetera ad matutinas et horas de communi apostolorum cum oratione subsequente. Oratio.*

[1] 'et' om.: N. [2] astiagem (passim): N. [3] poterit: R.N.S.
[4] incidit: R.N.S. [5] decolari: R. [6] polemio: R.S.
[7] construxerunt: R.N.S. [8] misit: N.

Digitized by Google

Omnipotens sempiterne deus: qui hujus diei venerandam sanctamque leticiam[1] beati apostoli tui bartholomei festivitate tribuisti: da ecclesie tue quesumus et amare quod credidit et predicare quod docuit. per dominum. *Memoria de sancto audoeno. Ad vesperas añ.* Juravit. *ps̄.* Dixit dominus domino. *Añ.* Collocet. *Et cetera de communi cum oratione* Omnipotens sempiterne deus. *ut supra. Memoria de sancta hilda. Añ.* Simile est regnum celorum sagene. ℣ Diffusa. *Oratio.* Omnipotens sempiterne deus. *ut in communi.*

¶ *Sancte Hilde virginis. Lec. j.*

Beata famula Christi hilda nobilis natu erat filia videlicet nepotis hetwini[2] regis nomine hererich. Cum quo etiam rege ad predicationem beati paulini primi northanhumbrorum episcopi fidem et sacramenta Christi suscepit. Que cum relicto habitu seculari illi soli servire decrevisset: secessit ad provinciam orientalium anglorum. Erat enim propinqua illius regis: desiderans exinde quomodo derelicta patria et omnibus quecunque habuerat galliam pervenire[3]: atque in monasterio scale peregrinam pro domino ducere[4] vitam. *Lectio ij.*

Nam et in eodem monasterio soror ipsius hererich fuit: mater aldulfi regis orientalium anglorum regularibus subdita disciplinis. Cujus emulata exemplum et ipsa proposito peregrinandi annum totum in provintia prefata retenta est. Deinde ab aidano episcopo in patriam revocata: accepit locum unius familie ad septentrionalem plagam tygri[5] fluminis: ubi anno uno monasticam vitam cum paucis sociis agebat. Post hec facta est abbatissa in monasterio quod vocatur heorthen. Cum ergo aliquot annos huic monasterio preesset: contigit etiam eam suscipere ordinandum monasterium in loco qui vocatur strenshale.[6] *Lectio iij.*

Cum autem illa multis annis huic monasterio preesset: placuit pio provisori salutis nostre ejus animam longa infirmitate carnis examinari. Percussa vero febribus per sex annos: eadem molestia non cessabat laborare. Septimo ergo anno sue infirmitatis ad diem pervenit ultimum: et circa gallicantum percepto viatico sacro sancte communionis: inter verba orationis et exhortationis leta mortem vidit: immo de morte transivit ad vitam: per eum qui vivit et regnat in secula seculorum amen. *Cetera de communi unius virginis non martyris.*

¶ *Sancti Rufi martyris. Oratio.*

Adesto domine supplicationibus nostris: ut beati rufi martyris tui intercessionibus confidentes: nec minis adversantium: nec ullo conturbemur incursu per dominum. *Lectio j.*

Regressus est igitur ab emilia ad ravennam beatus appollinaris[7]: rufus patricius adduci

[1] 'in' add: R.N.S. [2] hethwini: N. [3] perveniret: R.N.S. [4] duceret: R.N.S. [5] tigri: S. [6] strenihale: R.S. [7] appolinaris: R.S.

Digitized by Google

eum jussit ad domum suam: ut visitaret filiam suam infirmatam.[1] At ubi ingressus est domum cum clericis suis: statim defuncta est puella. Et descendentem increpabat eum rufus patricius dicens cum lachrymis. Atque utinam domum meam non introisses: dii enim magni indignati sunt: et noluerunt filiam meam salvare. *Lectio ij.*

Cui beatus appollinaris dixit. Fiducialiter age patrici. et jura mihi per salutem cesaris: quia permittes puellam sequi salvatorem suum: et modo cognosces virtutem domini nostri Jesu Christi. Respondit rufus patricius. Si videro eam stantem et loquentem laudabo nomen dei vivi: et non prohibeo[2] puellam sequi salvatorem suum. Tunc beatus appollinaris parumper orans respexit ad puellam et ait. Quid jaces? surge confitere salvatorem tuum. Que statim surrexit dicens. Magnus est deus quem predicat appollinaris:[3] non est alius preter eum. *Lectio iij.*

Baptizata est autem puella cum patre suo et matre et familia promiscui sexus anime trescente viginti quattuor: sed et[4] multi pagani crediderunt in Christum. Rufus patricius timens cesarem occulte diligebat beatum appollinarem. Filia ejus consecrata est Jesu Christo et permansit virgo. Idem vero rufus patricius post aliquod tempus in capuana civitate sexto kalendas septembris pro Christi nomine sumpsit martyrium ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius martyris cum oratione* Adesto. *ut supra.*

¶ *Sancti Augustini episcopi et doctoris.*

Ad vesperas añ. Amavit. *Et cetere añe cum psalmis ferialibus. Cap.* Ecce sacerdos. *Re.* Miles Christi. *Hymnus* Iste confessor. ℣ Amavit. *In evang. añ.* Confessor domini. *ps.* Magnificat.

Adesto supplicationibus [*Oro.* nostris omnipotens deus: et quibus fiduciam sperande pietatis indulges: intercedente beato Augustino confessore tuo atque pontifice consuete misericordie tribue benignus effectum. per dominum. *Memoria de sancto hermete. Añ.* Hic est vere. ℣ Gloria et honore. *Oratio.*

Deus qui beatum hermetem martyrem tuum virtute constantie in passione roborasti: ex ejus nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere: et nulla ejus adversa formidare. per dominum. *Lec. j.*

Igitur beatus augustinus ex provincia affricana civitate thagathensi ortus erat ac nutritus: omnibusque liberalibus literis eruditus. Ipse etiam consequenti tempore ad mediolanum pervenit civitatem: ubi a beato ambrosio ejusdem civitatis episcopo catholicam percepit doctrinam. Sicque percepta dei gratia ad affricam remeabat. Ibique triennio jejuniis et orationibus deo serviebat. *Lectio ij.*

Postea vero a valerio hyponensi episcopo presbyteratum

[1] infirmam: N.
[2] prohibebo: R.N.S.
[3] 'et' add: R.N.S.
[4] 'et' om.: R.N.S.

Digitized by Google

suscepit: et ab eodem episcopo potestate accepta: evangelium publice contra consuetudinem affricane ecclesie predicavit. Transacto igitur tempore: supradictus valerius episcopus secretis literis apud primatem episcopum carthaginensium[1] impetrabat: ut idem augustinus se vivente hyponensi ecclesie ordinaretur episcopus. *Lectio iij.*

Cunque supradictus valerius publice suam populo insinuaret voluntatem: sanctus augustinus tale omnibus audientibus responsum dedisse fertur. Ego nullo modo episcopatum suscipere contra morem affricane ecclesie volo: vivente nostro episcopo. Cunque ille ab omnibus pene episcopis affricane suaderetur: ut episcopatum susciperet: petitioni eorum succubuit: ordinationemque suscepit. *L. iiij.*

Postquam igitur sanctus augustinus episcopus factus esset[2]: debellabat hereticos armis salutaris doctrine. Ipse enim columna catholice fidei robustissima tuba celestis: vas eloquentie: thesaurus scientie: defensor ecclesie: hereticorum propugnator: sancte trinitatis verus amator. Vestes ejus et[3] calciamenta: et lectualia ex moderato et competenti habitu erant: non nitida nimium: nec abjecta plurimum. *Lectio v.*

Beatus vero augustinus mensa usus est frugali et parca: que[4] quidem inter olera et legumina etiam aliquando carnes propter hospites sumebat. Vinum semper habebat: quia noverat ut apostolus ait quam omnis creatura dei bona est: et nihil abjiciendum: quod cum gratiarum actione percipitur. Hospitalitatem semper exhibebat: et in sua mensa lectionem magis quam epulationem vel potationem diligebat. *Re.* Iste est qui ante deum. *Lectio vj.*

Iste etiam quam utiliter desudaverat in ecclesia: mille fortissima a se condita approbant volumina. De ejus quoque industria beatus isidorus ita scribit: Omnium enim qui plures ediderunt libros: augustinus ingenio sui vicit: quia tanta scripsit: ut diebus et noctibus non solum scribere libros ejus quispiam: sed nec quidem legere occurrat. *Septima lectio de expositione evangelii.* Vos estis lux mundi. *Omelia ut in communi.* *Lectio viij.*

Sanctus vero iste augustinus septuaginta et sex annis vixit. In clericatu autem vel episcopatu annis ferme quadraginta. Et in ipsa qua defunctus est egritudine jusserat sibi psalmos daviticos: qui sunt paucissimi de penitentia scribi: jacensque in lecto: ipsos quaterniones intra parietes positos diebus sue infirmitatis intuebatur et[5] legebat: atque ubertim jugiter flebat. *Lectio ix.*

Et ne intentio ejus a quoquam impediretur: ante dies ferme decem quam exiret de corpore postulavit: ne quis ad eum ingrederetur: nisi his tantum horis quibus medici ad inspiciendum intrabant: vel cum ei refectio

[1] cartaginensium: R.S. [2] esse: S. [3] 'et' om.: R.N.S. [4] quequidem: R. qui: N. [5] 'et' om.: N.S.

Digitized by Google

inferretur: et ita observatum et factum est. Ipse enim omni illo tempore orationi vacabat: sicque inter verba orationis dormivit cum patribus suis. Cujus interventu nobis a deo prestetur illuc pervenire: ubi gaudium ineffabile sanctis omnibus administratur in secula seculorum. *ps̄.* Te deum. *Cetera de communi unius confessoris pontificis et doctoris: cum oratione* Adesto.

¶ *Memoria de sancto hermete martyre. oratio ut supra. ad vesperas an̄.* Ecce sacerdos. *et cetere an̄e cum psalmis ferialibus. Cap.* Benedictionem. *Et cetera de communi unius confessoris et pontificis.* ¶ *Memoria de sancto johanne. An̄.* Herodes enim metuebat johannem: sciens eum virum justum et sanctum: et custodiebat eum. ℣ Gloria et honore. *Oratio.*

Sancti johannis baptiste et martyris tui domine quesumus veneranda festivitas salutaris auxilii nobis prestet effectum. per Christum. ¶ *Memoria de sancta sabina virgine. An̄.* Simile est. ℣ Diffusa est. *Oratio.*

Deus qui inter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propicius. ut cujus natalicia colimus; per ejus ad te exempla gradiamur. per dominum.

¶ *Si festum decollationis sancti johannis baptiste in dominica evenerit totum servitium in ipsa dominica fiat de sancto johanne: et die dominica sequente incipiatur hystoria* Si bona. *et fiat tunc memoria de sancto bertino.*

¶ *In festo decollationis sancti johannis baptiste.*

Ad matuti. Invi. Justus florebit. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Deus tuorum. *In tertio*[1] *nocturno an̄.*

Beati johannis virtus herodis feritas cum refertur: concussa sunt viscera: corda tremuerunt: et omnis corporis sensus stupendo aufugerunt. *ps̄.* Beatus vir. *An̄.* Precursor Christi johannes: major hominibus: par angelis: hic tantus datur incestui: traditur adultere. *ps̄.* Quare fremuerunt. *An̄.* Herodes sicarius in cives: occisor filiorum: johannis sanguinem pium in poculo credulitatis[2] absorbuit. *ps̄.* Domine quid. ℣ Gloria et honore. *Lectio j.*

Hodie fratres charissimi decollationem sancti johannis baptiste solenni devotione celebramus: quam factam fuisse circa solennitatem paschalem evangelica docet auctoritas: et anno post hunc[3] sequente: cum denuo tempus paschale rediret: dominice passionis mysterium esse completum. Herodes ergo alligans johannem posuit eum in carcerem. Qui vincula solverat peccatorum: peccatoris vinculis alligatur: ut vincta venia: locum venie non relinquat. *Re.* Misit herodes rex manus ac tenuit johannem: et vinxit eum in carcerem: quia metuebat eum propter herodiadem. Quam tulerat fratri suo

[1] *pro 'tertio' primo: R.N.S.* [2] crudelitatis: R.N.S.
[3] pro 'hunc' hec: R.N.S.

Digitized by Google

philippo uxorem. ℣ Arguebat herodem[1] johannes propter herodiadem. Quam. *Lectio ij.*

In ecclesiastica vero legitur hystoria josephi testimonio introducto: quod herodes propter hoc misit johannem in carcerem: quia videbat quod preceptis ejus ac monitis obedire in omnibus plebs esset parata: meliusque credidit priusquam aliquid fieret: anticipare johannem nece: quam postmodum turbatis rebus seram penitentiam ageret. Ex sola enim suspicione herodis in castello macheronta vinctus adducitur johannes. *Re.* Johannes baptista arguebat herodem: Propter herodiadem: quam tulerat fratri suo viventi uxorem. ℣ Misso herodes spiculatore: precepit amputari caput johannis in carcere. Propter herodiadem. *Lectio iij.*

Dicebat enim johannes herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Ecce unde johannes offendit: ecce unde herodes furit. Dicebat et johannes: quod erat legis: quod justitie: quod salutis: certe quod erat non odii sed amoris. Die vero natalis herodis saltavit herodiadis filia in medio triclinio: et placuit herodi: et omnibus amicis ejus: et jurejurando pollicitus est ei dare quodcunque postulasset ab eo. *Re.* Metuebat herodes johannem: Sciens eum virum justum et sanctum. Et custodiebat eum. ℣ Et audito eo: multa faciebat: et libenter eum audiebat. Sciens. Gloria. Et custodiebat. *In ij. noctur. añ.* Herodes te petit causa johannes injuriatur causa[2] justitie: qui requirit: in te invenit quod puniat et in johanne quod doleat. *ps̄.* Cum invocarem. *Añ.* Herodem johannes sanctis monitis non accusatione pulsavit: utpote amator castitatis: quem corrigere voluit non perire. *ps̄.* Verba mea. *An.* Dicebat johannes baptista quod erat legis: quod justitie: quod erat salutis: certe quod erat non odii sed amoris. *ps̄.* Domine dominus noster. ℣ Posuisti. *Lectio iiij.*

Puella vero premonita a matre sua: da mihi inquit in disco caput johannis baptiste. Hec est mulier: hec est illa antiqua malicia: que adam ejecit de paradiso: et vitam abstulit mundo: et humanum genus mersit in infernum. Hec invenit veterem laborem et pressuram: que nunc occidit johannem baptistam. Tunc contristatus est rex vehementer: tamen propter jusjurandum et recumbentes misit et decollavit johannem: et allatum est caput ejus in disco: et datum est puelle: et puella dedit matri sue. *Re.* Herodes enim tenuit et ligavit johannem: et posuit in carcerem propter herodiadem: Quam tulerat fratri suo philippo uxorem. ℣ Herodias autem insidiabatur ei: et volebat occidere eum. Quam. *Lectio v.*

Tristitia regis non est ablutio: sed confusio sceleris. Ipse enim letabatur occulte: quod ea petebat: que et antea facere si

[1] herodes: S.

[2] causatur: R.N.S.

Digitized by Google

excusabiliter posset disponebat. Qui si caput herodiadis peteret: nulli dubium quin ei dare veraciter abnueret. Caput johannis in disco: signat corpus Christi: quo pascimur in sancto altari: et quod ecclesie gentium tribuitur in salutem ac remedium animarum. *Re.* Puelle saltanti imperavit mater: nihil aliud petas nisi caput johannis baptiste. Et contristatus est rex propter jusjurandum et propter simul discumbentes. ℣ Que cum surrexisset: dixit matri sue: quid petam: at illa dixit: caput johannis baptiste. Et contristatus. *Lectio vj.*

Quod autem tulit[1] matri sue. id est synagoge judeorum: in fine offertur mundi participatio corporis sancti et fides Christi ab ecclesia gentium. Magna solennitas diei hujus: capite plectitur: qui plusquam propheta caput est omnium prophetarum. Johannes igitur ut fidelis prenuncius implevit officium precursoris: ut redemptorem mundi quem digito demonstraverat: etiam ad inferos preciosa morte precederet. *Re.* Quid petam mater nihil aliud petas nisi caput johannis: que cum introisset cum festinatione ad regem: petivit dicens. Precor te domine mi rex: ut des mihi caput johannis in disco. ℣ Rex herodes ait puelle: pete a me quid[2] vis: et dabo tibi. Precor. Gloria. Precor. *In iij. nocturno añ.* Herodes facibus libidinis ardens cogitabat tradere neci innocentem quia Christo teste in natis mulierum major non surrexit. *ps.* In domino confido. *Añ.* Allatum est caput beatissimi johannis in disco: qui salutaria monita dabat incestui: et illicita cohibebat connubia. *ps.* Domine quis habitabit. *Añ.* Hodie plusquam prophetam johannem ab ipso herode interemptum toto cordis affectu precemur: ut triumphans cum angelis assidua prece Christum roget pro nobis. *ps.* Domine in virtute. ℣ Magna est. *Se'm.*

In illo tempore: [*Marcum.*[3] Misit herodes ac tenuit johannem: et vinxit eum in carcerem propter herodiadem uxorem philippi fratris sui: quia duxerat eam. Et reliqua. *Sermo ex commentario venerabilis bede presbyteri.* *Lectio vij.*

Vetus narrat historia philippum herodis majoris filium sub quo dominus fugit in egyptum fratrem hujus herodis sub quo passus est Christus: duxisse uxorem herodiadem filiam regis arethe. Postea vero socerum ejus exortis quibusdam contra generum simultatibus tulisse filiam suam: et[4] in dolo rex[5] mariti prioris inimici ejus nuptiis copulasse. *Re.* Contristatus est rex herodes propter jusjurandum et[6] propter simul discumbentes noluit eam contristari: sed misso spiculatore precepit amputari Caput johannis baptiste. ℣ Rex victus adulterino[7] amore saltatrici jussit afferri. Caput. *L. viij.*

Quis sit autem hic philippus evangelista lucas plenius docet dicens. Anno quinto decimo

[1] 'tulit' om.: R.N.S. [2] quod: R.N. [3] '*vj.*' *add: S.* [4] 'et' om.: S.
[5] pro 'dolo rex' dolorem: R.N.S. [6] 'propt. jusj. et' om.: S. [7] adulterio: S.

Digitized by Google

imperii tyberii cesaris procurante pontio pilato judeam: tetrarcha autem galilee herode: philippo autem fratre ejus tetrarcha hyturie[1] et traconitidis regionis. Ergo johannes baptista qui venit in spiritu et virtute helye: eadem auctoritate qua ille[2] achab corripuerat et jezabel: arguit herodem et herodiadem: quod illicitas nuptias fecerint. *Re.* Misso herodes spiculatore precepit amputari caput johannis in carcere: quo audito discipuli ejus venerunt et tulerunt corpus ejus. Et posuerunt illud in monumento. ℣ Accedentes autem discipuli sancti johannis baptiste venerunt et tulerunt corpus ejus. Et posuerunt. *Lectio ix.*

Et cum dies oportunus[3] accidisset: herodes natalis sui cenam fecit principibus et tribunis et primis galilee. Soli mortalium herodes et pharao leguntur diem natalis sui gaudiis festivis celebrasse: sed uterque rex infausto auspicio festivitatem suam sanguine fedavit. *Re.* Accedentes discipuli sancti johannis baptiste tulerunt corpus ejus Et sepelierunt illud. ℣ Misso herodes spiculatore precepit amputari caput johannis in carcere quo audito discipuli ejus venerunt et tulerunt corpus ejus. Et sepelierunt. Gloria. Et. *ps̄.* Te deum. ℣ Posuisti. *In laudibus an̄.*

Herodes enim tenuit et ligavit johannem et posuit in carcerem propter herodiadem. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Puelle saltanti imperavit mater nihil aliud petas nisi caput johannis. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Domine mi rex da mihi in disco caput johannis baptiste. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Arguebat herodem johannes propter herodiadem quam tulerat fratri suo philippo uxorem. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Da mihi in disco caput johannis baptiste et contristatus est rex propter jusjurandum. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Iste sanctus. *Hymnus* Martyr dei. ℣ Justus ut palma. *In evang. an̄.* Misso herodes spiculatore precepit amputari caput johannis in carcere: quo audito discipuli ejus venerunt et tulerunt corpus ejus: et posuerunt illud in monumento. *ps̄.* Benedictus. *Oratio* Sancti johannis. *Memoria de sancta sabina. Ad horas an̄e de laudibus. Cetera de communi unius martyris cum oratione* Sancti johannis. *Ad vesperas an̄e de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Iste sanctus. *Hymnus* Martyr dei. ℣ Gloria et honore. *In evang. an̄.* In medio carceris stans beatus johannes voce magna clamavit et dixit: domine deus meus tibi commendo spiritum meum. *ps̄.* Magnificat. *Oratio* Sancti johannis. *Memoria de sanctis martyribus Felice et adaucto. An̄.* Gaudent. ℣ Exultent. *Or̄o.*

Majestatem tuam domine supplices deprecamur: ut sicut nos jugiter sanctorum tuorum felicis et adaucti commemoratione letificas: ita semper supplicatione defendas per dominum.

¶ *Sanctorum martyrum Felicis et Adaucti.* *Lectio j.*

[1] byturie: N. [2] pro 'ille' iste: S. [3] opportunus: S.

Digitized by Google

In diebus dioclitiani[1] et maximiani imperatorum propositum est in principibus et magnatibus: ut liberos[2] deificos extorquerent de manibus episcoporum et presbyterorum. Tunc maguilianus curator ad se perduci jussit felicem episcopum: cui ita dixit: Da nobis libros vel membrana quos deificos dicitis: ut possint igni tradi. Felix episcopus respondit. Habeo quidem: sed non sum daturus. Melius est meipsum igne aduri quam scripturas deificas.

Tunc prefectus pretorii [*L. ij.* post multa supplicia beatum felicem episcopum[3] una cum clericis suis gladio animadverti precepit. Cunque duceretur ad passionis locum: clara voce dixit. Deus gratias ago tibi: quinquaginta et sex annos virginitatem meam custodivi: evangelica servavi: fidem et veritatem[4] predicavi: et nunc pro nomine tuo cervicem flecto una cum clericis meis ad victimam. Et hec dicens: una cum clericis suis per martyrium transivit ad dominum. *Lectio iij.*

Huic etiam felici episcopo cum ad decolliandum[5] duceretur: obvius fuit quidam christianus: qui cum se christianum profiteretur: mox cum eodem felice episcopo decollatur. Hujus nomen christiani ignorantes: adauctum eum appellaverunt: eo quod sancto felici episcopo auctus sit ad coronam. Horum igitur sanctorum martyrum precibus bona nobis cuncta proveniant: hic et in celestibus per eum qui vivit et regnat in secula seculorum. *Cetera de communi plurimorum martyrum cum oratione* Majestatem. *ut supra.*

[1] diocleciani: R.S. diocletiani: N.
[2] libros: R.N.S.
[3] 'episc.' om.: R.S.
[4] virginitatem: S.

¶ *Sancti Aidani episcopi et confessoris.* *Lectio j.*

Cum vero oswaldus regnum suscepisset: misit ad majores natu scottorum: petens ut sibi mitteretur antistes. Cujus doctrina gens anglorum susciperet fidei sacramenta. Accepit enim aidanum pontificem summe mansuetudinis virum: dans ei locum in insula lindisfarnensi[6]: ubi idem episcopus ecclesiam edificavit. *Lectio ij.*

Translato igitur ad celum oswaldo: suscepit oswinus frater ejus regni gubernacula. Dedit etiam oswinus episcopo aidano equum quem equitare solitus erat qui parvo tempore interjecto dictum equum pauperi erogabat.[7] Hoc cum relatum esset regi dicebat episcopo. Num equos viliores habemus: qui pauperibus sufficerent. Cui episcopus. Num tibi charior est filius equi: quam filius dei? Hiis auditis corruit rex veniam postulando. *Lectio iij.*

Tunc episcopus regem levavit: et astantibus dixit. Scio quia non multo tempore victurus est rex. Nunquam ante hec vidi humilem regem. Non enim digna est hec gens talem habere rectorem. Nec multo[8]:

[5] decollandum: R.N.S.
[6] lindiffernensi: R.S. lindisfernensi: N.
[7] erogavit: N.
[8] *mulo: N.*

Digitized by Google

post dira episcopi presagia tristi regis funere impleta sunt. Sed et ipse episcopus aidanus duodecimo die post occisionem regis. scilicet pridie kalendas septembris de seculo ablatus premia recepit perpetua. *Cetera de communi unius confessoris et pontificis.*

¶ *Si festum sancti egidii abbatis in dominica evenerit: transferatur in secundum feriam: et inchoetur historia de job.* Si bona. *die dominica historia* Peto domine. *in crastino octavarum beate marie* Adonai. *in crastino sancti mauritii ferialiter incipiantur: et percantetur*[1] *in feriis non obstantibus commemorationibus sancti wilelmi et apostolorum.*

¶ *Sancti Egidii abbatis: ad vesperas añe et psalmi feriales. Cap.* Justus cor. *Re.* Hic evo tener. *Hymnus.* Iste confessor. ℣ Amavit eum. *In evang. añ.* Suscipientes beati egidii solennia celebranda tibi summe pater grates atque laudes exolvimus: qui servos tuos et in terra mirificas et in celo gloriose coronas. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Pretende nobis domine quesumus misericordiam tuam et beati egidii abbatis intercessio: cujus nos dedisti patrociniis adjuvari: tribue ut majestatem tuam exoret pro nobis. per dominum. ¶ *Memoria de sancto prisco martyre. Añ.* Hic est vere. ℣ Gloria et honore. *Oratio.* Presta quesumus. *ut in communi. Ad matu. Invita.* Adoremus regem totius bonitatis auctorem. Qui sanctum egidium exornat et gratie donis: et justitie premiis. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Iste confessor. *In primo nocturno añ.* Sanctus egidius natione grecus: a preclaris parentibus originem duxit. *ps̄.* Beatus vir. *Añ.* Corpore valens: et acer ingenio: feliciter est alitus: et liberaliter eruditus. *ps̄.* Quare fremuerunt. *Añ.* In rerum quoque possessione non tenuis: sed ingentem copiam provida largitas erogavit. *ps̄.* Domine quid. ℣ Amavit eum. *Lec. j.*

Sanctus egidius natione grecus: a preclaris parentibus oriundus athenis: patre[2] theodoro nomine: matre vero pelagia. Quadam die dum ad ecclesiam pergeret: accidit ut quidam eger jaceret in platea a transeuntibus elemosynam petens. Cujus vocibus sanctus puer compunctus tunicam qua induebatur egro tribuit. Qua indutus eger illico recepit corporis sanitatem. *Re.* Fidelis Christi confessor egidius genere clarus. Sed scientia virtute et opere longe clarior extitit. ℣ Legitur quidem regia stirpe fuisse progenitus. Sed. *Lectio ij.*

Nec multum post parentibus in pace defunctis: quorum obitum ante spiritu revelante presciverat: patrimonii sui quod eis satis magnum remanserat[3]: Christum fecit heredem. Interea dum quadam die de ecclesia rediret: obvius ei fuit quidam miserrima spetie qui nuper a serpente percussus mortiferum virus se fatebatur recepisse.[4] Quem vir sanctus oratione fusa pro eo: pristine reddidit sanitate. *Re.* Hic evo tener ad liberalia

[1] *percantentur: R.N.S.*
[2] datre: S.
[3] remenserat: N.
[4] recipisse: S.

Digitized by Google

rudimenta dispositus: Doctores summos brevi equiparavit. ℣ Cum potentis ingenii motum nec levitas precipitem ageret: nec desidia tardum. Doctores.

Post multa siquidem [*Lec. iij.* miracula a[1] domino per eum facta pervenit dei nutu egidius ad quendam locum haud longe a rodani fluminis decursu in mare: cui septimania vocabulum est. Ibi quoque[2] quoddam reperiens antrum: juxta cujus introitum fonticulus unda pura scatebat. deo gratias reddidit. Triennio ibidem manens solis herbis et aqua vixit: excepto quod ei dominus quandam preparavit cervam: que certis horis lactis alimoniam sibi prebebat. *Re.* Docili quoque puero gratia dei non defuit. Vitam ejus omni morum honestate commendans. ℣ Jamjamque foras scintillabat indiciis succensa intus lampada charitatis. Vitam. Gloria. Vitam. *In ij. noc. añ.* Hic inter prospera voluptate non est resolutus: nec inter aspera diuturno certamine superatus. *ps̄.* Cum invocarem. *Añ.* Inediam sitim algores et vigilias pro Christi amore delicias computabat. *ps̄.* Verba mea. *Añ.* Affectus injuriis: et graviter sauciatus affligentibus se deprecabatur veniam. *ps̄.* Domine dominus noster. ℣ Justum deduxit. *Lectio iiij.*

Contigit autem familiam regis flavii: qui tunc temporis gothorum monarchiam tenebat predicti[3] loci vicinia venandi gratia intrare. Videntes autem cervam que dei virum lacte pascebat: omnibus aliis corpore prestantiorem: discopulatis canibus hanc insequuntur. Que huc illucque diffugiens ad introitum spelunce appropinquans querulis rugitibus cepit a sancto viro quasi presidium properanter flagitare. Canum vero nullus infra lapidis[4] jactum appropinquare ausus est: sed ululatu magno contra venatores reversi sunt. *Re.* Egro igitur cuidam medicanti[5] quasi primitias elemosyne sue: Dedit vestem qua non superflua tegebatur. ℣ Quamvis adhuc pedagogi sententia[6] sibi formidabilem estimaret. Dedit vestem qua non superflua tegebatur. *Lec. v.*

Quod dum regi relatum esset cum multitudine venatorum rex et episcopus in saltum perrexerunt predictam rem probaturi. Motam igitur cervam insequentes locum dumorum ac veprium densitatem inaccessibilem: circundederunt in gyrum. Unus eorum sagittam dirigens: ut cervum[7] expelleret: sanctumque[8] orantem in genu vulneravit. Milites vero acrius insistentes: ad servi dei pervenere speluncam. Tandem rei veritatem cognoscentes: pedibus ejus provoluti tante molestie veniam postulabant. *Re.* Prodiit exemplo[9] quoddam memorabile signum: Quo deum egidio cooperari compertum est. ℣ Nam ut eger attigit oblatam sibi vestem: recepit simul pristinam sanitatem. Quo deum egidio cooperari. *Lectio vj.*

[1] 'a' om.: S. [2] Ibique: R.S. [3] per dicti: R.N. perdicti: S.
[4] lapides: N. [5] mendicanti: R.N.S. [6] sententiam: R.S.
[7] cervam: R.N.S. [8] 'que' om.: N. [9] extemplo: R. ex templo: N.

Digitized by Google

Postea vero cepit predictus rex frequenter edificationis causa colloquique[1] voluptate revisere : et sanctis ejus monitis erudiri. Cunque sibi renuenti sepius innumeras offerret gazas : tandem monuit eum vir dei ut inde potius aliquod cenobium construeret : in quo servos dei congregaret : qui domino famularentur. Quod cum fecisset : victus egidius precibus regis postquam plurimum reluctasset : ejusdem monasterii curam suscepit. *Re.* Parentibus autem ejus in pace defunctis. Patrimonii sui Christum fecit heredem. ℣ Mirabili modo pauperando[2] ditescens dum temporalium impendiis eterna lucratur. Patrimonii. Gloria. Patrimonii. *In iij. noct. añ.* Credebat quod didicerat a vero magistro in patientia tandem animas possideri. *ps̄.* Domine quis. *Añ.* Virtute itaque vectus ad sublimia: sacerdotali infula meruit decorari. *ps̄.* Domine in virtute. *Añ.* Obtinuit enim illud sapientis : quod in tempore ire facta[3] est reconciliatio. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Magnificavit. *Septima lectio tantum de expositione evangelii secundum lucam :* Nemo lucernam accendit. *Omelia ut in communi. Re.* At ubi sancti viri virtus pre magnitudine sua latere non potuit. Confluebant ad eum plurimi corporis animeque beneficia postulantes. ℣ Nec vero ubi dator hilaris : et quod daretur abunde aderat spei sue munere frustrabantur. Confluebant ad eum plurimi corporis animeque beneficia postulantes. *Lectio viij.*

Proxima itaque die dum vir sanctus missam de more celebrans pro jam[4] rege dominum in canone deprecaretur apparuit ei angelus domini super altare cedulam ponens in qua descriptum erat ordine et ipsum regis peccatum : et egidii precibus esse ei[5] dimissum : si penitens tantum ab eo desisteret. Quod videns dei famulus : et officio peracto regi legendam tradidit. Recognoscens igitur rex scelus quod fecerat : ad pedes illius procidit flagitans : ut apud dominum suis precibus patrocinaretur. *Re.* Cunque mira gesta laudum preconia sequerentur : mari transito Natalem greciam sua presentia viduavit. ℣ Incautum esse judicans levis fame precio thesaurum bone conscientie vendicare. Natalem greciam sua presentia viduavit. *Lec. ix.*

Sanctus vero egidius postea cum paucis fratribus romam perrexit : ut monasterium suum apostolico juri manciparet : ne alicui laice persone ecclesiastice religionis ignare subderetur. Hujus itaque decreti ab apostolico prefixum detulit secum privilegium. Duo quoque cypressina ostia sanctorum imagines apostolorum insculpta dedit ei apostolicus in pignus charitatis. Que vir domini divine gubernationi commendans in tyberim misit. Qui cum pervenisset ad monasterium suum : mox a quibusdam

[1] colloquiique : R.N.S. [2] pauperendo : R.N. [3] factus : R.
[4] 'dicto' add : R.N. [5] 'ei' om. : S.

Digitized by Google

relatum[1] est: duo mire sculpture ostia in portum[2] esse sine aliquo regimine. Quod vir sanctus audiens: illa deferri ad monasterium jussit. Confirmatis igitur omnibus: innotuit ei deus per spiritum sanctum exitus sui diem imminere. Quod ille fratribus indicans: media nocte dominica kalendas septembris migravit ad dominum: cui est honor et gloria in secula seculorum. *Re.* Mirabile quidem est quanta in eo succreverit parsimonie virtus. Cum multo tempore ab ipsius quoque panis abstineret edulio. ℣ Unde facile patet eum nec pulmentaria: nec quelibet gule irritamenta quesisse. Cum multo. Gloria patri. Cum. *ps̄.* Te deum. ℣ Ora pro nobis. *In laudibus an̄.*

Dominum semper et ubique regnantem in sancto suo egidio mirificum predicemus. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Jubilemus deo gratulantibus animis: qui patronum nostrum egidium decoravit gratia sanctitatis. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Deus ut tandem nos vigilantes invenias: cari tui nobis merita suffragentur. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Benedictus sit universalis dominus: quem beatus nobiscum benedicit egidius. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Laus jocunda resonet deo vivo et vero: in sancti sui egidii miraculis glorioso. *ps̄.* Laudate. *Capitulum.* Benedictionem. *Hymnus* Jesu redemptor. ℣ Justus germinabit. *In evan. an̄.* Benedicimus te clementissime deus: qui diem festum beati egidii in laudem tuam nobis expendere tribuisti: teque suppliciter exoramus: ut sanctis tuis: quibus honorificentiam exhibemus: virtute ac premiis sociari mereamur. *ps̄.* Benedictus. *Oratio* Pretende. *Cetera de communi unius confessoris non pontificis.* ¶ *Memoria de martyre. Ad horas an̄e de laudibus. Cetera de communi cum oratione* Pretende. *Ad vesperas an̄e de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Benedictionem. *Hymnus* Jesu redemptor. ℣ Amavit. *In evang. an̄.* Sancte confessor et patrone noster egidi: pro cujus meritis deum glorificamus: apud illum pro nobis te intercedere sentiamus. *ps̄.* Magnificat. *Oratio* Pretende.

¶ *In translatione sancti cuthberti episcopi. Ad vesperas an̄e et psalmi ferialcs. Cap.* Ecce sacerdos. *Re.* Miles Christi. *Hymnus.* Iste confessor. ℣ Amavit. *In evan. an̄.* Confessor. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Omnipotens sempiterne deus: qui semper es et ubique mirabilis: quesumus immensam clementiam tuam: ut sicut beato cuthberto pontifici tuo eminentem gloriam contulisti: sic ad consequendam misericordiam tuum[3] ejus nos facias precibus adjuvari. per dominum. ¶ *Memoria de sancto birino. an̄.* Iste cognovit. ℣ Justum deduxit. *Oratio.* Da quesumus. *ut in communi. Ad matu. Invita.* Unum deum. *et cetera ut in communi. Lectio j.*

Gratia autem divina inspirante anno undecimo obitus

[1] revelatum: S. [2] portu: R.S. [3] tuam: R.N.S.

Digitized by Google

sanctissimi patris cuthberti fratres charissimi lindisfarnensis [1] monasterii sepulchrum ejus aperientes invenerunt corpus ejus quasi adhuc viveret integrum: multo dormienti quam mortuo similius: sed et vestimenta quibus indutum corpus erat: prisca novitate apparebant. Quod videntes fratres: festinantes retulerunt antistiti suo eadberto que invenerant et viderant. Attulerunt quoque ei et partem indumentorum: que corpus sanctum ambierant. *Lectio ij.*

Ipse autem dilectus deo eadbertus antistes cuthberti successor: sancti patris vestimentorum munera gratanter accipiens: et miracula libenter audiens: ipsa indumenta miro osculabatur affectu. Dixitque fratribus: Vos ergo nova indumenta sancto corpori exhibete pro his que ad me attulistis: et sic reponite in archam quam parastis.

Adjecit quoque dicens: [*L. iij.* Scio autem certissime quia non diu remanebit vacuus locus ille. Et quam beatus est: cui in eo facultatem quiescendi dominus prestare dignabitur. Fecerunt autem fratres ut jusserat: et in theca corpus reconditum supra pavimentum sanctuarii posuerunt. Nec multo post ipse dilectus eadbertus morbo correptus acerbo migravit ad dominum. Et posuerunt corpus ejus in sepulchro supradicti patris cuthberti. In quo etiam loco signa sanitatum meritis amborum fuisse referuntur quia vita utriusque deo digna inventa est: cui est honor et gloria in secula seculorum amen. *Medie lectiones de sancto birino.* *Lectio iiij.*

Beatus siquidem confessor birinus rome ex nobili prosapia ortus: pie et religiose moralitatis [2] ornamenta querebat. Perlato igitur rumore tanti viri summo pontifici honorio: invitatur ab eodem: et jam illius presentatur obtutibus: qui eum ad episcopatus evexit officium mandans: ut britanniam fidei verbum predicaturus adiret. Injuncto itaque opere suscepto: beatus birinus in britanniam pervenit: et gewisorum totam terram paganam ingrediens: kynegillum [3] regem illorum de aqua lavachri a sancto rege oswaldo disponente dei gratia susceptum ad fidem Christi convertit. *Lectio v.*

Baptisato autem rege baptisatur et ejus familia universaque provincia. Donaveruntque memorati reges beato birino civitatem: que dorcacester [4] vocatur ad faciendum [5] inibi sedem episcopalem. Sublimatus igitur in sede beatus antistes parat ecclesias: fana cum simulachris evertit: ordinavit clericos: vivere verbo docet et exemplo. Dedicatis vero quam pluribus ecclesiis: multisque populis ad dominum advocatis humane concedens nature migravit ad dominum. *Lectio vj.*

Sepultus vero in civitate pontificatus per longum tempus requievit. Et post multos annos edde episcopatum regente [6]: qui

[1] lindiffarnensis: R. lindisfernensis: S.
[2] mortalitatis: S.
[3] kynegilfum: R.
[4] dorcaster: R.N.
[5] faciendam: S.
[6] regentem: S.

Digitized by Google

quintus ei in episcopatum successit: translatus est in wentanam civitatem: et in ecclesia beatorum apostolorum petri et pauli honorifice tumulavit.[1] Evoluto autem multo tempore beatus adelwoldus magne religionis vir: qui in episcopatu vicesimussextus successit[2]: de loco ubi positum fuerat sanctissimum corpus elevavit: et in eadem ecclesia juxta majus altare honorificentius collocavit: ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii* Vos estis lux mundi. *Omelia ut in communi. nonum responsorium* Sint lumbi. *Cetera ad matutinas et horas de communi unius confessoris pontificis: cum oratione* Omnipotens sempiterne deus. *Et fiat memoria de sancto birino. Añ.* Amavit. ℣ Magnificavit. *Oratio de communi. Ad vesperas añ.* Ecce sacerdos. *Psalmi feriales. et cetera unius confessoris pontificis cum oratione* Omnipotens sempiterne deus.

¶ *Memoria de sancto bertino abbate. Añ.* Justum deduxit. ℣ Magnificavit. *Oratio* Intercessio. *ut in communi.*

¶ *Si translatio sancti cuthberti in dominica evenerit: differatur. et ibi incipiatur hystoria* Si bona. *Et fiat memoria de sancto birino tantum: cum antiphona* Confessor domini. ℣ Amavit. *Oratio.* Da quesumus omnipotens deus. *ut in communi. Et ad capitulum in dominica incipiatur de sancto cuthberto. et memoria fiat de dominica et memoria de sancto bertino abbate. et in crastino fiat de sancto cuthberto. et medie lectiones de sancto bertino. cum responsoriis* Domine prevenisti. *Re.* Iste homo ab adolescentia. *Re.* Vir israelita. *Expositio.* Vos estis lux mundi. *et nonum responsorium.* Sancte cuthberte[3] *et super psalmum* Benedictus *añ.* Euge serve. *Et memoriam*[4] *de sancto bertino. Añ.* Iste homo.

¶ *Si medie lectiones sint de sancto birino in die sancti cuthberti: nonum. Re. erit.* Sint lumbi. *Si autem nonum Re. erit.* Sancte cuthberte. *In laudibus añe. et cetera ut supra. Memoria de sancto bertino. Añ.* Iste homo. *etc.*

¶ *Sancti bertini abbatis. Lec. j.*

Egregrius dei abbas bertinus post audomari obitum multis vixerat annis: turbamque monachorum sub districte sacre regule jugo custodiebat. Post transitum autem beati bertini quadam nocte dominica tres viri ad piscationem ibant: et tantam multitudinem piscium capiebant: quantam nunquam antea una prendiderunt nocte. Post piscationem vero lati[5] navigabant ad portum: sed de navicula se movere non poterant. *Lectio sec.*

Duo enim ex eis pedum et manuum officio privati toto fuerunt corpore contriti. Tertius autem officio pedum privatus: surdus effectus est. Ultio enim super eos venit divina propter noctis dominice transgressionem. Venientes autem ad sancti bertini sepulchrum: pristinam receperunt sanitatem. Quidam etiam homo maligno spiritu repletus

[1] tumulatus: R.N. [2] succedit: R.N. [3] cuthberthe: R.N. [4] *memoria: R.N.* [5] leti: N.

Digitized by Google

ecclesiam sancti bertini ingressus dum fratres ad percipiendam refectionem peterent refectorium : furatus est vasa argentea. Dum ille egressus cepit [*L. iij.* querere aditum porte : vidit sicut ipse postea narravit : plurimos sibi assistere inimicos. Unde contigit ut revertens per medium monasterium iter arriperet : et per parietum precipicia saltus daret. Cunque detentus interrogaretur cur ita dementasset[1] : statim exposuit totius rei veritatem : et redditum est ei exire liberum. *Cetera de communi unius confessoris non pontificis.*

¶ *In vigilia nativitatis beate marie virginis.*

Ad matutinas fiat servitium de sancto evurtio cum nocturno. L. j.

Quidam sancte romane ecclesie subdiaconus nomine ewritius[2] prefectus ad civitatem aurelianensem pervenit. In qua autem pro constituendo episcopo contentio exorta fuerat : et pontifices pro antistitis electione : atque nuncii ab imperatore pro reprimenda populi dissensione directi convenerant. Predictus vero subdiaconus ad locum veniens : juxta januas ecclesie stetit. Omnibus ergo dominum [*L. ij.* deprecantibus : ecce columba instinctu dei transmissa volitare cepit per totam ecclesiam more personam investigantis. Que speculata beatum evurtium : illico super caput ejus sedit. Hoc signum videns populus : admirari cepit : omnes vero clamaverunt dicentes : Iste est quem dominus nobis pastorem : et sibi predestinavit pontificem. *Lectio iij.*

Quid multa ? Perficitur dei voluntas. Peracta igitur sancti viri consecratione : cepit dominus per eum signa operari majora. Surdi vero recipiebant auditum : ceci visum : muti loquelam : claudi gressum : paralytici curationem. Cumque extremum vite presentis[3] tempus sibi imminere verbi[4] dei cognosceret : timens ne post suum obitum sicut antea pro pastore dissensio fieret : facto consilio cum universo clero et populo : successorem sibi sanctum elegit anianum. Quibus expletis : corpus terre animam reddidit celo. *Cetera ad matutinas et horas de communi unius confessoris et pontificis cum oratione de communi.*

¶ *In nativitate beate marie virginis.*

Ad vesperas añ. Felix namque. *ps̄.* Dixit dominus. *Añ.* Virgo prudentissima. *Et cetera sicut in vigilia assumptionis.* *Cap.*

O quam pulchra est casta generatio cum claritate immortalitas enim est in memoria illius : quoniam et apud deum nota est et apud homines. *Re.* Solem justicie. *Hymnus* Ave maris stella. ℣ Post partum. *In evang. añ.* Gloriose virginis marie ortum dignissimum recolamus : cujus dominus humilitatem respiciens angelo nunciante concepit redemptorem mundi. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Supplicationem servorum tuorum deus miserator exaudi :

[1] deventasset : S.
[2] evurcius : R.N. evurtius : S.

[3] 'vite' secundo add : R.
[4] pro 'verbi' vir : R.N. ubi : S.

Digitized by Google

ut qui in nativitate dei genitricis et virginis congregamur: ejus intercessionibus complacatus a te de instantibus periculis eruamur. per eundem dominum. *Memoria de sancto adriano martyre.* *Añ.* Hic est vere. ℣ Gloria et honore. *Oratio.*

Presta quesumus omnipotens deus: ut qui beati adriani martyris tui natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus ejus intercessione liberemur. per dominum. *Ad completorium ut in festo assumptionis. Ad matu. Invita.* Corde et voce simul Christum regem veneremur. Virginis et matris jubilemus nobili ortu.[1] *ps̄.* Venite. *Hym.* Ave maris. *In j. nocturno añ.* Hodie nata est beata virgo maria ex progenie david per quam salus mundi credentibus apparuit. *ps̄.* Domine dominus noster. *Añ.* Beatissime virginis marie nativitatem devotissime celebremus ut ipsa pro nobis intercedat ad dominum deum nostrum. *ps̄.* Celi enarrant. *Añ.* Quando nata est virgo sacratissima: tunc illuminatus est mundus stirps beata radix sancta et benedictus fructus ventris.[2] *ps̄.* Domini est terra. ℣ Sancta dei genitrix.

Sermo[3] *fulberti carnotensis episcopi.* *Lectio j.*

Approbate consuetudinis est apud christianos sanctorum patrum dies natalicios observare diligenter: et tunc precipue virtutes eorum assignatas literis in ecclesia recitare ad dei laudem ex munere cujus[4] sunt: et ad instrumenta minorum. *Re.* Hodie nata est beata virgo maria ex progenie david per quam salus mundi credentibus apparuit. Cujus vita gloriosa lucem dedit seculo. ℣ Beatissime virginis marie nativitatem devotissime celebremus. Cujus. *Lectio ij.*

Inter omnes autem sanctos memoria beatissime marie virginis eo frequentius agitur atque festivius: quo majorem gratiam apud deum creditur invenisse. Unde post alia quedam ipsius antiquiora solennia non fuit contenta devotio fidelium: quin nativitatis solenne superadderet hodiernum. *Re.* Beatissime virginis marie nativitatem devotissime celebremus. Ut ipsa pro nobis intercedat ad dominum Jesum Christum. ℣ Cum jocunditate nativitatem beate marie celebremus. Ut. *Lectio iij.*

Hac itaque die peculiariter in ecclesia recitandus esse videretur liber ille: qui de ortu ejus atque vita scriptus inveniebatur: si non judicassent eum patres inter apocrifa numerandum. At quoniam magnis ac sapientibus viris ita visum est: nos alia quedam: sed non aliena legentes ecclesiasticum morem debitis officiis exequamur. *Re.* Stirps jesse. *In ij. noct. añ.* Hodie nata est virgo maria ex semine abrahe: letantur archangeli exultant[5] omnes sancti: et congaudet omnis mundus. *ps̄.* Eructavit. *Añ.* Dignum namque est: ut ei cum summa devotione famulemur per quam nobis virginitatis insignia pulularunt.[6] *ps̄.* Deus noster refugium. *Añ.*

[1] nobilis ortus: R.N. [2] 'tui' add: R.N. [3] '*beati*' *add*: *S.*
[4] cujus munere: N. [5] exultent: N. [6] pullularunt: S.

Digitized by Google

Benedicta et venerabilis sancta maria virgo dei genitrix cujus nativitatem celèbremus : ut intercessio ipsius sit pro nobis ad dominum. *ps̄.* Fundamenta. ℣ Speciosa facta es et suavis. *L. iiij.*

Beata ergo domini mater et perpetua virgo maria : priusquam nasceretur : oraculis enunciata est : et designata miraculis. Nata vero ex progenie divinitus ordinata : privilegio virtutum insignis enituit : salvatorem edidit : a quo glorificata in celo : nunquam terrigenis patrocinari desistit. *Re.* Gloriose virginis marie ortum dignissimum recolamus. Cujus dominus humilitatem respiciens angelo nunciante concepit redemptorem mundi. ℣ Hodie nata est beata virgo maria ex progenie david. Cujus dominus. *Lectio v.*

Propositionem sequatur suo ordine narratio. Jamque referamus unum de pretaxatis miraculis : ac deinde paucis expediamus. Dixit eternus ad veterem :. deus ad serpentem. Inimicicias ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius. Ipsa conteret caput tuum : et tu insidiaberis calcaneo ejus. *Re.* Corde et animo Christo canamus gloriam in hac sacra solennitate in qua beata dei genitrix virgo maria exorta est. Quam gabriel archangelus plenum[1] gratia ostendit. ℣ Valde namque eam nos oportet summa cum devotione venerari : que tam sacra permanet virgo. Quam. *Lec. vj.*

Quid est fratres in hoc loco caput serpentis conterere ? nisi principalem suggestionem diaboli : id est concupiscentiam resistendo superare. Si ergo queratur : quenam mulier hujusmodi victoriam operata sit : profecto non reperitur in linea generationis humane : donec perveniatur ad illam de qua nunc agimus sanctarum sanctam. Nata est igitur beatissima virgo patre nazareno : matre beethleemitica : quas urbes Christi nativitati vel conversationi destinatas esse prophete non tacuerant. *Re.* Ad nutum domini nostrum[2] ditantis honorem Sicut spina rosam genuit judea mariam. ℣ Ut vicium virtus operiret gratia culpam. Sicut. Gloria patri. Sicut *In tertio nocturno antiphona.* Nativitas est hodie sancte marie virginis : cujus pulchritudinem respexit deus et visitavit humilitatem suam. *ps.* Cantate (*j.*) *An̄.* Ista est speciosa electa a domino : cujus nativitatem celebramus[3] : ut ipsa intercedat pro nobis ad dominum deum nostrum. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *An̄.* Sancta maria succurre miseris : juva pusillanimes : refove flebiles : ora pro populo : interveni pro clero : intercede pro devoto femineo sexu. *ps̄.* Cantate (*ij.*) ℣ Post partum.[4]

Initium sancti evangelii secundum Matheum.

Liber generationis Jesu Christi. Et reliqua.

Sermo ex commentario beati hieronymi presbyteri. Lectio vij.

In ysaia[5] legitur. Generationem ejus quis enarrabit. Non

[1] plenam : R.N.S. [2] Verba a 'nostrum' usque ad 'Sicut' om. : R.S.
[3] celebremus : R.N.S. [4] patrum : S. [5] esaia : N.S.

Digitized by Google

ergo putemus evangelistam prophete esse contrarium : ut quod ille non dixit esse futurum : hoc hic narrare incipiat : quia ibi de generatione divinitatis : hic de incarnatione est dictum. A carnalibus autem cepit : ut per hominem deum discere incipiamus. *Re.* Nativitas gloriose virginis marie ex semine abrahe orta de tribu juda clara ex stirpe david. Cujus vita inclyta cunctas illustrat ecclesias. ℣ Nativitas est hodie sancte marie virginis. Cujus vita. *Lectio viij.*

Filii david : filii abraham. Ordo preposterus sed necessario commutatus. Si enim prius posuisset abraham et postea david : rursus ei repetendus fuerat abraham : ut generationis series texeretur. Ideo autem ceteris pretermissis horum filium nuncupavit : quia ad hos tantum est facta de Christo repromissio. Ad abraham in semine inquit tuo benedicentur omnes gentes : quod est Christus. Ad david : de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *Re.* Felix namque es sacra virgo maria et omni laude dignissima. Quia ex te ortus est sol justitie Christus deus noster. ℣ Ora pro populo interveni pro clero intercede pro devoto femineo sexu sentiant omnes tuum levamen quicunque celebrant tuam nativitatem. Quia. Gloria. Quia. *et tertius versiculus* Sic[1] tuam nativitatem.

Judas autem genuit [*Lec. ix.* phares et zaram de thamar. Notandum in genealogia salvatoris : nullam sanctarum assumi mulierum : sed eas quas scriptura reprehendit. Ut qui propter peccatores venerat de peccatoribus[2] nascens omnium peccata deleret. Unde et in sequentibus[3] ruth moabitis ponitur : et bethsabee[4] uxor urie. Naason autem genuit salmon. Iste est salmon princeps tribus[5] jude : sicut et[6] in numeris legimus. *Re.* Solem justitie regem paritura supremum. Stella maria maris hodie processit ad ortum. ℣ Cernere divinum lumen gaudete fideles. Stella maria. Gloria patri. Stella. *Non dicitur.*[7] *ps̄.* Te deum. ℣ Speciosa facta. *In laudibus añ.*

Nativitas gloriose virginis marie ex semine abrahe orta de tribu juda clara ex stirpe david. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Nativitas est hodie sancte marie virginis cujus vita inclyta cunctas illustrat ecclesias. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Regali ex progenie maria exorta refulget : cujus precibus nos adjuvari mente et spiritu devotissime poscimus. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Corde et animo Christo canamus gloriam in hac sacra solennitate precelse genitricis dei marie. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Cum jocunditate nativitatem beate marie celebremus : ut ipsa pro nobis intercedat ad dominum deum nostrum. *ps̄.* Laudate. *Cap.* O quam pulchra. *hym.* O quam glorifica. ℣ Elegit eam deus. *In evan. añ.* Nativitatem hodiernam perpetue virginis genitricis dei marie solenniter celebremus :

[1] 'Sic' om. : R.S.
[2] peccatricibus : R.S.
[3] consequentibus : R.S.
[4] bersabee : R.S.
[5] 'tribus' om. : R.S. [6] 'et' om. : R.S.
[7] '*Non dicitur*' *om.* : *R.S.*

Digitized by Google

qua celsitudo throni processit alleluya. *ps̄.* Benedictus. *Oro.* Supplicationem.[1] *Ad primam an̄.* Nativitas gloriosa.[2] *Ad tertiam an̄.* Nativitas est. *ps̄.* Legem pone. *Cap.* O quam pulchra. *Re.* Sancta dei genitrix. Virgo semper maria. ℣ Intercede pro nobis ad dominum deum nostrum. Virgo semper. Gloria. Sancta dei. ℣ Post partum. *Oro.* Supplicationem. *Ad sextam an̄.* Regali. *ps̄.* Defecit. *Cap.* Et sic in syon. *Re.* Post partum virgo. Inviolata permansisti. ℣ Dei genitrix intercede pro nobis. Inviolata. Gloria patri. Post partum. ℣ Speciosa. *Oro ut supra. Ad nonam An̄.* Cum jocunditate. *ps̄.* Mirabilia. *Cap.* Et radicavi. *Re.* Speciosa facta es. Et suavis. ℣ In delitiis tuis sancta dei genitrix. Et suavis. Gloria. Speciosa. ℣ Elegit eam. *Oro ut supra. Ad vesperas antiphone de laudibus cum psalmis de domina. Cap.* O quam pulchra. *Re.* Ad nutum. *hymnus* O quam glorifica. ℣ Post partum. *In evangelio an̄.* Nativitas tua dei genitrix virgo gaudium annunciavit universo mundo: ex te enim ortus est sol justicie Christus deus noster: qui solvens maledictionem: dedit benedictionem: et confundens mortem: donavit nobis vitam sempiternam. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Supplicationem.

Memoria de sancto Gorgonio. An̄. Beatus vir qui. ℣ Gloria et honore. *Oratio.*

Sanctus martyr tuus gorgonius domine sua nos intercessione letificet: et pia faciat solennitate gaudere. per dominum. *Quotidie infra octavas: nisi in dominica hoc modo dicatur servitium. Ad matu. Invita.* In honore. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Ave maris. *In nocturno an̄.* Hodie nata. *ps̄.* Domine dominus noster. *Et ceteri psalmi sicut in die sub hac antiphona.* ℣ Sancta dei. *Lec. j.*

Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt ubera tua vino fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentule dilexerunt te. Trahe me post te: curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus et letabimur in te: memores uberum tuorum super vinum recti diligunt te. *Re.* Hodie nata. *et cetera de prima turba: secundo die de secunda turba: tertio die de tertia turba: et ordinatim iterentur.* *Lectio ij.*

Vox synagoge. Nigra sum sed formosa filie hierusalem sicut tabernacula cedar: sicut pelles salomonis. Nolite me considerare: quia fusca sum: quia decoloravit me sol. Filii matris mee pugnaverunt contra me. posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodivi. *Lectio iij.*

Vox ecclesie. Indica mihi quem diligit anima mea: ubi pascas: ubi cubes in meridie. Ne vagari incipiam per greges sodalium tuorum. Vox Christi

[1] '*Memoria de martyre. An̄.* Nisi granum. ℣ Justus ut palma. *Oro ut in communi*' *add: R.S.*

[2] '*ps̄.* Deus in nomine tuo. *Re.* Jesu Christe. ℣ Qui de virgine' *add: R.S.*

Digitized by Google

ad ecclesiam. Si ignores te o pulchra inter mulieres: egredere et abi post vestigia gregum: et pasce hedos tuos juxta tabernacula pastorum. *ps̄.* Te deum. ℣ Speciosa. ¶ *In laudibus hec sola añ.* Nativitas gloriose. *ps̄.* Dominus regnavit. *Cap.* O quam pulchra. *Hymnus.* O quam glorifica. ℣ Elegit eam. *Añe super psalmos* Benedictus *et* Magnificat *ut supra infra octavas assumptionis: excepto quod quando dominica contigerit tertia die nativitatis*[1] *beate marie: tunc ad matutinas dicatur antiphona* In prole mater *super psalmum* Benedictus. *loco añe.* Sancta maria. *Oratio* Supplicationem. *Memoria de sancto gorgonio. Ad primam añ.* Nativitas est. *Re.* Jesu Christe. ℣ Qui de virgine. *etcetera. Ad tertiam añ.* Regali. *Et cetere antiphone de laudibus ad alias horas. Capitula et responsoria horalia sicut in die. Oratio.* Supplicationem. *Ad vesperas añ.* Nativitas gloriose. *ps̄.* Dixit dominus *et ceteri psalmi sicut in die sub hac antiphona. Cap.* O quam pulchra. *Hymnus.* O quam glorifica. ℣ Post partum. *In evange. añ. secundum ordinem. Oratio* Supplicationem.

Tertio die. *Lectio prima.*

Equitatui meo in curribus pharaonis assimilavi[2] te amica mea. Pulchre sunt gene tue sicut turturis: collum tuum sicut monilia. Muremilas[3] aureas faciemus tibi: vermiculatas argento. *Responsoria secundum ordinem.* *Lectio ij.*

Vox ecclesie de Christo. Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum. Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi: inter ubera mea commorabitur Botrus cypri dilectus meus mihi: in vineis engaddi. *Lec. iij.*

Vox Christi: Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra: oculi tui columbarum. Vox ecclesie. Ecce tu pulcher es dilecte mi et decorus: lectulus noster floridus tigna domorum nostrarum cedrina: laquearia nostra cypressina. *Ad vesperas memoria de martyribus protho et jacinto.* *Oratio.*

Beati prothi nos domine et jacinti[4] foveat preciosa confessio: et pia intercessio tueatur. per dom.

Quarto die. *Lectio prima.*

Vox Christi. Ego flos campi et lilium convallium. Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Vox ecclesie sicut malus inter ligna silvarum: sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius que[5] desiderabam sedi: et fructus ejus dulcis gutturi meo. *Lectio ij.*

Introduxit me rex in cellam vinariam: ordinavit in me charitatem. Fulcite me floribus: stipate me malis: quia amore langueo. Leva ejus sub capite meo: et dextera illius amplexabitur me. *Lectio iij.*

Vox Christi: Adjuro vos filie hierusalem per capreas cervosque camporum: ne suscitetis neque evigilare faciatis dilectam: quoadusque ipsa velit. Vox ecclesie: Vox dilecti mei. Ecce

[1] *nativitas: S.* [2] assimulavi: S. [3] murenulas: R.N.S. [4] jacinthi: N. [5] quem: R.N.S.

Digitized by Google

iste veniet: saliens in montibus: transiliens colles. ℂ *Memoria de martyribus. Oro ut supra.*

Quinto die. *Lectio j.*

Similis est dilectus meus capree hinnuloque cervorum. En ipse stat post parietem nostrum aspiciens per fenestras prospiciens per cancellos. En dilectus meus loquitur mihi. Surge propera amica mea: columba mea: formosa mea et veni. *L. ij.*

Jam enim hyemps[1] transiit imber abiit et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis advenit. Vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vinee florentes odorem dederunt.

Vox Christi. Surge [*Lec. iij.* amica mea: speciosa mea et veni. Columba in foraminibus petre: in caverna macerie. Ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis et facies tua decora. *Cetera ut supra. Ad vesperas. Memoria de sancto maurilio episcopo et confessore. An. vers. et oro ut in communi. Si vero festum nativitatis beate marie in dominica contigerit: tunc erit sexto die legenda sequens.*

Sexto die. *Lectio prima.*

Vox adversus hereses. Capite vobis vulpes parvulas que demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit. Vox ecclesie. Dilectus meus mihi et ego illi: qui pascitur inter lilia donec aspiret[2] dies: et inclinentur umbre. Revertere similis esto dilecte mi capree aut hinnulo cervorum super montes bethel. *Lectio ij.*

Vox ecclesie electe de gentibus. In lectulo meo per noctes quesivi quem diligit anima mea: quesivi illum: et non inveni. Surgam et circuibo civitatem per vicos et plateas queram quem diligit anima mea: quesivi illum et non inveni. Invenerunt me vigiles: qui custodiunt civitatem. *Lectio iij.*

Ecclesia de Christo dicit. Num quem dilexit[3] anima mea vidistis? Paululum cum transissem eos: inveni quem diligit anima mea. Tenui eam[4] nec dimittam: donec introducam illum in domum matris mee: et in cubiculum genitricis mee.

ℂ *Septimo die infra nativitatem beate marie.* *Lectio j.*

Vox sinagoge de ecclesia. Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrre et thuris et universi pulveris pigmentarii. Vox ecclesie. En lectulum salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis israel. *Lectio ij.*

Omnes gladios tenentes et ad bella doctissimi: uniuscujusque ensis super femur suum propter timores nocturnos. De ecclesia dicit: Ferculum fecit sibi rex salomon de lignis lybani. Columnas ejus fecit argenteas reclinatorium aureum: ascensum purpureum media charitate constravit propter filias hierusalem.

Vox ecclesie de Christo. [*L. iij.* Egredimini: et videte filie syon regem salomonem in diademate quo coronavit eum mater sua in die desponsationis illius: et in die leticie cordis ejus.

[1] hyems: R.N.S.
[2] aspiceret: S.
[3] diligit: S.
[4] eum: S.

Digitized by Google

¶ *Dominica infra octavas.* *Ad vesp. añ.* Nativitas gloriose. *Et cetere antiphone cum psalmis de domina.* *Cap.* O quam pulchra. *Hymnus* O quam glorifica. ℣ Post partum. *Añ. super psalmum* Magnificat *juxta ordinem prescriptum in assumptione.* *Orō.* Supplicationem *et cetera ut in die.* *Ad matu.* *Invita.* Corde et voce. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Ave maris. *In j. noct. añ.* Hodie nata est. *ps̄.* Domine dominus noster. *Et cetere antiphone et psalmi sicut in die. Benedictiones sicut in die. Sermo beati hieronymi.* *Lectio j.*

Si beatissimam dei genitricem mariam fratres charissimi diligentius inspiciamus: nihil virtutis est: nihil speciositatis: nihil candoris et glorie: quod in ea non resplendeat. Et ideo bene circundant eam flores rosarum: et lilia convallium: ut virtutes virtutibus fulciantur: et formositas decore castitatis augeatur. *Re.* Hodie nata. *et cetera responsoria ut in die.* *Lectio ij.*

Nam omnis splendor et gloria quanto illustratur fulgore suo sublimius: tanto apparet prestantior claritate: et quorumlibet subjectorum eximior predicatur. Sic et[1] beata dei genitrix: cujus candor virginitatis: ac si plantatio rose in jericho[2] specialius effulget: circundata officio charitatis splendidius enitescit. *Lectio iij.*

Submittitur sanctorum claritas: ut ejus amplius gloria commendetur: que super angelorum choros elevata jam beatissima predicatur. Nam angelorum quamvis celsior sit natura: non tamen gratia major: quia et ipsi[3] gratuita gratia ne corruerent salvati sunt. Unde illud: Verbo inquit domini celi firmati sunt: et spiritu oris ejus omnis virtus eorum. *Lectio iiij.*

Quod si spiritum dei omnis virtus angelorum: constat beatam et gloriosam virginem: in quam supervenit spiritussanctus: et deus totus illapsus portatur novum mensibus in utero: credendum ampliora promeruisse virtutum privilegia: percepisse gratiam ab angelis esse collaudatam. *Lectio v.*

Unde etsi mirabilis est eorum virtus et firmitas perpetuitatis: mirabilior tamen in maria: quam obumbravit virtus altissimi: ut ultra omnem virtutem sit angelicam: quod factum est in ea: et admirabile cunctis seculis sacramentum: ac per hoc etiam angelis exinde major prestatur gratia: cum instruantur ab eo omnia: quem venerantur et adorant super se Christum regem dominum natum ex eadem[4] virgine. *Lectio vj.*

Hinc et maria cunctis tanto venerabilior quanto gloriosior: et quanto virtute altissimi extollitur ad sublimia: tanto clarior resultat in gloria. Plena siquidem gratia: plena deo: plena virtutibus: non potest non possidere pleniter gloriam claritatis eterne: quam plenissime accepit: ut mater fieret salvatoris. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii secundum lucam.*[5]

[1] 'et' om.: R.N. [2] jerico: R. hierico: N.S. [3] ipse: R. [4] ea: S. [5] '*vij.*' *add*: *S.*

Digitized by Google

In illo tempore: Intravit Jesus in quoddam castellum: et mulier quedam martha[1] excepit illum in domum suam. Et reliqua. *Omelia de sermone beati anselmi episcopi.* *Lectio vij.*

Cum martham vel mariam dico: earum significantia intelligo. Sed jam videamus actionem: deinde commendemus contemplationem hujus marie. Et ut planius[2] id faciamus: quid alii per martham operantur: et quid ista operata est conferamus. *Lectio viij.*

Alii hospitem quemlibet in domo sua suscipiunt: ista non quemlibet sed proprium dei filium: qui non habet ubi caput reclinet: non in domo sed in utero suscepit. Alii nudum quemlibet veste mutabili atque corruptibili undelibet composito cooperiunt: ista carne sua vestivit verbum dei: quod in eadem virgine carnem in unitate persone assumpsit: que sine fine incommutabilis atque incorruptibilis permanebit. *Lectio ix.*

Alii quemlibet esurientem vel sitientem cibo vel potu exteriori reficiunt: ista hominem deum humanitus indigentem: non solum exterioribus cibis vel potibus pavit: verum etiam interiori lacte suo aluit. Et ut[3] breviter sex illa misericordie opera percurramus[4]: que cum uni ex minimis suis fiunt: deus sibi facta confitetur: et ista non quemlibet ex minimis: sed summum dei filium[5] hospitem suscepit: nudum carne vel etiam[6] pannis operuit. Esurientem pavit: sitientem lacte potavit: infirmum per infantiam. et jacentem non solum visitavit: sed etiam balneando: fovendo: liniendo: gestando frequentavit. Ut merito de ea dicatur. Marta[7] autem satagebat circa frequens[8] ministerium. *Cetera ad matutinas et horas sicut in die nativitatis preter antiphonam super psalmum* Benedictus *que dicetur juxta ordinem prescriptum in assumptione.*

¶ *In exaltatione sancte crucis.*

Ad vesp. añ. Nativitas gloriose. *et cetere antiphone sequentes cum psalmis de domina.* *Capitulum.*

Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Jesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est: et ego mundo. *Re.* Hoc signum *sine* all'a. *Hymnus* Arbor decora. ℣ Beata cujus. ℣ O crux ave spes unica hoc exaltationis tempore. ℣ Te summa. ℣ Hoc signum crucis erit in celo. Cum dominus ad judicandum venerit. alleluia. *Et sciendum: quod ad omnes versiculos tam de festo quam de memoriis usque ad secundas vesperas respondeatur cum* alleluia. *In evan. añ.* O crux benedicta: quia in te dependit[9] salvator mundi: et in te triumphavit rex angelorum. alleluia. *ps̄.* Magnificat. *Or̄o.*

Deus qui unigeniti filii tui domini nostri Jesu Christi precioso sanguine humanum genus redimere dignatus es: concede propicius: ut qui ad

[1] 'nomine' add: R.S. [2] plenius: R.N.S. [3] 'ut' om.: R.N.
[4] procuramus: S. [5] fidelium: N. [6] pro 'etiam' esset: R.
[7] maria: R.N.S. [8] friquens: S. [9] pependit: R.N.S.

Digitized by Google

adorandam vivificam crucem adveniunt: a peccatorum suorum nexibus liberentur. per. ℂ *Memoria de martyribus cornelio et cypriano.* *Añ.* Gaudent. ℣ Exultent. *Oratio.*

Infirmitatem nostram quesumus domine propitius respice et mala omnia que juste meremur: sanctorum martyrum tuorum cornelii et cypriani intercessione averte. Per Christum. ℂ *Memoria de domina: cum antiphona secundum ordinem contingente: et oratione.* Supplicationem. *Ad completorium.* *añ.* Miserere. *ps̄.* Cum invocarem. *Etc.* *Cap.* Tu in nobis. *Hymnus* Te lucis. ℣ Procul. ℣ Presta pater. ℣ Custodi. *Añ.* Salva nos. *ps̄.* Nunc dimittis *etc.* *Ad matu.* *Invi.* Venite adoremus dominum. Qui nos redemit per crucem. *sine* alleluia. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Crux fidelis. ℣ Sola digna. ℣ Gloria et honore. *In j. noc. antiphona.*

Adoramus te Christe et benedicimus tibi: quia per[1] crucem tuam redemisti mundum. *ps̄.* Domine dominus noster. *Añ.* Per signum crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. *ps̄.* In domino confido. *Añ.* Adoremus crucis signaculum; per quod salutis sumpsimus sacramentum. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Hoc signum. *Lectio j.*

In illo tempore Cosdroe quidam prophanus et impius regnum est adeptus persarum. Qui hierosolymam advenit: et ecclesias subvertit. Ad sepulchrum autem domini cum[2] voluisset accedere: territus rediit. Sed tamen ligni salutaris partem quam helena religiosa regina ibi in testimonium virtutis reliquerat: asportavit. *Re.* Dulce lignum: dulces clavos: dulce pondus sustinuit. Que digna fuit portare precium hujus seculi. ℣ Hoc signum crucis erit in celo cum dominus ad judicandum venerit.[3] *Lectio ij.*

Pergens igitur filius cosdroe contra eraclium: qui tunc arcem tenebat impii[4]: juxta danubium magnum fluvium: cum suo condebat[5] exercitu. Tandem utrisque principibus placuit: ut ipsi singuli in medio fluminis ponte dimicaturi consurgerent: et cui sors victoriam contulisset: ipse sine damno utriusque exercitus imperium usurparet. *Re.* Hoc signum crucis erit in celo: cum dominus ad judicandum venerit. Tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri. ℣ Cum sederit filius hominis in sede majestatis sue: et ceperit judicare seculum per ignem. Tunc. *Lectio iij.*

Cumque utrique populo hec pactio placuisset: invicem diu dimicantes: tandem dominus pulsatus lachrymis christianorum: per virtutem sancte crucis suo fideli eraclio Christus concessit de hoste triumphum. Eraclius ergo regna que cosdroe tenuerat perlustrans: ad eum in throno sedentem ascendit. Cui dixit: Si vis salutem habere: et credere domino Jesu Christo: regnum persarum obtinebis. Cumque ille negaret: eraclius extracto gladio caput ejus amputavit.

[1] 'sanctam' add: R. [2] dominicum cum: R. [3] 'Que digna fuit' add: R.N.S. [4] imperii: R.N.S. [5] consedebat: R.N.

Digitized by Google

Re. Tuam crucem adoramus domine: tuam gloriosam recolimus passionem. Miserere nobis qui passus es pro nobis. ℣ Adoramus te Christe et benedicimus tibis: quia per crucem tuam redemisti mundum. Miserere nobis. Gloria patri. Miserere. *In ij. nocturno añ.* Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri Jhesu Christi. *ps̄.* Exaltabo te. (*j.*) *Añ.* Tuam crucem adoramus domine: tuam gloriosam recolimus passionem: miserere nobis: qui passus es pro nobis. *ps̄.* Omnes gentes. *Añ.* Dulce lignum dulces clavos dulce pondus sustinuit: que digna fuit portare precium hujus seculi. *ps̄.* Magnus dominus. ℣ Exultent justi. *Medie lectiones de martyribus.* *Lectio iiij.*

Temporibus valeriani et galieni: cum esset persecutio apud urbem romanam: sanctus cornelius pontificatum predicte urbis summis virtutibus preditus tunc regebat. Itaque sanctus cornelius pontifex diuturnis[1] tormentis afflictus: gladio finivit temporalem vitam. Cunque hec persecutio etiam in lybicis[2] esset terminis: ferunt a preside tunc clibanum calcis accensum: et in ora illius prunas cum thure exhibitas[3] christianis. *Re.* Absterget. *Lectio v.*

Trecenti vero viri Christum filium dei fatentes: jactu rapidissimo se in ignem projecerunt: quos sic sibi Christus martyres consecravit. In his etiam diebus beatus cyprianus antistes carthaginensium: per preceptum aspasii proconsulis ductus est in exilium in civitatem corrobitanam.[4] Post multos autem dies regressus ab exilio habitabat in ortis suis. Post hec vero oblatus est proconsuli karino maximo: cui ita ait: Tu ne es tascius cyprianus: qui te papam sacrilege[5] mentis hominibus prebuisti? Sanctus martyr respondit: Ego sum cyprianus: et christianus sum atque diis sacrificare non potero. *Re.* Viri sancti. *Lectio vj.*

Tunc iratus proconsul: ex tabella recitavit: tascium cyprianum gladio interire libet. Perductus autem sanctus cyprianus ad martyrium: dixit Gratias ago deo omnipotenti: qui me a vinculis hujus corporis dignatur absolvere. Fratres vero flentes linthiamina[6] et oraria ante eum ponebant: ne sanctus cruor absorberetur a terra. Ligatis quoque manicis ad cervicem a juliano presbytero: ipse sibi manu propria oculos texit: et sic gladio percussus occubuit: et obdormivit in domino: qui vivit et regnat in secula seculorum. amen. *Re.* Justorum anime. *In iij. nocturno añ.* Salvator mundi salva nos: qui per crucem et sanguinem redemisti nos: auxiliare nobis te deprecamur deus noster. *ps̄.* Jubilate (*j.*) *Añ.* Per crucem tuam salva nos Christe redemptor: qui mortem nostram moriendo destruxisti: et vitam resurgendo reparasti. *ps̄.* Notus in judea. *Añ.* Super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior: in quo[7] vita mundi

[1] 'pont. diut.' om.: R.N. [2] libicis: R.N. [3] exhibita: N.
[4] corobitanam: R.N. [5] sagrilege: R. [6] lintheamina: W.R.S. [7] qua: W.R.N.S.

Digitized by Google

pependit: in qua Christus triumphavit: et mors mortem superavit all'a. *ps.* Dominus regnavit exultet. ℣ Omnis terra.

In illo tempore: Dixit [*Sec. luc.* Jesus discipulis suis: non est arbor bona: que facit fructus malos neque arbor mala faciens fructum: bonum. Et reliqua.

Omelia venerabilis bede presbyteri. *Lectio vij.*

Juxta principalem et licitam intelligentiam bona arbor bonus ipse dominus intelligitur. Hec[1] enim arbor que de celo descendens omni macula et peccato carens: arbores quasque[2] bone stirpis reddidit fertiles: et universo mundo utiles. Propterea eadem arbor de se dicit: Non est arbor bona que facit fructus malos. Hoc est: quia sine me nemo fructus bonos profert: sicut et alibi dicitur Nemo bonus nisi unus deus. *Re.* O crux fidelis inter omnes arbores[3] arbor una nobilis: nulla silva talem profert fronde flore germine. Dulce lignum dulces clavos dulce pondus sustinuit. ℣ Super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior. Dulce lignum. *Lectio viij.*

Rex vero eraclius suscipiens lignum sancte crucis hierosolymam properat. Omnesque populi gaudentes cum hymnis et canticis ei obviam pergunt. Cumque de monte oliveti descendit; et per eam portam quam dominus intraverat quando ad passionem venerat: ipse equo regio ornamentis imperialibus decoratus sedens voluisset intrare: repente lapides porte cadentes se clauserunt invicem: et factus est paries unus. Cumque mirarentur attoniti: viderunt signum crucis in celo. Et angelus domini accipiens illud signum crucis in manibus stetit supra portam et ait. Quando rex celorum dominus per hunc aditum passionem completurus introivit: non se purpuratum sed humilem[4] aselli terga supersedens cultoribus suis humilitatis exempla reliquit. Hiis dictis ad celum rediit. *Re.* Adoramus te Christe: et benedicimus tibi. Quia per crucem tuam redemisti mundum. ℣ Tuam crucem adoramus domine: tuam gloriosam recolimus passionem. Quia per crucem. *Lectio ix.*

Tunc imperator discalciatus crucem domini suscipiens: ivit ad portam: que se statim subrigens liberum omnibus patefecit ingressum. Sicque eraclius preciosam crucem cum honore loco suo restituit. Die vero eodem unus mortuus recepit vitam: paralitici quatuor: leprosi decem: quindecim: ceci: plurimique a demonibus[5] a suis infirmitatibus sunt liberati. Quicunque memoriam faciunt sancte crucis: partem habebunt cum dei genitrice in celis. Quod nobis idem filius concedat: qui vivit et regnat in secula seculorum. *Re.* Per tuam crucem salva nos Christe redemptor. Qui mortem nostram moriendo destruxisti: et vitam resurgendo reparasti all'a. ℣ Miserere nobis Jesu benigne qui passus es clementer pro nobis. Qui mortem.

[1] Hic: N. [2] quascunque: S. [3] 'arbores' om.: W.S.
[4] humilis: W.R.S. [5] 'et' add: W.R.N.

Digitized by Google

Gloria patri. all'a. *ps̄.* Te deum. ℣ Adoramus te. *In laudibus an̄.* O magnum pietatis opus mors mortua tunc est quando in ligno mortua vita fuit. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Ecce crucem domini fugite partes adverse: vicit leo de tribu juda radix david all'a. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Salva nos Christe salvator per virtutem sancte crucis qui salvasti petrum in mari miserere nobis. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* O crux admirabilis evacuatio vulneris restitutio sanitatis. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Crux benedicta nitet dominus qua carne pependit atque cruore suo vulnera nostra lavit. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Mihi autem. *Hymnus* Arbor decora. *ut supra.* ℣ Dicite in nationibus. *In evang. an̄.* Crux fidelis inter omnes arbor una nobilis nulla silva talem profert fronde flore germine. dulce lignum dulces clavos dulce pondus sustinet. *ps̄.* Benedictus. *Oratio* Deus qui unigeniti. *Memoria de martyribus. Oratio ut supra. et de domina.*[1] Anima mea. ℣ Elegit. *Cap.*[2] Supplicationem. *Ad primam an̄.* O magnum. *ps̄.* Deus in nomine tuo. *An̄.* Gratias. *ps̄.* Quicunque. *Re.* Jesu Christe. *cum* alleluia. ℣ Qui sedes. *Ad tertiam et ad alias horas antiphone de laudibus Capitula et Responsoria sicut in alio festo cum* all'a *et oratione* Deus qui unigeniti. *et*[3] *supra.*

¶ *In octava nativitatis beate marie. Ad vesperas an̄.* O magnum. *Et cetere antiphone de laudibus cum psalmis dominicalibus. Cap.* O quam pulchra. *Hymnus* Ave maris. ℣ Post partum. *In evange. an̄.* Gloriose. *ps̄.* Magnificat. *Oratio* Supplicationem. *Memoria de cruce. an̄.* O crux splendidior. *sine* alleluia. *Quere in alio festo.* ℣ Hoc signum. *Oratio.* Deus qui unigeniti. *Memoria de sancto nicomede martyre. an̄.* Hic est vere. ℣ Gloria et honore. *Oratio.*

Adesto domine populo tuo: ut beati nichomedis martyris tui merita preclara suscipiens ad impetrandam misericordiam tuam semper ejus patrociniis adjuvetur. per dom. *Ad completorium an̄.* Cum jocunditate. *et cetera sicut in die nativitatis beate marie. Ad matu. Invita.* Corde et voce. *ps̄.* Venite. *et cetera sicut in die. Sermo beati hieronymi. L. prima.*

Habemus fratres charissimi in beata maria magisteria probitatis expressa: quid primum eligere: quid respuere debeamus. Prima ejus virtus est fundamentum omnium virtutum: et custos humilitatis ipsa de qua gloriatur: quia respexit inquit humilitatem ancille sue: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. *Lectio ij.*

Ergo primum discendi incitamentum: nobilitas magistri: Deinde merces laboris optimi: fructus beatitudinis. Quid igitur nobilius matre domini? Quid splendidius ea: quam splendor elegit glorie sempiterne? Quid castius ea que corpus Christi sine contagione corporis generavit? Et tamen in ea solam humilitatem respexisse dominum confitetur: que est custos ceterarum virtutum. *Lectio iij.*

[1] '*an̄.*' *add: W.R.N.* [2] *pro* '*Cap.*' *oratio: W.R.N.S.* [3] *pro* '*et*' *ut: W.R.N.*

Digitized by Google

Collocaverat enim in tuto stationis portu: sublimia meritorum suorum exercitia: et ideo divinitus illustratur. Unde dominus: ad quem respiciam nisi ad humilem et quietam [1] et trementem sermones meos. Fecit quod promiserat: et respexit humilitatem ancille sue: unde beata jam ab omni seculo dicitur. *Lectio iiij.*

O filie si vere virgines esse vultis: humilitatem sectamini: et matrem domini: que se ancillam vocat: corde amoris imitari procurate. Que didicit ab ipso sponso: cui vos devovistis humilitatem: quam vos ex se docuit. Unde ait idem: Discite a me: quia mitis sum et humilis corde. *Lectio v.*

Non ergo beata dei genitrix a filio suo domino nostro didicit celos fabricare: non miracula divinitatis insignia operari: sed tantum humiliari: ceteraque virtutum documenta intra humilitatis custodiam aggregare. Unde cum ea semper singularum virtutum pudicicia comes in remota mansit: quia omnino pudor individuus comes virginitati esse debet: sine quo castitas vera servari non potest.

Nunquam igitur beata maria sine pudoris sui custode processit. [*Lec. vj.* Et ideo si placet vobis charissime: talis ac tanta virgo: placeat et opus virtutis: cujus vita omnium disciplina est: cujus mores instituta sunt ecclesiarum: que precellit cunctis: supereminet universis. Propterea quecunque virgo sibi ab ea optat premium: et implorat auxilium debet imitari exemplum.

¶ *Initium sancti evangelii secundum matheum.*

Liber generationis Jesu Christi filii david filii abraham Et reliqua. *Omelia beati hieronymi presbyteri.* *Lectio vij.*

Animadvertendum est vobis fratres charissimi mattheum suscepisse incarnationem domini secundum stirpem regiam: plenamque secundum hominem: presentem vitam: facta et dicta ejus exequi. Unde et in principio evangelii sui taliter exorsus ait. Liber generationis Jesu Christi. *Lectio viij.*

Quo exordio suo satis ostendit generationem Christi secundum carnem se suscepisse narrandum.[2] Secundum hanc enim Christus filius hominis est quod etiam se ipse sepissime appellat commendans nobis: quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis. *Lectio ix.*

Nam illa superna et eterna generatio secundum quam filius dei unigenitus est ante omnem creaturam: quia per ipsum facta sunt omnia: ita ineffabilis est ut de illa dictum a propheta ysaia [3] intelligatur: generationem ejus quis enarrabit? Quanquam et de temporali ejus nativitate qua verbum caro factum est: et virgo spiritusancto gravida filium peperit: et virgo permansit: hec prophetica sententia possit non inconvenienter accipi: ne sacre edificationis discors compago non hereat.

[1] quietum: R.N. [2] narrandam: R.N. [3] esaia: N.S.

Digitized by Google

Cetera ad matutinas et horas sicut in die nativitatis cum oratione Supplicationem. *Et fiat memoria ad matutinas de sancto nichomede.*

Si octave nativitatis beate marie die sabbati evenerint: secunde vespere omnino erunt de domina: et fiat memoria de historia et in crastino cantetur de historia. scilicet Peto domine *etc.*

¶ *Sanctorum martyrum Eufemie Lucie et Geminiani. Añ.* Gaudent in celis. ℣ Exultent justi. *Oratio.*

Omnipotens sempiterne deus qui infirma mundi eligis: ut fortia queque confundas: concede propitius: ut qui beate eufemie martyris tue solennia colimus ejus apud te patrocinia sentiamus. *Alia oratio sub eadem conclusione ad vesperas et ad matutinas. Oratio.*

Presta quesumus domine precibus nostris cum exultatione proventum ut quorum diem passionis annua devotione recolimus: etiam fidei constantiam consequamur. per dominum. *L. j.*

Sancta igitur eufemia fide adornata ante priscum presidem est adducta. Et quia deo marti sacrificare respuebat: post dira tormentorum supplicia jussit argumentum rotarum fieri: et in medio illam poni: ut cito redderet spiritum. Angelus vero dei confestim descendens argumentum rotarum confregit: et ministros dissolvit ita: ut fierent paralytici. Sancta ergo virgo exiit sine macula. Tunc proconsul jussit eam in fastidium adduci: et exierunt due bestie et quattuor leones: et osculate sunt sancte virginis vestigia.

Ut autem comple- [*Lectio ij.* retur certaminis ejus martyrium: una ex bestiis momordit eam: livorem tamen nullum fecit: et vox de celo venit dicens. Ascende eufemia: et palmam tuam recipe cursu consummato. Post hanc ergo vocem sonus factus est: ita ut commoveretur locus ille: et tremuerunt omnes: sanctaque[1] virgo suum Christo reddidit spiritum. Sancta vero lucia hac ipsa die imperante diocliciano[2] missa est in carcerem: et ecce subito fundamenta carceris remota[3] sunt. *Lectio iij.*

Et post dies quattuor fluvius inundavit de fundamentis carceris: et interiit media pars romane civitatis et domus diocliciani: ita ut nec lapis in eodem loco remaneret. Mox quidam vir nomine geminianus conversus est ad dominum sequens eam. Hec audiens dioclicianus: jussit eos penis affligi: ipseque iter arripuit ab urbe roma: et dei judicio in quodam flumine interiit cum omni officio suo. Erant ergo omnes viri qui cum eo erant dimersi mille[4] trecenti quadraginta sex. Post hec sancti martyres sub tribus judicibus diversa sustinuerunt supplicia. Demumque sancta lucia inter verba orationis migravit ad dominum. Et sanctus geminianus gladio percussus emisit spiritum. per eum qui vivit et regnat in secula seculorum. *Cetera de communi plurimorum martyrum: cum*

[1] sancta que: S. [2] diocl ciano: W R.S. diocletiano: N. passim.
[3] commota: W.R. [4] 'mille' om.: N.

Digitized by Google

oratione ad horas. Presta quesumus domine precibus.

¶ *Sancti lamberti episcopi et martyris.* *Lectio j.*

Gloriosus igitur rex childericus venerandum virum lambertum ecclesie trajectensis constituit episcopum. Cunque rex predictus ab impiis fuisset interfectus: sanctus lambertus de sede episcopali absque culpa expulsus: et faramundus in cathedra illius est constitutus. Expletis autem septem annis: de sede episcopali [1] faramundus est depositus: et sanctus lambertus cum magno honore ad propriam sedem a principe pipino est revocatus. *Lectio ij.*

Cum ergo dominus propter opera sua sancto lamberto dignam redderet mercedem: insurrexerunt duo pessimi homines adversus eum: quosque pontificis amici interfecerunt. Cunque dodo qui erat pippini principis domesticus audisset necem proximorum suorum: collegit multitudinem fortissimorum virorum: ad interficiendum beatum episcopum. Cum ergo advenissent ubi episcopus manebat: nonnulli de ipso exercitu viderunt sancte crucis signum super domum ubi episcopus manebat: eratque clarior auri metallo fulgente. *Lectio iij.*

Ingressi sunt ergo carnifices domum episcopi: et interfecerunt omnes quos invenerunt. Unus autem ex ipsis feriens jacula [2] super tectum cubiculi: ubi sanctus lambertus orabat: in ictu teli jaculavit eum: quique bono cursu consummato reddidit spiritum. Post hec vero infra cubiculum ubi sanctus episcopus felicem fudit cruorem: luminaria ex divina accensa potentia resplendebant clarius: ita ut omnis domus illa tota resplenderet quasi radius solis: ad laudem ipsius sancti: et domini Jesu Christi: qui vivit et regnat in secula seculorum. *Cetera de communi unius martyris.*

¶ *In vigilia sancti matthei*[3] *apostoli et evangeliste.*

Matutine et horę dicantur de feria.

¶ *In vigilia sancti matthei.*

Ad vesperas añ. Vos qui reliquistis. *et cetere antiphone cum psalmis ferialibus preter quintam antiphonam: que erit.* Ecce ego. *Cap.* Unicuique. *Re.* Quattuor.

Matthee sancte bino pollens munere: sedulis Jesum interpella questibus: ut nos in mundi gubernet turbinibus: ne post eternus sorbeat interitus. [*Hymnus.*] *Hymnus* Annue Christe. ℣ In omnem terram. *In evange. añ.* Ecce ego. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Da nobis quesumus omnipotens deus: ut beati mathei apostoli tui et evangeliste: quam prevenimus veneranda solennitas: et devotionem nobis augeat et salutem per dominum. *Ad matu. Invitato.* Regem evangelistarum. *Cetera de communi unius evangeliste.* *Lectio j.*

Gloriosus apostolus et evangelista Christi mattheus post ascensionem domini pervenit ethiopiam. Erantque ibi duo

[1] 'ipse' add: W.N. [2] jaculo: N. [3] 'Mathei' passim: R.S.

Digitized by Google

magi zaroes et arphaxat in civitate que dicitur naddabar[1]: in qua erat rex nomine eglippus. Hunc itaque ludificabant hi duo magi: ut dicerent se[2] deos esse: et credebat eis omnis populus: etiam et ipse rex memorate civitatis. *Lectio ij.*

Ingressus ergo apostolus civitatem: omnia mala evacuabat in nomine Christi: que illi hominibus faciebant. Cum per aliquot dies apostolus maneret in domo eunuchi: qui a philippo fuerat baptisatus: venit qui diceret magos illos cum singulis draconibus advenire. Dracones autem erant galeati[3]: et sulphureas aureas[4] emiserunt naribus: quorum odore homines interficiebantur. Aperto autem ostio: consignans se apostolus exivit. Mox ut egressus est: ambo dracones ante pedes apostoli obdormierunt. *Lectio iij.*

Tunc dicit[5] magis apostolus: Ubi est ars vestra? Si potestis: excitate[6] illos. Tunc conabantur magi excitare illos: et non potuerunt. Ad vocem autem apostoli levantes capita sua ceperunt ire: et exeuntes[7] ub urbe nusquam comparuerunt. Interea luctus magnus ortus est: in quo regis filius mortuus plangebatur. Ad cujus funus stabant magi. Qui cum non possent suscitare eum: dicebant regi hunc esse raptum: ut sit unius[8] ex diis. Tunc veniens apostolus: prostrata eufonissa[9] uxor regis coram apostolo ait: Agnovi te apostolum dei: veni et invoca nomen ejus super filium meum: et credo deo. Apprehendensque apostolus manum pueri ait: In nomine domini nostri Jesu Christi crucifixi surge eufranon.[10] Et confestim surrexit puer. *Lec. iiij.*

Baptisatus est rex eglippus: et uxor ejus: et filius ejus qui suscitatus est: et filia ejus efigenia[11]: que virgo Christi permansit. Defuncto autem rege eglippo: accepit hirtatus[12] filius fratris sui regnum. Hic cum vellet accipere efigeniam filiam defuncti regis in uxorem: que sacrum velamen acceperat ab apostolo: et erat preposita virginum amplius quam ducentarum: dixit apostolo: Dimidium regni mei accipe: tantum fac ut efigenia meo matrimonio copuletur. *Lectio v.*

Sanctus apostolus dixit ad hirtacum. Die sabbati fac convenire ipsam et omnes virgines que cum ea sunt: et audies que loquar. Quod cum factum fuisset apostolus dixit. Si sponsam regis servus usurpare audeat: merito vivus tradatur flammarum incendiis. Quomodo ergo et tu hirtace efigeniam sponsam celestis regis poteris tuo copulare matrimonio? Hoc sermone hirtacus ira succensus abcessit.[13] Quadam igitur die mysteriis celebratis: et misso ab hirtaco spiculatore: apostolus in ecclesia juxta altare gladio ictu a tergo percussus martyr est effectus. *Lec. vj.*

Tunc omnis populus ad palacium regis cum igne pergebat. Cui presbyteri

[1] raddaber: R.N. [2] 'se' om.: S. [3] galiati: W.S.
[4] auras: N. [5] dixit: N.S. [6] excitare: S.
[7] exuntes: S. [8] unus: W. [9] euphenissa: R.N.S.
[10] eufranum: R.N. [11] ephigenia: S. [12] hirtacus: R.N.S. [13] abscessit: R.N.S.

Digitized by Google

dixerunt. Celebremus martyrium apostoli: et quid dominus ordinare voluerit expectemus. Postea vero hirtacus fecit pretorium circundari igne in quo efigenia cum suis virginibus domino famulabatur. Et confestim angelus dei cum mattheo apostolo apparuit dicens Efigenia firma esto: ignes ad illum a quo tibi suppositi sunt revertentur. Excitato autem vento consumpsit ignis palatium regis ita ut vix evasit cum filio suo. Quem demon [1] implevit: et colligatis a tergo manibus ad sepulchrum apostoli currens paterna crimina confessus est. Ipse autem hirtacus elephantinis vulneribus a capite usque ad pedes percussus: cum non posset sanari gladium in se ponens occubuit. *Sec. Matt.*

In illo tempore: Vidit Jesus hominem sedentem in theloneo mattheum nomine: et ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et reliqua.

Omelia venerabilis bede presbyteri. *Lectio vij.*

Dominus ac redemptor noster fratres charissimi qui istum mattheum verbo vocavit: intus invisibili instinctu ut sequeretur edocuit: infundens menti illius lumen gratie spiritalis ut intelligeret: quia is qui eum a temporalibus vocabat lucris incorruptibiles ei in celis dare thesauros valeret. *Lectio viij.*

Et surgens secutus eum [2] eum. id est dimisit caduca que gerebat: ut sequeretur eterna: ad que illum veritas invitabat. Unius publicani [3] conversio: multis exemplum penitentie et indulgentie publicanis ac peccatoribus tribuit. Tanta enim cupiditate sequendi dominum ductus est ut in nullo prorsus hujus vite respectum vel cogitationem sibimet reservaverit. *Lectio ix.*

Iste enim mattheus fecit domino magnum convivium in domo sua. sicut lucas evangelista testatur. Et factum est discumbente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum Jesu et discipulis ejus. Viderant enim publicanum a peccatis ad meliora conversum: locum invenisse penitentie et ob id etiam ipsi non desperant salutem. *Cetera de communi unius evangeliste ad matutinas et horas cum oratione.*

Beati matthei apostoli tui et evangeliste domine precibus et meritis adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet: ejus nobis intercessione donetur. per dominum. *Ad vesperas añ.* Dilecti deo. *ps̄.* Dixit dominus. *Et cetera omnia de communi unius evangeliste cum oratione* Beati matthei. *Memoria de martyribus mauricio et sociis ejus. Añ.* Gaudent. ℣ Exultent. *Oratio.*

Annue quesumus domine [4] deus: ut nos sanctorum martyrum tuorum mauricii: exuperii: candidi: victoris vitalis: et innocentii cum sociis eorundem letificet festiva solennitas: ut quorum suffragiis nitimur natalitiis gloriemur. per dominum.

¶ *Sancti mauricii sociorumque ejus.*

[1] demum: S.
[3] publicavi: W.
[2] pro 'eum cum' est eum: W.R.N.S.
[4] pro 'domine' omnipotens: W.S.

Digitized by Google

Ad matu. Invita. Gaudete. *Et cetera de communi plurimorum martyrum. Lectio j.*

Igitur maximianus cesar transcensis alpibus venit octodorum: ibique idolis sacrificaturus: exercitum convenire jussit. Erant autem in eadem legione sex milia sexcenti ac sexaginta sex viri: ex quibus erat primicerius mauricius: et signifer exuperius: et candidus senator.[1] Cumque missi satellites ad legionem sanctam venissent: et eis verba cesaris dixissent: responderunt. Nos vero pugnare adversus impios scimus. laniare pios et concives penitus ignoramus: quia christiani sumus. *Lectio ij.*

Cum ergo maximianus cesar responsa sanctorum theborum [2] audisset: nimio furore accensus dixit militibus suis. Jam nunc fidelissimorum meorum turba festinet: et decimum quemque morti funesta sors prebeat. Post hanc vocem apparitoris jussio infausta porrigitur: et ad legionem sanctam velociter properatur. Traduntur enim neci: quos ordo reperit [3] numerandi. *Lectio iij.*

Perfecto itaque scelere: ut octodorum legio redeat jubetur. Sancta legio dixit Nos omnes christianos esse cognosce: habebisque potestati tue subdita omnium corpora: christianas vero animas auctorem suum respicientes non tenebis. Postquam ergo hec renunciata sunt maximiano cesari: iterum precepit ut decimum renovate crudelitatis ordo consumeret Post hanc vocem ad legionem iterum properatur: et reliquis ut octodorum redeant jubetur. *Lec. iiij.*

Sancta vero legio dixit. Occide prosterne: quia secandas gladiis cervices prebemus intrepidi. Tunc maximianus cesar preparare [4] exercitum jussit: nullumque de tanto sanctorum exercitu precepit derelinqui.[5] Laniantur igitur beata thebeorum corpora et devotas deo animas fideli mortis professione commendant. Peracta tandem cede inter omnium sanctorum percussores preda dividitur. Divisaque preda male victrix turba ad epulandum consedit.[6] *Lec. v.*

Interea veteranus quidam nomine victor itineris necessitate ad illum locum passionis sanctorum pervenit: graviterque suspirans ait. Heu me qui per tot annorum militiam ad hanc legionem militare non merui. Hec eo loquente: subito percussorum insania ejus caput obtruncat: atque ita vir sanctus consortium sanctorum martyrum celeri professione promeruit. *Lectio vj.*

Maximianus vero cum dispositis insidiis genero suo constantino tunc regnum tenenti mortem moliretur: deprehenso dolo illius apud massiliam [7] captus: nec multo post strangulatus: teterrimoque hoc supplicio affectus: impiam vitam digna morte finivit. *Septima lectio tantum* [8] *de expositione evangelii* Descendens Jesus de monte. *Omelia ut in communi. Lectio viij.*

[1] sanator: N. [2] thebeorum: W.R.N.S. [3] repperit: W.S.
[4] properare: W.R.N.S. [5] dereliqui: W.R.N. [6] considit: R.N.
[7] marsiliam: W.R.N.S. [8] '*tantum*' *om.*: *N.*

Digitized by Google

Beatissimorum vero martyrum corpora post multos passionis annos sancto theodoro illius loci episcopo revelantur. In quorum honore cum extrueretur basilica : que vaste tunc adjuncta rupi uno tantum latere acclivis jacebat. Sed nunc jubente ambrosio loci illius abbate: denuo edificata declivis esse dinoscitur.[1] Neque enim hoc[2] omittendum est : quod per longum temporis spacium beati innocentii martyris membra rodanus revelavit. Jugi enim diluvio vicinum cespitem vergens religiosa quadam soli pernicie ad sepelturam[3] martyris famulatrix nuda[4] pervenit. *Lectio ix.* Prolatas namque reliquias leniter lambens non ideo se a natura protulit ut eum gurgitis sui procella demergeret : sed ob hoc ut gloriosa devotio intra ambitum basilice ceteris martyribus sepultura perciperet[5] sociari. Cujus translationem a sancte recordationis domiciano genuensi episcopo et grato augustane urbis: vel prothasio tunc temporis illius loci episcopo celebratam recolentes quotidiana devotione et laudibus frequentamus: per eum qui vivit et regnat per seculorum secula. *ps̄.* Te deum. ℣ Mirabilis deus. *In laudibus an̄.* Sanctus mauricius legionem sanctam premovit[6]: ut ad celestia regna properarent beatus exuperius miles candidus et victor junctis meritis se sociaverunt. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Sancta legio agaunensium martyr dum resisterent adversariis sacro duce mauricio interveniente immortalitatis compendium acquisierunt. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Preciosa sunt thebeorum martyrum vulnera sancti mauricii cum sociis suis qui sub maximiano mortem decreverunt suscipere. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Ecce factus est sacer ille agaunensium locus per suffragia sanctorum salus presentium presidium futurorum. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Sanctorum corporum sacer sanguis undas perfudit preciosorum martyrum societas consecravit : que lavit rodanus inundando refundens. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Reddet deus. *Hymnus* Rex gloriose. ℣ Justi autem. *In evang. an̄.* Flagrabat in beatissimis martyribus gloriosus ardor: quia trucidati ferro collis submissis a maximiano perempti sunt: quos multitudo angelorum cum gaudio susceperunt. *ps̄.* Benedictus. *Oratio* Annue. *Ad horas antiphone de laudibus Capitula et Responsoria ut in communi. Ad vesperas antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Reddet deus. *Hymnus* Rex gloriose. ℣ Exultent. *In evan. an̄.* Istorum est enim. *ut in communi. ps̄.* Magnificat *Or̄o.* Annue. *Memoria de sancta tecla virgine. An̄.* Simile est regnum. ℣ Diffusa. *Oratio* Omnipotens sempiterne *ut in communi.*

¶ *Sancte tecle virginis. Lectio j.*

Beata vero tecla in civitate yrconensi orta per predicationem beati pauli conversa credidit Christo. Irata mater ejus

[1] dignoscitur: N. [2] pro 'hoc' omnino: R.N. [3] sepulturam: R.N.S.
[4] pro 'nuda' unda: R.N. [5] preciperet: R.N. [6] premonuit: R.N.S.

Digitized by Google

eam apud judicem accusavit super titulo christianitatis. Et quia sponso sibi assignato nubere rennuit[1]: ad preces matris ejus judicavit eam proconsul igne cremandam. Et cum suppositus fuisset ignis: ros desuper veniens: ignem extinxit: et illa ab incendio liberata discessit. *Lectio ij.*

Et cum agnovisset: ubi apostolus hospitaretur: omnia mundana relinquens: adherebat paulo. Quo viso gavisi sunt quod eam dominus liberasset de igne: et epulati sunt in domino. Post hec alexander vir potens obtulit eam judici dicens. Ista puella christiana est. Et cum ita cognovisset: condemnavit eam bestiis subigendam. Productis vero bestiis ponitur super leenam que obverso capite laniebat[2] pedes ejus. Quo viso: populus obstupuit. *Lectio iij.*

Post hec inmittuntur leones et ursi: sed leena ceteris acerbior precurrens ad pedes ejus accubuit. Inde currit ursa: sed leena scidit eam. Post hec submiserunt ferrum candens sub pedibus taurorum ut atrocius effrenata animalia saltu rapido victam[3] virginem discerperent: sed ferrum combussit funes: et virgo mansit illesa. Quam proconsul vestibus indui precepit: que descendens in domum cujusdam mulieris nomine triferre[4] ipsam et domum ejus totam ad fidem Christi convertit. Inde seuleticam pergens: post aliquot dies transivit ad dominum: cui est gloria et honor in secula.

Cetera de communi unius virginis non martyris.

¶ *Sancti Firmini episcopi et martyris.* *Lectio j.*

Erat in civitate hiberiensi nomine pampolana vir quidam genere et ordine primus inter senatores nomine firmus. Qui cum esset fide catholicus filium suum primogenitum nomine firminum honesto presbytero commisit honestis moribus informandum et liberalibus literis edocendum. Cum autem decem et septem annorum esset firminus: divina doctrina repletus: cepit sanctam ducere vitam: et totis viribus domino psallere. [*Lectio ij.*

Cum ergo Christi famulus presbyter honestus senio jam esset affectus: nec sicut consueverat: salutem in gentibus predicare sufficiebat: beatum firminum ad seminandum verbum dei sepius destinavit. Ipse vero injunctum officium suscepit: susceptum complevit: fructumque non modicum reportavit. Misit igitur eum presbyter ad honeratum[5] tholosane civitatis episcopum. Ad quem cum pervenisset: illum episcopum consecravit: et coram astantibus dixit. Gaude fili: quoniam vas electionis[6] esse meruisti. *Lectio iij.*

Circa tricesimum primum etatis sue annum galliarum provincias adiit: et multitudinem populi ad fidem Christi convertit. Infra tres dies fere tria milia hominum per beatum firminum ad dominum conversi sunt. Audientes vero lorigulus

[1] renuit: W.R.N. [2] lambebat: W.R.N. laniabat: S [3] dictam: R.N. [4] trifene: S. [5] honoratum: W.R.N.S. [6] lectionis: S.

Digitized by Google

et sebastianus presides: preceperunt militibus apprehendere eum et carceris custodibus commendare: clamque eum noctis silentio capite truncari. Quod et factum est. Cujus corpus faustinianus a beato martyre baptizatus: conditum aromatibus sepelivit ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius martyris.*

¶ *Sanctorum martyrum cipriani*[1] *et Justine. Lectio j.*

Tempore illo sub diocliciano[2] imperatore in civitate antiochia erat quedam virgo nomine justina. Aclaudius vero quidam scholasticus videns virginem frequenter euntem ad ecclesiam in desiderio ejus accenditur: et accessit ad cyprianum magum et promisit ei duo talenta auri et argenti duo: ut per maleficia sua caperet animam virginis justine. Ciprianus autem excitavit demones: et transmisit ad virginem decipiendam. Sed sacra virgo signo crucis sese consignans illum demonem secundo et tertio a se expulit. *Lectio ij.*

Videns vero ciprianus signa que per sanctam virginem facta sunt: coram episcopo ecclesie cecidit dicens. Deprecor te pater: salva animam meam. Episcopus autem suscepit et benedixit eum dicens. Festina fili ad ecclesiam: et orationes incessanter redde deo. Ciprianus autem vadens ad domum suam: omnia idola confregit. In magno autem die baptizavit eum episcopus: et post aliquot[3] tempus factus est diaconus. Completo autem anno factus presbyter: permansit sexdecim annos in officio presbyterii. Beatus autem antimius precognoscens exitum suum ordinavit sanctum ciprianum episcopum: et obdormivit in domino. *Lectio iij.*

Ciprianus autem sanctam justinam promovit faciens eam diaconissam: et constituit eam matrem monasterii virginum. Hec audiens comes encholonius: scripsit et retulit ista regi. Iratus vero rex valde transmisit eos in nichomediam civitatem decollandos. Sancta vero justina ante ciprianum rogatu ejus consummata: decollatus est mox ciprianus et projecta sunt corpora eorum canibus. Naute vero fideles noctu levaverunt corpora eorum in navim et accipientes a quibusdam sanctis[4] acta eorum scripta: navigaverunt romam: et ibidem eos sepelierunt ad laudem ipsius qui vivit et regnat in secula seculorum amen. *Cetera de communi plurimorum martyrum.*

¶ *Sanctorum martyrum Cosme et Damiani. Oratio.*

Presta quesumus omnipotens deus: ut qui sanctorum martyrum tuorum cosme et damiani natalitia colimus: a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. per dominum.

Temporibus dioclitiani[5] [*L. j.*] imperatoris fuit quedam mulier in civitate egea deum timens nomine theodora: que geminos fratres cosmam et damianum

[1] *cypriani: R.N.*
[2] diocleciano: R.S. diocletiano: N.
[3] aliquod: R.N.
[4] sanctus: S.
[5] diocleciani: R. diocletiani: N. diocliciani: S.

Digitized by Google

enixa est: qui a spiritusancto per medicine artem edocti sunt curare omnem infirmitatem: non solum in hominibus sed etiam in jumentis. Hec igitur illi sancti facientes: a nullo aliquid recipiebant. *Lectio ij.*

Eo tempore matrona quedam nomine palladia clinica erat: que ab illis curata est. Et occulte sancto damiano obtulit munusculum: quod ille sacramentis terribilibus constrictus suscepit. Et ideo precepit cosmas ne corpus ejus una cum eo sepeliretur. In eadem nocte apparuit dominus cosme dicens: Quare sic locutus es propter munus: quod frater tuus suscepit? Non mercedis gratia sed per nomen meum adjuratus suscepit. *Lectio iij.*

Audiens igitur preses lisias[1] vitam sanctorum cosme et damiani: vocavit eos ad se et dixit: Accedite et sacrificate diis nostris. Sancti martyres dixerunt. Idola vana surda ceca et muta non adorabimus. Tunc penis torquebantur multimodis: sed illesi manebant. Jussit igitur venire quattuor nomina[2] militum: qui sanctos dei sagittarent. Et cum omnes sagittas suas expenderunt[3]: nihil nocuerunt sanctis: sed retro converse interfecerunt plurimam hominum multitudinem. Accedentes vero carnifices: capita eorum amputaverunt. Sicque sancti martyres animas suas in pace reddiderunt. per eum qui vivit et regnat in secula. *Cetera de communi plurimorum martyrum etc.*

¶ *Sancti michaelis archangeli. Ad vesperas antiphona.*

Excelsi regis filium collaudant cives celici: quem cherubin et seraphin sanctus proclamant seduli. *Psalmi feriales Añ.* Cui sol luna deserviunt per tempora: qui resides super thronos: et judicas equitatem: assis nostris precibus pius ac propitius. *Añ.* Prepositus paradisi janue cetusque angelicus ac patriarcharum cunei cum ceteris civibus supernis nobis precentur veniam a domino. *Añ.* Summa laus dulcis melodia te condecet per orbitam quo centrichorus resultat gaudens tali socio: arva plaudunt et reboant leta tanto nuncio o michael celorum preposite nostras voces suscipe. *Añ.* Domine deus sabaoth omnium dignitatum dispensator atque largitor: da nobis famulis tuis beati michaelis archangeli omniumque sanctarum celestium virtutum semper tueri presidiis: et eorum gloriam ad laudem tui sancti nominis venerantes ipsorum gaudiis fac esse participes. *Capitulum.*

Factum est prelium in celo: michael et angeli ejus preliabantur cum dracone: et draco pugnabat: et angeli ejus: et non prevaluerunt: neque inventus est locus eorum amplius in celo. *Re.* Te sanctum dominum in excelsis laudant omnes angeli dicentes: Te decet laus et honor domine. ℣ Cherubin quoque et seraphin sanctus proclamant: et omnis celicus[4] ordo dicentes: Te decet. *Hymnus.*

Tibi Christe splendor patris vita virtus cordium in

[1] lysias: N. [2] pro 'nomina' milia: N. [3] expenderent: N. [4] celitus: N.

conspectu angelorum votis voce psallimus alternantes concrepando melos damus vocibus. *C*olaudamus venerantes omnes celi milites: sed precipue primatem celestis exercitus michaelem in virtute conterentem zabulon. *Q*uo custode procul pelle rex Christe piissime omne nephas inimici mundo corde et corpore paradiso redde tuo nos sola clementia. *G*loria patri melodis personemus vocibus: gloriam Christo canamus: gloriam paraclito: qui deus trinus et unus extat ante secula amen. ℣ In conspectu angelorum psallam tibi deus meus Adorabo ad templum sanctum tuum: et confitebor nomini tuo all'a. *In evang. añ.* Dum sacrum mysterium cerneret johannes: archangelus michael tuba cecinit: ignosce domine deus noster: qui aperis librum: et solvis signacula ejus all'a. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui miro ordine angelorum ministeria hominumque dispensas: concede propicius: ut quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur: ab his in terra vita nostra muniatur. per dominum. *Ad matuti. Invi.* Angelorum regi deo jubilemus pariter: Michaelem venerantes primatem solenniter. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Tibi Christe. *In primo nocturno añ.* Stetit angelus juxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua. *ps̄.* Domine dominus noster. *Añ.* Ascendit fumus aromatum in conspectu domini de manu angeli. *ps̄.* In domino confido. *Añ.* Michael archangele veni in adjutorio populo dei. *ps̄.* Domine quis habitabit. ℣ In conspectu. *Lectio j.*

Angelorum hominumque naturam ad cognoscendum se dominus condidit: quam dum consistere ad eternitatem voluit: eam proculdubio ad similitudinem suam creavit. Decem vero dragmas habuisse in evangelio mulier illa describitur: quia novem sunt ordines angelorum. Sed ut compleretur electorum numerus: homo decimus est creatus. *Re.* Factum est silentium in celo dum committeret bellum draco cum michaele archangelo: et audita est vox milia milium dicentium: Salus honor et virtus omnipotenti deo. ℣ Milia milium ministrabrant ei: et decies milies centena milia assistebant ei. Salus. *Lectio ij.*

Novem vero angelorum ordines diximus: quia videlicet esse testante sacro eloquio scimus angelos: archangelos: virtutes: potestates: principatus: dominationes: thronos: cherubin atque seraphin. Per prophetam igitur angelo qui est primus conditus dicitur. Tu signaculum similitudinis plenus sapientia: et perfectus decore in deliciis paradisi dei fuisti. *Re.* Stetit angelus juxta aram templi habens thuribulum aureum in manu sua et data sunt ei incensa multa. Et ascendit fumus aromatum de manu angeli in conspectu domini. ℣ Factum est silentium in celo et accepit angelus thuribulum et implevit illud de igne altaris. Et. *Lectio iij.*

Qui notandum quod non ad similitudinem dei factus:

Digitized by Google

sed signaculum similitudinis dicitur: ut quia in eo subtilior[1] est natura: eo[2] in illum imago dei similius insinuetur expressa. Quo in loco mox subditur. Omnis lapis preciosus operimentum tuum. Sardius topazius et yaspis[3]: crisolitus: onix: et berillus[4]: sapphirus[5]: carbunculus et smaragdus. Ecce novem diximus nomina lapidum: quia profecto novem sunt ordines angelorum. *Re.* In conspectu angelorum psallam tibi: et adorabo ad templum sanctum tuum. Et confitebor nomini tuo domine. ℣ Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te. Et confitebor. Gloria patri. Et confitebor. *In ij. nocturno añ.* Michael prepositus paradisi quem honorificant angelorum cives. *ps̄.* Domini est terra. *Añ.* Gloriosus apparuisti in conspectu domini propterea decorem induit te dominus. *ps̄.* Benedicam. *Añ.* Angelus archangelus michael dei nuncius de animabus justis suscipiendis. *ps̄.* Exaudi deus orationem meam cum deprecor. ℣ Stetit angelus juxta aram templi. Habens thuribulum aureum in manu sua all'a. *L. iiij.*

Predictis nimirum ordinibus: ille primus angelus ideo ornatus et opertus extitit: quia dum cunctis agminibus angelorum prelatus est: ex eorum comparatione clarior fuit. Sed cur istos persistentium angelorum choros enumerando perstrinximus si non eorum quoque ministeria subtiliter exprimamus. *Re.* Hic est michael archangelus princeps militie angelorum. Cujus honor prestat beneficia populis et oratio perducit ad regna celorum. ℣ Archangele Christi per gratiam quam meruisti deprecamur per unigenitum dominum nostrum: ut eripias nos a laqueo mortis. Cujus. *L. quinta.*

Greca enim lingua angeli nuncii: archangeli vero summi nuncii vocantur. Sciendum vero quod angelorum vocabulum: nomen officii est non nature. Nam sancti illi celestis patrie spiritus: semper quidem[6] sunt spiritus: sed semper vocari angeli nequaquam possunt: quia tunc solum sunt angeli: cum per eos aliqua nunciantur. Unde et per psalmistam dicitur. Qui facit angelos suos spiritus. Ac si aperte dicat. Qui eos quos semper habet spiritus: etiam cum voluerit angelos facit. *Re.* Venit michael archangelus cum multitudine angelorum cui tradidit deus animas sanctorum. Ut perducat eas in paradisum exultationis. ℣ Data est potestas archangelo michaeli super animas justorum. Ut perducat. [*Lec. vj.*

Hi autem qui minima nunciant angeli: qui vero summa annunciant: archangeli vocantur. Hinc est enim: quod ad mariam virginem non quilibet angelus sed gabriel archangelus mittitur. Ad hoc quippe ministerium summum angelum venire dignum fuerat: qui summum omnium nunciabat. Ideo angeli propriis nominibus censentur ut significetur per vocabula quid in operatione valeant. *Re.*

[1] subtilis: R. [2] ea: R.N. [3] jaspis: N.S.
[4] berilus: S. [5] saphirus: R.S. [6] quidam: S.

Digitized by Google

Princeps sancte celestis militie ne nos damnet pro commissis judicis sententia. Assis pius in futuro defensor examine. ℣ Separemur a sinistris ut cum dextris positi perfruamur judicantis voce blanda domini. Assis pius in futuro. Gloria patri. Assis pius in futuro defensor. *In iij. nocturno añ.* Concussum est mare et contremuit terra : ubi archangelus michael descendebat de celo. *ps̄.* Cantate (*j.*) *Añ.* Data sunt ei incensa multa : ut adoleret ea ante altare aureum quod est ante oculos[1] domini. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* Laudemus dominum quem laudant angeli quem cherubin et seraphin sanctus sanctus sanctus proclamant. *ps̄.* Benedic (*j.*) ℣ Ascendit fumus aromatum. In conspectu domini de manu angeli all'a. *Sec. mattheum.*

In illo tempore : Accesserunt discipuli ad Jesum dicentes. Quis putas major est in regno celorum ? Et reliqua. *Omelia Excerpta*[2] *de diversis tractatibus.* *Lectio vij.*

Quotiens legimus domini discipulos de ordine prioratus inter se contendisse vel interrogasse : non livori et invidie deputare debemus : sed humane fragilitati ac infirmitati. Rudes quippe erant et novelli : quia enim audierant eum suam resurrectionem predicantem : et nondum[3] spiritussancti gratia illuminati : celeste regnum perfecte[4] amare non didicerant. *Re.* Fidelis sermo et omni acceptione dignus michael archangelus pugnavit cum diabolo. Gratia dei ille victor in celis extitit et ille hostis antiquus passus est ruinam magnam. ℣ Factum est silentium in celo dum committeret bellum draco cum michaele archangelo. Gratia dei. *Lectio viij.*

Quia vero ait evangelista Nondum erat spiritus datus: quia nondum fuerat Jesus glorificatus. Putabant quod ipse resurgens a mortuis : corporaliter regnum teneret : et[5] ipsi honoribus sublimarentur. Sed magister humilitatis ait in evangelio : Discite a me : quia mitis sum et humilis corde : et invenietis requiem animabus vestris. ut ostenderet regnum celorum non per superbiam : sed per humilitatem esse querendum. *Re.* Archangeli michaelis interventione suffulti te domine deprecamur. Ut quos honore prosequimur : contingamus in[6] mente. ℣ Perpetuum nobis domine tue miserationis presta subsidium : quibus et angelica prestitisti suffragia non deesse. Ut. *Lectio ix.*

Illumque vero esse majorem in eo qui propter deum se humiliat : advocans parvulum statuit eum in medio eorum et dixit : Amen dico vobis : nisi conversi fueritis : et efficiamini sicut parvuli : non intrabitis in regnum celorum. Non quod apostolos doceat esse parvulos corpore : sed ut innocentiam parvulorum studeant retinere. *Re.* Te sanctum dominum. *ut supra in primis vesperis. ps̄.* Te deum. ℣ Stetit angelus. *In laudibus añ.*

[1] pro 'oculos' altare : R.N. [2] exerpta · S. [3] nundum : R.
[4] peefecte : S. [5] 'et' om. : R.N. [6] pro 'in' et : R.N.

Dum preliaretur michael archangelus cum dracone : audita est vox dicentium : salus deo nostro all'a. *ps.* Dominus regnavit. *An.* Dum committeret bellum draco cum michaele archangelo : audita est vox milia milium dicentium : salus deo nostro all'a. *ps.* Jubilate. *An.* Archangele michael constitui te principem super omnes animas suscipiendas. *ps.* Deus deus meus. *An.* Angeli domini dominum benedicite in eternum. *ps.* Benedicite. *An.* Angeli archangeli throni et dominationes : principatus et potestates : virtutes celorum laudate dominum de celis all'a. *ps.* Laudate dominum. *Capitulum.* Significavit deus que oportet fieri cito loquens per angelum suum servo suo johanni : qui testimonium perhibuit verbo dei : et testimonium Jesu Christi in his quecunque vidit. *Hymnus.* Christe sanctorum decus angelorum auctor humani generis et rector : nobis eternum tribue benignus scandere celum. Angelum pacis michael ad istam celitus mitti rogitemus aulam : nobis ut crebro veniant et crescant prospera cuncta. Angelus fortis gabriel ut hostem pellat antiquum volitet ab alto sepius templum veniat ad istud visere nostrum. Angelum nobis medicum salutis mitte de celis raphael ut omnes sanet egrotos pariterque nostros dirigat actus. Hinc dei nostri genitrix maria totus et nobis chorus angelorum semper assistat simul et beata concio tota Amen. ℣ Michael archangele. Veni in adjutorio populo dei all'a. *In evan. an.* Factum est silentium in celo dum draco committeret bellum : et michael pugnavit cum eo : et fecit victoriam all'a. *ps.* Benedictus. *Oratio* Deus qui miro. *Ad primam an.* Dum preliaretur. *ps.* Deus in nomine. *An.* Gratias. *ps.* Quicunque. *Re.* Jesu Christe *cum* all'a. ℣ Qui sedes *et cetera.* *Ad tertiam an.* Dum committeret. *ps.* Legem pone. *Cap.* Factum est prelium. *Re.* Stetit angelus juxta aram templi all'a all'a. ℣ Habens thuribulum aureum in manu sua all'a all'a. Gloria. Stetitit.[1] ℣ Ascendit fumus. *Oratio* Deus qui miro. *Ad sextam an.* Archangele. *ps.* Defecit. *Cap.* Significavit. *Re.* Ascendit fumus aromatum all'a all'a. ℣ In conspectu domini de manu angeli all'a all'a. Gloria. Ascendit. ℣ In conspectu angelorum. *Oratio ut supra.* *Ad nonam an.* Angeli. *ps.* Mirabilia. *Capitulum.*

Dum committeret bellum draco cum michaele archangelo : audita est vox milia milium dicentium : salus deo nostro. *Re.* In conspectu angelorum psallam tibi deus meus all'a all'a. ℣ Adorabo ad templum sanctum tuum : et confitebor nomini tuo all'a all'a. Gloria. In conspectu. ℣ Michael archangele. *Oratio ut supra.*

℄ *Sancti hieronymi presbyteri.* *Ad vesp. an.* Dum preliaretur. *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Capitulum.* Justus cor suum. *Re.* Miles Christi. *Hymnus.* Iste confessor. ℣ Amavit. *In evange.*

[1] stetit : R.N.S.

Digitized by Google

añ. Iste est qui ante deum. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Sancti hieronymi nos domine natalicia votiva letificent: et sue beneficiis intercessionis attollant. per dominum. ℭ *Memoria de sancto michaele. Añ.* Archangele Christi per gratiam quam meruisti te deprecamur per unigenitum dominum nostrum: ut eruas nos a laqueo mortis alleluia. ℣ In conspectu angelorum. *Oratio* Deus qui miro. ℭ *Si festum sancti michaelis: vel sancti hieronymi in dominica evenerit: incipiatur hystoria* Adaperiat. *dominica proxima sequente. Lectio prima.*

Hieronymus igitur patre eusebio natus est: vestem Christi puer rome suscepit: ibique literis grecis ac latinis a primevo eruditus est: presbyter quoque cardinalis ibidem est ordinatus. Quodam vero[1] dum ex more idem hieronymus divina ad legendum pandit volumina: et mortalem bibliothece sue auctorum tullium recordatur[2]: mox celitus ne tales quandoque revolveret libros: salutifero castigatus est verbere. *Lectio ij.*

Sanctus igitur hieronymus de se ad eustochium virginem scribens ita asserit: Cum subito raptus in spiritu ad tribunal judicis pertrahor[3]: ibi tantum luminis et tantum erat ex circumstantium claritate fulgoris: ut projectus in terram sursum aspicere non auderem. Interrogatus conditionem: christianum me esse respondi. *Lectio iij.*

Ille vero qui presidebat: mentiris ait. Ciceronianus es: non christianus. Illico[4] obmutui: et inter verbera nam cedi me jusserat. Clamare tamen cepi: misere[5] mei domine miserere mei. Tandem ad presidentis genua provoluti qui astiterant precabantur: ut veniam tribueret adolescentie. *Lectio iiij.*

Exactor interrogavit exinde post cruciatum: si gentilium litterarum libros aliquando legissem?[6] Ego qui tanto constrictus articulo vellem etiam majora promittere: dejurare cepi: et nomen ejus obtestans dicere: Domine si unquam habuero codices seculares: si legero: te negavi. In hec sacramenti verba dimissus: revertor ad superos. *L. v.*

Ego igitur hieronymus mirantibus cunctis oculos aperio: tanto lachrymarum imbre perfusus: ut etiam incredulis fidem facerem ex dolore.[7] Nec sopor ille inanis fuit: aut vana somnia: quibus sepe deludimur testis est tribunal illud ante quod jacui: judicio teste quod timui. Plagas sensi per somnium: et tanto dehinc studio divina legebam: quanto mortalia ante non legeram. *Lectio vj.*

Beatus hieronymus in librorum abundantia fultus dictis suis sancto spiritu dedicatis: immobilem catholice turrim ecclesie contra perfidorum jacula consumavit.[8] Ipse etiam ex occidenti ad orientem transiens ecclesiam: in locis sanctis atque litteris sacris usque ad

[1] 'tempore' add: R.N.S. [2] recordaretur: N. [3] pertraheretur: N.
[4] Ilico: R.N S. [5] miserere: R.N.S. [6] legerem: N.
[7] colore: R.N. [8] consummavit: R.N.S.

Digitized by Google

decrepitam vixit etatem. Cujus eloquium ab oriente usque in occidentem ad instar solis resplenduit. *Septima lectio tantum de expositione evange. secundum lucam:* Nolite timere pusillus. *Omelia ut in communi. Lec. viij.*

Pergunt itaque ad visitandum consolandumque hieronymum dum in labore esset catholici seniores. Ad beatum quoque augustinum episcopum secum quidem anima in ecclesia catholica cooperantem: et corpore autem[1] in affrica scribentem: sic inter cetera scripsit: Nostra habuimus tempora: et cucurrimus quantum potuimus[2]: nunc te currente et longa spacia transmittente nobis debetur ocium. *Lectio ix.*

Igitur hieronymus quam Christo deo adolescens voverat: hanc perfectam eidem jam corpore obtulit vitam suam cautam placabilem unitam in heremo penitentiam bethleemiticam: libris preterea suis per sex et quinquaginta annos sine ullo ocio apud bethleemiticos totum replevit orbem spirituali opere irreprehensibiliter consumatis[3]: octavo et octogesimo etatis sue anno in domino requievit: cui est honor et gloria in secula seculorum amen. *Cetera ad matuti. et horas de communi unius confessoris doctoris non pontificis cum oratione* Sancti hieronymi. *Ad vesperas añ.* Justum deduxit dominus. *Et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Benedictionem *Re.* Vir israelita *Hymnus* Jesu redemptor. ℣ Amavit. *In evangel. añ.* Similabo eum. *ps̄.* Magnificat. *Oratio* Sancti hieronymi. ℂ *Memoria de confessoribus Añ.* Fulgebunt. ℣ Sacerdotes. *Oratio.*

Exaudi domine populum tuum: et sanctorum confessorum tuorum germani remigii vedasti bavonis atque piatonis[4] solennia celebrantem: temporalis vite tribue pace gaudere: et eternum reperire subsidium. per dominum.

ℂ *In translatione sanctorum germani remigii etc. Lectio prima.*

Beatus igitur germanus antisiodorensis[5] episcopus apud ravennam italie civitatem obiit: et quinquagesimo tertio die sacrum corpus a quodam regalis cubiculi preposito: cujus puerum a demone curaverat conditum aromatibus: proprie redditur urbi. Beatus vero[6] remigius in urbe remensi pontificatum tenens: quendam cecum illuminavit: et ab eo pestem immundi spiritus effugavit. His vero et aliis tam in vita quam post obitum innumeris miraculis claruit. Sepultumque est corpus ejus in ecclesia sancti christofori martyris. *Lectio ij.*

Vedastus vero atrebatensium episcopus: quando laboris sui premia deo dispensante accipere debuit: febre valida correptus est: et nocte quadam visa est clara lucis columna a culmine domus: in qua sanctus jacebat usque ad celi fastigium stare

[1] pro 'autem' enim: N.
[2] 'quant. pot.' om.: R.N.
[3] consummatis: R.N.S.
[4] piathi: N.
[5] antissiodorensis: S.
[6] 'vero' om.: R.N.

Digitized by Google

duarum fere spacio horarum. Quod cum viro dei diceretur: intellexit hoc signum: suum demonstrare obitum. Vocavitque suos filios ad se post dulces paterne pietatis sermones inter manus lachrimantium emisit spiritum. *Lectio iij.*

In illo tempore: Piathon[1] cum beato dionysio ab urbe roma divertens ad urbem thurnatam properavit. Cumque in civitate thurnata[2] ingressus esset jussit eum julianus cesar comprehendi et flagellari. Piathon vero Christi nomen confiteri non metuit dicens Christum dei filium credo: et ore laudare non cesso. Tunc unus militum gladio amputavit caput ejus: et vox cum luce de celo venit dicens. Veni dilecte piathe ad preparatam tibi mansionem et perfruere consortio beatorum: cum eo qui vivit et regnat in secula seculorum. *Cetera de communi plurimorum confessorum.*

¶ *Sancti Thome herfordensis episcopi.*

Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Capitulum Ecce sacerdos. *Cetera de communi unius confessoris pontificis. Memoria de sancto leodegario. Añ.* Hic est vere. ℣ Gloria et honore. *Oratio ut in communi. Ad matu. Invit.* Unum deum. *ps̄.* Venite. *Et cetera ut in communi. L. prima.*

Beatus thomas natione anglicus: angelicus homo: ipse de parentibus nobilibus et catholicis originem suam trahens: ab etate primeva morum honestate preclarus: studiis litterarum sic se dedicavit totaliter sic in ipsis solicite studuit et profecit: quod tam in humanis scientiis quam in divinis honorem magisterii est adeptus. *Lectio ij.*

Postquam doctrine sue radios longe lateque diffundens: quamplures ad justiciam erudivit velud[3] luminare in mundo prefulgidum continens verbum vite. Sic demum sanctus de innocenti factus in herfordensi ecclesia bonus pastor de ipso miti mitior factus est studens semper progredi de virtute in virtutem. Commissas vero oves precedebat ad pascua: ut a lupis protectas rapacibus: pastasque verbo pariter et exemplo ad Christi caulas sedulo reducebat. *Lectio tercia.*

Jura vero sue ecclesie [defendebat viriliter indutus justicia ut lorica: paratus namque pro sibi commisso grege animam ponere non timuit in hoc principem vel magnatem. Et quia dignum erat: quod huic tam excellenti merito daretur requies eterna post laborem: cum pro causis sue ecclesie ad romanam pervenisset curiam diem clausit extremum: receptis prius devote ecclesie sacramentis: sicque vir felix iste ad deum transmittendo spiritum de peregrino et advena factus est eximius celestis civis. *Quando festum sancti thome herfordensis episcopi transferatur*[4]*: tunc L. iiij.*

Et quia decebat multum divine potentie majestatis[5]: ut sanctum hunc in celis regnare secum per signorum evidentiam fidelibus declararet: ipsum in

[1] Piathus 'passim': N. [2] turnata: R.N. [3] velut: R.N.S.
[4] *transfertur*: *N.* [5] majestati: R.N.

Digitized by Google

terra miraculis innumeris clarificavit deus omnipotens: qui facit mirabilia magna solus. Ejus namque meritis languores sanantur: mortui resuscitantur: ceci illuminantur: surdis auditus: mutis loquela: et claudis gressus redditur: infirmantibus vero sanitas: et in profundo pelagi naufragantibus portus salutifer[1] indulgetur. *Lectio v.*

Hec sunt certe tua[2] mirabilia deus: qui sic per celestes spiritus gubernas terrena omnia et disponis: quod ipsorum sacratum numerum quem cadentium ruina minuit: reparas mirabiliter a terrenis. Hii sunt sancti tui omnipotens deus bone: qui tue dono gratie semper virent: rubent ut rosa: candent ut lilia: ut mel placent: currunt ut spiritus: fragrant ut balsamum: ut sol fulgent. *Lectio vj.*

Sic clemens deus sanctum suum glorificans thomam fidem firmat: nebulosos errores dissipat et confundit: ad superna nostros rapit affectus[3]: amore flaminis succendit frigida corda nostra. In hac igitur leta die quam fecit dominus qua[4] confessor iste in dei throno corona glorie clarus sedet: laudet deum omnis spiritus celi celorum clamore ineffabili deo canat: sanctorum ecclesias mente ac spiritu in cordis et organo depsallat.[5]

Medie lectiones de sancto leodegario. *Lectio iiij.*

Gloriosus igitur leodegarius dum in augustudinensi[6] urbe conversaretur episcopus: hebroinus eundem episcopum decrevit perimere. Qui ad eandem civitatem exercitum misit copiosum valde: ut civitatem irrumperent: et leodegarium episcopum penis crudeliter vexatum occiderent. Sanctus igitur leodegarius valedicens fratribus: sponte se inimicis obtulit pro civibus. Adversarii vero gavisi a capite ejus oculos abstraxerunt. *Lectio v.*

Sanctus vero leodegarius ante hebroinum ductus dixit ad eum episcopus. Dum superare cupis omnes habitantes in tota francia: tuam potius aufers quam indignus accepisti gloriam. Hiis dictis hebroinus labia ejus et linguam prescidi jussit: eumque tradidit viro nomine waningo. Qui duxit eum ad cenobium suum inter moniales. Moxque ejus lingua: solitum recepit officium. Postea vero jussu hebroinii[7] ducitur in silvam a quattuor spiculatoribus ad decollandum. Quibus ait sanctus. Implete desiderium ejus: qui vos misit. *Lectio vj.*

Tres vero illorum compuncti ad pedes ejus procidentes veniam precabantur. Quartus autem cum eum decollasset: et corpus ejus quasi unius hore spacio erectum stare videret: eum pede in terram dejiciens statim arreptus a demonio in ignem se projecit: et sic vitam suam miserabiliter finivit. Audiens autem post biennium hebroinus sancti viri miracula: militem illuc misit: ut et[8] veritatem intimaret. Miles vero

[1] salutifere: R. [2] 'tua' om.: N. [3] effectus: N.
[4] quam: R. [5] deo psallat: R.N. [6] augustudunensi: R.N.S.
[7] hebroini: R.N.S. [8] ei: R.N.

Digitized by Google

superbus illuc veniens calce tumbam percutiens clamavit. Moriatur qui mortuum facere miracula credit. Mox ille arreptus a demonio: morte sua sanctum amplius commendavit. Hebroinus vero gladio nequiter occiditur. Passus est autem sanctus circa annum domini octuagesimum cui est gloria in secula. *Lectio septima tantum de expositione evangelii* Homo quidam peregre. *Omelia ut in communi. L. viij.*

Verum quia multum convenit: ut quem deus in celis glorificat: in terris ad suum fructum et gaudium mundus colat Sanctissimus in Christo pater dominus johannes papa vicesimussecundus prefatum servum Christi sanctorum ascripsit cathalogo[1] confessorum. Universis itaque prelatis per apostolica scripta mandavit: quatenus sexto nonas octobris festum confessoris[2] ejusdem devote et solenniter cum suis subditis celebrarent. *L. nona.*

Ut autem ad venerabile ejus sepulchrum ardentius christiani confluant: omnibus vere penitentibus et confessis qui cum reverentia illuc in eodem festo annuatim accesserint: ipsius suffragia petituri: de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et pauli apostolorum ejus confisus: duos annos et duas quadragenas concessit. Accedentibus vero infra ejusdem festi octavas ad sepulchrum ejus: centum dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxavit. *Cetera de communi unius confessoris pontificis cum memoria de sancto leodgario.*

¶ *Sancti Francisci confessoris.*

Franciscus servus dei in [*L. j.* civitate asisii[3] ortus et negociator effectus: fere ad vigesimum annum etatis sue male vivendo tempus suum consumpsit: quem dominus infirmitatis flagello in virum alterum subito transformavit. Ecclesiam siquidem sancti damiani orationis causa ingrediens: imago Christi eum miraculose alloquitur. Francisce inquit vade repara domum meam: que ut cernis tota destruitur. Ab ea igitur hora crucifixi passio ejus cordi mirabiliter est infixa. Instituit etiam solicite ecclesie reparandum.[4]

Venditis vero que ha- [*Lec. ij.* bebat cum pecuniam cuidam presbytero daret: et ille timore parentum recipere recusaret: coram eo eam projiciens tanquam pulverem vilipendit. Quapropter a[5] patre ligatus et captus: pecuniam eidem restituit: ac vestem resignavit: et cilicio se induit. Suscipiens vero simplicem virum loco patris rogat: ut cum[6] pater ejus maledicta congeminat: ipse sibi econtrario benedicat. Ipse vero transitum suum longe ante prescivit: dixitque fratribus diem sui obitus imminere sibi demonstratum a Christo. *Lectio iij.*

Biennio quoque a[7] impressione sacrorum stigmatum anno videlicet a sua conuersione vicesimo ad sanctam mariam de portiuncula se deferri poposcit:

[1] cathalago: S. [2] pro 'confess.' martyris: N. [3] assisii: R.N.
[4] reparande: R.N. [5] pro 'a' ea: N.
[6] 'cum' om.: S. [7] 'a' om.: R.N.

Digitized by Google

ut ubi per virginem mariam spiritum conceperat perfectionis: ibidem mortis soluto debito ad bravium perveniret retributionis eterne. Lecto vero evangelio secundum johannem ante eum ab illo loco: ante diem festum pasce[1]: orans et psallens vir beatus obdormivit in domino: cui est honor et gloria in secula. *Cetera de communi unius confessoris non pontificis.*

¶ *Sancte fidis virginis et martyris.* *Oratio.*

Deus qui presentem diem beate fidis virginis et martyris tue facis esse solennem: presta ecclesie tue: ut cujus meritis gloriatur ejus precibus adjuvetur. per dominum. *L. j.*

Sancta fidis agennensium[2] civitate oriunda fuit: et ex parentibus nobilibus procreata. Hec enim prima in[3] civitate agenno decus et exemplum magni martyrii cunctis Christi fidelibus fuit. Cum autem preses nomine datianus[4] directus a[5] dioclitiano[6] et maximiano imperatoribus agennum urbem ingressus christianis atrocissimas penas inferret: continuo beatam fidem virginem accersiri jussit: et suis conspectibus adduci. *L. ij.*

Cujus constantiam duo fratres primus et felicianus post diuersa tormentorum genera anhelo pectore flagrantes: tam fide quam opere mortis periculis[7] alacriter se injecerunt. Quos omnes ad jugulum mortis una conspiratione consertos: mox ut vidit ille sevus carnifex: blandimentis demulcere: minisque terrere eos cepit sed nec sic ullo modo flectere potuit. *Lectio iij.*

Tunc ad ultimum data sententia omnes simul ad delubrum duci precepit: ut aut diis immolare: aut capitibus plexis omnibus cerium[8] fiat vitam finire. Ducti vero ad locum cum nulla vi poterant compelli ad sacrificandum capitibus cesis unius diei hora cum triumpho martyrii ad coronam glorie pridie nonas octobris migraverunt per eum qui vivit et regnat in secula seculorum amen. *Cetera de communi unius virginis et martyris.*

¶ *Sancti marci pape et confessoris. non dubitatur quin fiat servitium de sancto marco: et memoria de martyribus. et sic fiat alibi: ubi eodem die prenominatur festum confessorum[9] et subsequitur festum martyrum.* *Oratio.*

Exaudi domine preces nostras et interveniente beato marco confessore tuo atque pontifice supplicationes nostras placatus intende. per dominum. ¶ *Memoria de martyribus.* *Añ.* Gaudent in celis. ℣ Exultent justi.

Oratio. Sanctorum martyrum tuorum nos domine marcelli et appulei beata merita prosequantur: et tuo semper faciant amore ferventes. per dominum.

Lec. j. Inter cetera sacre observantie documenta traditione movemur evangelica: divinis celebrare laudibus sanctorum merita: ut per hujus devotionis obsequia: illorum donante

[1] pasche: R.N.S.
[2] agenuensium: N.
[3] 'in' om.: N.
[4] dacianus: R.N.S.
[5] 'a' om.: N.
[6] diocleciano: R.S. dioclentiano: N.
[7] periculo: N.
[8] certum: R.N.S.
[9] *vel confessoris:* Y.

Digitized by Google

domino consequamur consortia. Temporibus constantini imperatoris sanctus marcus florere cepit: fructum honoris et honestatis proferre studuit. *Lectio ij.*

Beatissimus papa marcus quia feliciter laboravit ante thronum divinitatis eterne astat immaculatus: sanctamque trinitatem cum choris angelicis laudat felicissimus. In hac vita hoc egit: ut soli deo placeret: deoque eternaliter viveret. Et ut dilectissimi deo placeamus deoque vivamus: operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei. *Lectio iij.*

Ad hoc itaque simus soliciti: et ut veneranda quam colimus beatissimi pape marci solennitas: devotionem nobis augeat et salutem. Assint et nobis sanctorum marcelli et apulei martyrum juvamina. Ipsi quidem maligni simonis magi aliquando disciputi fuerunt: sed divina inspirante gratia dum vite verba ex ore petri apostoli audierunt: symonem magum reliquerunt: et petro apostolo adherentes: per martyrium migraverunt ad eum qui vivit et permanet in secula. *Cetera de communi unius confessoris pontificis.*

¶ *Sancte pelagie.* *Lectio j.*

Sanctissimus episcopus antiochie civitatis nonnus[1] una[2] cum vicinis episcopis ad civitatem vocatus: visionem relatu dignam vidit: quam diacono suo jacobo his verbis revelavit. Post nocturnas orationes die dominico superveniente conturbatus spiritu: videbam ad cornua altaris assistere me et columbam nigram sordibus plenam circumvolitare me: donec pontificis oratio cathecuminorum dimitteret turbas: et[3] postea non comparuit. Post missam vero cum egrederer[4] limitem nostri salvatoris: iterum columba illa ante me advolitans astitit. Et apprehendi eam manu mea: et jactavi in concham aque ante ecclesiam. Et sicut nix munda inde ascendit altitudinem aeris sublimiter ab oculis meis petens. *Lectio ij.*

Sancto itaque pontifice ipsa die dominica sermonem faciente: cum beata pelagia ingrederetur: audiens compuncta corde ingemuit: ad pedes beati viri procidit lachrymis pedes rigavit dicens: Miserere mei domine Ego enim sum pelagia iniquitatis pelagus. Multos decepta decepi[5] in voluptatibus carnis: plures seduxi in desideriis meis: penitens postulo baptisari. Sanctus vero episcopus manum imponens ei: in nomine patris et filii et spiritussancti eam baptisavit. Unde malignorum spirituum planctus in aere est auditus. Beata vero pelagia meliorem partem elegit: que non auferetur ab ea. *Lectio iiij.*

Omnem igitur substantiam suam commisit episcopo pauperibus erogandam. Octavo demum die sue[6] baptismatis: sepulchrum nostri redemptoris induta cilicio visitavit: parvamque cellulam sibi in monte oliveti construxit: ibique solitariam duxit vitam. Status itaque

[1] nonus: R.N. [2] pro 'una' un: R. unde: N. [3] 'et' om.: R.N.
[4] egrederetur: R. [5] dejeci: R.N. [6] sui: R.N.

Digitized by Google

ejus et vultus ab hominibus usque ad disjunctionem carnis et spiritus erat ita absconditus: quod nominabatur pelagius monachus. Tandem vero cum in extremis esset posita: predictus diaconus nomine jacobus eam visitavit: et migrationem nunciavit: corpusque ancille servi Christi sepelierunt: cui est honor et gloria per seculorum secula *Cetera de communi unius matrone.*

¶ *Sancti dionysii cum sociis suis.*

Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Capitulum. Sancti per fidem. *Re.* Hi sancti viri. *Hymnus* Sanctorum meritis. ℣ Exultent justi. *In evange. añ.* Insignes preconii[1] alme tue nobilitati consonant voces collaudantes verbo supplici prosequamur ave inclyte martyr: angelorum consors: apostolorum socius: prophetarum concivis: et martyrum coheres sancte dionysi cum sociis tuis intercede pro nostra omniumque salute. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui hodierna die beatum dionysium virtute constantie in passione roborasti quique illi ad predicandum gentibusgloriam tuam rusticum et eleutherium sociare dignatus es: tribue nobis quesumus ex eorum imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere: et nulla ejus adversa formidare. per dominum. *Ad matuti. Invita.* Gaudete. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Eterna Christi munera. *In primo nocturno añ.* Sanctus dionysius qui tradente beato clemente petri apostoli successore verbi divini semina gentibus eroganda susceperat. *ps̄.* Beatus vir. *Añ.* Quo amplius gentilitatis fervere cognovit errorem: illuc intrepidus: et calore fidei armatus accessit: et parisius domino ducente pervenit. *ps̄.* Quare fremuerunt. *Añ.* Non veritus incredule gentis expetere feritatem: quia virtutem suam preteritarum penarum recordatio roborabat. *ps̄.* Cum invocarem. ℣ Exultent justi. *Lectio j.*

Post passionem domini nostri Jesu Christi: gloriosamque ascensionem: cum beatus paulus apostolus per gratiam sancti spiritus fidem quam antea expugnaverat: perfecta religione sequeretur et Christi nomen ignotis gentibus predicaret: advenit athenis. Ibi dionysius ariopagita aliorum doctor institerat. Quem interrogans paulus quid coleret ait: Hos colimus. Aras[2] quas vides[3] martis et herculis mercurii et priapi honore sacrate sunt. *Re.* Post passionem domini in universis gentibus predicatio profutura successit. Ita ut fide crescente multi mererentur fieri confessores: quos catholica postmodum gaudet ecclesia promeruisse martyres. ℣ Qui cum imminere suas cernerent passiones: que[4] domino Jesu Christo docente[5] didicerant repleti spiritussancti gratia docuerunt. Ita ut.

Lectio ij.

Paulus vero inter ceteras aras reperit altare unum: cui erat titulus suprascriptus: Hec est ara ignoti dei. Et dixit: Quis est ille incognitus deus? Ad quem dionysius:

[1] preconiis: R.N. [2] Are: N. [3] 'in' add: N.
[4] pro 'que' quas: R.N. [5] dicente: S.

Digitized by Google

Adhuc inquit est incognitus nobis: et in seculo futuro venturus. Paulus vero ait: Quid vobis videtur: homo erit an spiritus deorum? Respondit dionysius: Verus est deus et verus homo: et ipse renovabit mundum. Et ait paulus: Illum deum predico vobis: quem incognitum appellatis. Postea vero paulus per invocationem nominis Jesu Christi oculos aperuit ceci nati. Hoc audiens dyonysius baptisatus est: et domus ejus tota: et postea archiepiscopus atheniensium consecratur. *Re.* Gratias tibi domine: qui infestantis inimici jacula probationem fidelium tuorum. prestitisti esse: et non vulnera: sed talem tuis martyribus tribuis pro labore mercedem. Ut nullum tuorum fuisse gaudeat hostis imbellem. ℣ Quinimmo perpetuum eis largiris triumphum: ut ecclesie tue semper sint in exemplum. Ut.

Lectio iij.

Post aliquot annos romam veniens: clementem pontificem sedis apostolice: ac successorem petri invenit. A quo cum honore susceptus aliquamdiu secum conversatus est. Deus vero tetigit cor beati clementis: et ut eum alloqueretur his verbis accendit. Quia mi frater dilecte dionysi catholice es edoctus: partes aggrediens occidentis: sicut bonus miles Christi preliare domini tui prelia. Et sicut dominus Jesus Christus magistro meo petro tradidit: et ego sancte hereditatis jura suscepi: ita tibi commendo ligandi solvendique auctoritatem. *Re.* Beatissimus dionysius Christi martyr tradente beato clemente eroganda gentibus semina divina suscepit. Et quo amplius gentilitatis errorem fervere cognovit: illuc intrepidus: et virtute fidei armatus accessit. ℣ Et parisius domino ducente pervenit: non veritus incredule gentis expetere feritatem. Et. Gloria. Et. *In ij. nocturno añ.* Ecclesia illis que necdum in locis erat: et[1] populus ille novam construxit: ac officia servientium clericorum ex more constituit: probatasque personas honoris secundi ordinis ampliavit. *ps̄.* Verba mea. *Añ.* Cinctus ergo fide: et misericordiam anteponens paulatim sociabat deo: quos diabolo subtrahebat. *ps̄.* Domine dominus noster. *Añ.* Tantas per illum dominus dignabatur exercere virtutes: ut rebellium corda non minus miraculis quam predicationibus obtineret. *ps̄.* Conserva me. ℣ Letamini.

Lectio iiij.

Beatus vero dionysius galliam pervenit: et parisius domino ducente accessit. Tantas per illum dominus dignabatur exercere virtutes: ut rebellium corda non minus miraculis quam predicationibus obtineret. Post hec fescenninus et sisinnius[2] jussu domitiani imperatoris galliam penetrant pro macharii dyonisii inquisitione: parisiusque[3] pertingentes: ibi beatum dyonisium archiepiscopum cum rustico archipresbytero et eleutherio archidiacono: quos ipse ordinaverat populum ad fidem Christi invenerunt exhortantem. *Re.*

[1] 'et' om.: R.N. [2] sinsinius: R.N. [3] pariusque: N.

Digitized by Google

Dum sacrum mysterium sanctus dionysius celebraret in carcere: apparuit ei dominus Jesus Christus cum multitudine angelorum. Dansque illi sacramenta dixit accipe hoc care meus: quod mox complebo tibi una cum patre meo. ℣ Mecum enim est maxima merces tua: et his qui audierint te salus in regno meo. Dansque. *Lectio v.*

Tunc sanctus domini capitur: collaphisatur: conspuitur: et toto corpore nudus flagellatur: ac in fornacem ponitur: nec vincitur. Flagellantur etiam rusticus et eleutherius satis acerrime: et immenso cathenarum pondere simul sancti domini onerantur et in ergastulum tenebrosissimi carceris retruduntur. Ubi dum sanctus dionysius missam celebraret: hora qua frangeretur panis sanctus quo ipse et populus communicarentur: in luce magna apparuit dominus Jesus Christus[1] cum multitudine angelorum: et accipiens panem sanctum dedit ei dicens. Accipe hoc chare meus quod mox complebo tibi una cum patre meo: et pro quibuscunque petieris impetrabis. *Re.* Mecum est maxima merces tua: et hiis qui audierint te salus in regno meo. Nunc facies fortiter et erit nomen tuum in laude. ℣ Dilectio et benignitas quam habes semper pro quibuscunque petieris impetrabis. Nunc facies fortiter.

His vero expletis [*Lectio vj.* ducti sunt extra carceres preciosus dei athleta dionysius rusticus quoque et eleutherius trinitatem confitentes: et pro Christi nomine decollati sunt. Maximaque multitudo fidelium eadem die cum beato dionysio cesa est. Et ad declaranda beati viri merita assistentes horror invasit et beati dionysii cadaver se erexit: sanctaque manu caput a corpore truncatum angelico ductu gressum regente portavit a monte passionis per duo fere miliaria usque ad locum ubi nunc requiescit sine cessatione hymnis dulcissimis deum laudans. Sed etiam angelorum agmina gloria tibi domine adjuncto frequentius alleluia modulantia sunt audita. Processu vero temporis Christiani basilicam super sanctorum corpora construxerunt ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Re.* Tantas per illum dominus dignabatur exercere virtutes. Ut rebellium corda non minus miraculis quam predicationibus obtineret. ℣ In quo lux celestis gratie ineffabiliter radiabat. Ut. Gloria. Ut. *In ij. nocturno añ.* Miroque modo inermi viro non valebat plebs armata resistere. *ps̄.* Domini est terra. *Añ.* Dum sacrum mysterium beatus dionisius celebraret in carcere: apparuit ei cum multitudine angelorum dominus Jesus Christus. *ps̄.* Beati quorum. *Añ.* Dansque illi sacramenta dixit accipe hoc care meus quod mox complebo tibi una cum patre meo. *ps̄.* Deus venerunt. ℣ Justorum anime. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii* Videns turbas Jesus. *Omelia ut in communi.* *Re.* Adest namque beati

[1] 'Christus' om.: R.N.

Digitized by Google

dionysii sacratissima dies in qua triumphans agonem explevit. Et coronam victorie accipere meruit de manu domini. ℣ Quem dominus post apostolos sic honoravit ut omnem galliam ejus apostolatu insigniret qui eam suo sanguine consecravit. Et coronam. *Re.* Vir inclytus. *ut in communi unius martyris. Re.* Hii sancti viri a beati dionysii nunquam sustinuerunt abesse presentia quos in unum interrogatio percussoris invenit. Interrogationum et verum in trinitate dominum confitentur. ℣ Terrore subjuncto multisque afflicti injuriis et suppliciis macerati. Interrogati. Gloria. Interrogati. *ps̄.* Te deum. ℣ Mirabilis deus. *In laud. an̄.*

Hi sancti viri a beati dionysii nunquam sustinuerunt abesse presentia: quos in unum interrogatio percussoris invenit. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* In hac ergo fidei constantia permanentes: reddentes terre corpora: beatas celo animas intulerunt. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Tali namque ad dominum meruerunt professione migrare: ut amputatis capitibus adhuc putaretur lingua palpitans dominum confiteri. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Beata nimium[1] et deo nostro grata societas: inter quos nec primus alter potuit esse: nec tertius: sed trinitatem confitentes trino meruerunt decorari martyrio. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Et facta est comes multitudo celestis exercitus exanimi corporis beati dyonisii caput proprium deportantis: laudans deum et dicens: gloria tibi domine. *ps̄.* Laudate. *Capitulum* Reddet deus. *Hymnus* Rex gloriose. ℣ Justi autem imperpetuum. *In evan. an̄.* Adest namque beati dionysii sacratissima dies: in qua triumphans agonem explevit: et coronam victorie accipere meruit de manu domini. *ps̄.* Benedictus. *Oratio* Deus qui hodierna die. *Ad horas antiphone de laudibus. Cetera de communi plurimorum martyrum: cum oratione* Deus qui hodierna die.

¶ *Sancti paulini archiepiscopi eboracensis.*

Ad vesperas an̄. Hi sancti viri. *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Capitulum* Ecce sacerdos. *Re.* Miles Christi. *Hymnus* Iste confessor. ℣ Amavit. *In evange. an̄.* Confessor domini. *Oratio ut in communi.* ¶ *Memoria de sancto dionysio. An̄.* O beate dionysi: magna est fides tua: intercede pro nobis ad dominum deum nostrum: ut qui qualitate tibi sumus dissimiles: sua gratia largiente faciat esse consortes. ℣ Exultent justi. *Oratio* Deus qui hodierna die. ¶ *Memoria de martyribus gereone et sociis ejus. An̄.* Gaudent in celis. ℣ Letamini. *Oratio ut in communi. Ad matu. Invi.* Unum deum. *ps̄.* Venite *Et cetera de communi unius confessoris pontificis. Lectio prima.*

Gens northanhumbrorum hec est natio anglorum: que ad aquilonarem humbre fluminis plagam habitat: cum rege suo edwyno verbum dei

[1] nimirum: S.

Digitized by Google

predicante[1] beato paulino fidem suscepit. Huic autem genti occasio fuit percipiende fidei: quod prefatus rex ejus cognatione junctus est regibus cantuariorum accepta in conjugem adilberta filia adilberti regis: qui alio nomine teta[2] vocabatur. *Lectio ij.*

Hujus consortium cum primo missis prothis a fratre ejus eadbaldo: qui tunc regno cantuariorum preerat peteret: responsum est non esse licitum christianam virginem pagano in conjugem dari: qui veri dei cultus prorsus esset ignarus. Que[3] cum edwino verba nuncii proferrent promisit ut fidem cultumque religionis cum omnibus qui secum venissent more christiano servaret. *Lectio iij.*

Mittitur itaque virgo edwino: juxta quod dispositum fuerat. Ordinatur episcopus paulinus a justo archiepiscopo sub die duodecimo kalendarum augustarum: anno ab incarnatione domini sexcentesimo vicesimoquinto: et sic cum prefata virgine ad regem edwinum quasi comes carnalis copule advenit: et multum laboravit ut eos qui secum venerant: in fide contineret: et alios si poterit de paganis ad gratiam fidei predicando converteret. *Lectio iiij.*

Cum vero edwinus persequente illum edilfrido: qui ante eum regnavit: dum apud redualdum regem anglorum exularet: qui sibi suum auxilium in omnibus promisit: ac deinde muneribus ac promissionibus edilfridi corruptus: edwinum hostibus suis tradere disponeret: et ob hoc ante palatium media nocte mestus sederet: quid ageret: quove pedem ab inimicis verteret nescius: tale sibi divinitus ostensum est oraculum. Vir autem ignotus sibi appropinquans illum interrogavit: quare ceteris quiescentibus ille solus mestus pervigil illa hora sederet. At ille vicissim sciscitabatur: quid ad eum pertineret. *Lec. v.*

Respondit vir ille Ne me estimes tue mestitie causam nescire. Si ergo quis ventura predixerit tibi: num ei obtemperare consentis? Cui edwinus pollicetur in omnibus se doctrinam ejus secuturum: si eum a periculis tantis eripuerit. Predictus homo dexteram suam capiti regis imponens dixit: Cum hoc signum tibi evenerit memento hujus loquele nostre. Et his dictis disparuit. Edwinus inimici regis insidias non solum vitavit: sed eidem perempto in regnum successit: et tamen credere distulit. *Lectio vj.*

Cum ergo quadam die iterum solus sederet: ingressus ad eum vir dei paulinus: imponensque dexteram capiti ejus: et an[4] hoc signum cognosceret requisivit. Qui cum tremens ad pedes procedere[5] vellet: levavit eum: et precepit: ut quod promiserat non differret. Predicante ergo verbum dei paulino prebuit palam assensum evangelisandi rex. Destructis igitur aris et phanis idolorum: accepit rex edwinus cum cunctis gentis sue nobilibus ac plebe perplurima fidem et lavachrum sancte

[1] 'a' add: R.N. [2] tade: R.N. [3] Qui: N.
[4] 'an' om.: R. pro 'an' ut: N. [5] procidere: R.N.

Digitized by Google

regenerationis Eboracensis pridie idus aprilis in ecclesia sancti petri: quam ibidem ipse de ligno citato opere eodem tempore construxit anno regni sui undecimo: qui est annus incarnationis domini sexcentesimus vicesimus septimus. In qua civitate paulino sedem dedit episcopatus. *Expositio:* Homo quidam nobilis. *Omelia ut in communi. Lec. viij.*

Curavit vero rex docente paulino majorem in ipso loco fabricare basilicam. sed priusquam altitudo parietis esset consummata: rex ipse impia nece occisus: opus idem successori suo oswaldo perficiendum reliquit. Mortuo quoque rege edwino paulinus secum sumpta regina adilberta: rediit canciam navigio; atque ab honorio archiepiscopo: et rege edbaldo multum honorifice susceptus est.

Quo in tempore rofensis [*L. ix.* ecclesia pastorem non habebat: et curam prefatus paulinus invitatione honorii archiepiscopi: et edbaldi regis suscepit ac tenuit usque dum ipse suo tempore ad celestia regna cum fructu laboris ascendit. In qua ecclesia moriens pallium quod a romano papa acceperat reliquit. Reliquit autem in ecclesia sua eboracensi jacobum diaconum: virum utique ecclesiasticum et sanctum: et obdormivit in domino. *Cetera ad matutinas et horas de communi unius confessoris pontificis cum memoria de martyribus. Ad vesperas omnia de communi: cum memoria de martyribus nichasio sociisque ejus.*

¶ *Sancti nichasii cum sociis suis.* *Lectio j.*

Sanctus vero clemens ad predicandum in gallia: beato dionysio idoneos socios totius ecclesiastici ordinis adhibuit: ut facilius corda infidelium posset refrenare. Inter quos fuerunt et isti patres sancti: nichasius scilicet a beato clemente ordinatus episcopus quirinus presbyter ac scuniculus[1] diaconus. Cum fama predicationis sancti dionysii sociorumque ejus late[2] protenderet[3]: et populus ad fidem Christi conversus esset: templorum pontifices misso relatu ad domicianum imperatorem intimant extitisse inter eos qui deos suos velut stercora essent coequantes. *Lectio ij.*

Audiens ista domicianus commotus fescenninum et sisinnium ad delendum christianitatis nomen cum magno apparatu in galliam direxit. Qui comperientes sanctum nichasium episcopum cum quirino presbytero: et scuniculo diacono in partes rothomagensium iter arripuisse: illos velocius prosequentes invenerunt eos in quodam foro quod dicitur scampnis[4]: verbum dei populis predicantes. Quibus ait sisinnius: Estisne seductores perfidi: qui cum dionysio: quem extinxi ad evertendum populum venistis? Cui nichasius: Non sumus seductores: sed reductores hominum ad agnitionem dei creatoris sui.

Tunc sisinnius iratus[5] [*Lec. iij.* succensus precepit amputari capita eorum: et corpora avibus

[1] scuviculus: R.N.S. passim. [2] 'late' om.: R.N. [3] protenderetur: R.N. [4] scamnis aut scannis: S. [5] pro 'iratus' ira: R.N.

Digitized by Google

derelinqui. sed deus jussit ea ab angelis intacta custodiri. Recedentibus vero satellitibus tempore nocturno succedente: erecti sunt martyres angelis comitantibus apprehensisque propriorum corporum capitibus pervenerunt ad fluvium: cui icta[1] vocabulum est. Transmeatoque vado ante hanc horam hominibus incognito: et idcirco vadum nichasii nuncupato: requieverunt in insula ejusdem fluminis: ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi plurimorum martyrum.*

¶ *Depositio sancti wilfridi archiepiscopi eboracensis. Ad vesperas añ.* Amavit. *et cetere antiphone cum psalmis ferialibus. Cap.* Ecce sacerdos. *Re.* Miles Christi. *Hymnus* Iste confessor. ℣ Amavit. *In evangel. añ.* Confessor domini. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus cujus gratia beatus wilfridus pontifex lucidis meritorum signis excellenter effulsit: presta nobis propicius: ut ejus semper patrocinio muniamur: cujus doctrina ad appetenda celestia[2] informamur. per dominum. *Ad matu. Invi.* Unum deum. *ps̄.* Venite. *et cetera unius confessoris pontificis.* *Lectio j.*

Anno igitur ab incarnatione verbi dei sexcentesimo tricesimo quarto: regnante in northumbria a[3] successore nobilissimi eadwini regis northanhumbrororum[4] sanctissimo rege oswaldo: de inclita gentis anglorum prosapia puer dei wilfridus nobiliter natus: et e vestigio celesti est prodigio mundo nobilissime designatus. *Lectio ij.*

Sanctus igitur wilfridus ubi quartumdecimum etatis contigit annum: venit in insulam lindisfarnensem: ibique monachorum famulatui se contradens: diligenter ea que monastice castitatis ac pietatis erant: et discere[5] curabat et agere. Ubi cum aliquot annos deo serviret: animadvertit minime perfectam esse virtutis viam: que tradebatur a scotis: proposuitque animo romam venire: et monasteriales ritus ibi videre. *Lectio iij.*

Veniens vero romam: et orationibus ac meditationibus rerum ecclesiasticarum quottidiana mancipatus instantia: a[6] bonifacio archidiacono quattuor evangeliorum libros didicit: et alia multa ecclesiasticis disciplinis utilia. Cum autem sanctus wilfridus menses aliquot in roma studiis indulgeret: rediit in galliam ad dalfinum[7] lugdunensem archiepiscopum: et tres annos apud eum commoratus: attonsus est ab eo: et in tanto habitus amore: ut heredem sibi illum facere cogitaret. *Lectio iiij.*

Predictus vero dalfinus[8] jussu brimhildis regine ad decollandum ductus est. quem secutus est wilfridus clericus ejus: desiderans cum eo occumbere. Sed cum cognoverunt eum carnifices de natione anglorum: pepercerunt ei: neque eum trucidare voluerunt cum suo pontifice. Sanctus wilfridus britanniam veniens: conjunctus est amiciciis

[1] ita: R.N. [2] 'celestia' om.: S. [3] 'a' om.: R.N.
[4] northanhumbrorum: R.N.S. [5] dicere: R.N.S.
[6] 'a' om.: S. [7] dalphinum: N.S. [8] dalphinus: R.

Digitized by Google

alfridi regis : qui dedit ei terram decem familiarum in loco qui dicitur stanford. et non multo post monasterium triginta familiarum in loco qui vocatur rypun. *Lectio v.*

Itaque desiderante rege adelfrido : wilfridus sacerdos ordinatus est ab agilberto gewisorum episcopo. Et non multo post eliminata scotorum secta : galliam illum mittens episcopum sibi rogavit ordinari ab eodem agilberto : qui relicta britannia : parisiace civitatis episcopatum sortitus erat. Qui mandatis obtemperans eum cooperantibus undecim episcopis honorifice consecravit. *Lectio vj.*

Quo adhuc in transmarinis partibus demorante consecratus est cedda vir sanctus in episcopum eboracensem jubente rege oswino : et tribus annis ecclesiam sublimiter regebat. Dehinc considerans se non juste alterius episcopi episcopatum obtinuisse : penitentia ductus ad monasterium quod est in lestinga ei curam secessit : accipiente wilfrido episcopatum totius northanhumbrorum provintie. *Septima lectio tantum de expositione evangelii secundum mattheum* Homo quidam peregre. *Omelia ut in communi.* *Lectio viij.*

Regnante igitur rege egfrido : pulsus est sanctus wilfridus ab episcopatu : et tres pro illo consecrati sunt antistites. Et concedente agathone papa : anno secundo alfridi regis : qui post egfridum regnavit suum episcopatum recepit. Post quinque annos denuo accusatus : papam johannem adiit : et omni judicio episcopatu dignus inventus est. Scriptumque est regibus anglorum : ut eum in episcopatum facerent recipi : eo quod injuste fuerat condemnatus. Cum vero beatus wilfridus britanniam remeans in galliam devenisset : tactus infirmitate quattuor diebus ac noctibus quasi mortuus jacebat. *Lectio ix.*

Archangelus vero michael apparuit ei dicens : Donavit tibi dominus vitam per orationes fratrum tuorum : et per intercessionem genitricis sue : sed paratus esto : quia post quadriennium visitabo te. Possessiones tuas recipies : atque in pace tranquillam vitam terminabis. Britanniam vero veniens in presulatum ecclesie sue receptus est : et postea quattuor annis vitam duxit in pace. Sanctus igitur wilfridus post quadragintaquinque [1] annos episcopatus sui diem clausit extremum : et in monasterio suo : quod dicitur rypun : juxta altare ad austrum honorifice est sepultus : ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius confessoris pontificis. Ad vesperas omnia de communi cum oratione propria. cum memoria de sancto edwardo rege et confessore. Añ.* Justum deduxit. ℣ Magnificavit.

Omnipotens sempiterne deus : qui beatum regem edwardum sanctorum tuorum collegio sociasti : concede propitius : ut qui gloriose translationis ejus recolimus insignia : ipsius apud te sentiamus patrocinia. per dominum. [*Oratio.*

[1] quadraginta : S.

Digitized by Google

¶ *In translatione sancti edwardi regis.*

Ad mat. Invi. Justus florebit. *etc.* *Lectio j.*

Presidente westmonasteriensi[1] ecclesie venerabili viro abbate laurentio: cum per dei visitationem multis eadem domus floreret bonis: exiit sermo inter fratres de glorioso rege edwardo: indignum arbitrantes celestis curie civem tanto tempore in tabernaculo mortalitatis delitescere. Postquam ad aures abbatis verbum istud pervenit: secretius agere cepit: obsecrans eos fratres: ut nudam sibi de vita gloriosi regis aperirent veritatem.

[*Lec. ij.*] Prolati sunt etiam in medium et inspecti libri de miraculis ejus a probatissimis viris conscripti: in quibus preciosus confessor totus mirabilis in oculis universorum resplenduit. His et hujusmodi vir pius in amorem et desiderium beati principis plurimum accensus: ad beate memorie theobaldum archiepiscopum cantuariensem se contulit: ut negocium ipsum tanti viri auctoritate roboraretur.

[*L. iij.*] Ille vero archiepiscopus assensum per omnia spopondit. Adiit[2] etiam consulendi causa venerabilem virum rogerum[3] archiepiscopum eboracensem: richardum quoque londoniensem episcopum: cunctosque fere totius regni episcopos abbates priores: aliasque religiosas personas: qui omnes miro affectu intentionem sanctam persequendam[4] judicaverunt. Dictusque abbas ad regem: qui tunc in transmarinis partibus agebat iter arripuit: negociumque suum eidem patefecit. Acceptis vero litteris a rege una cum litteris prelatorum: aliorumque diversi ordinis virorum illustrium: ad sedem apostolicam aliquos de fratribus suis vir devotus destinavit. *Lectio iiij.*

Libro vero de miraculis a domino papa diligenter inspecto: que per sanctum edwardum deus operari dignatus est: procedens in publicum communi fratrum consilio: de beati regis[5] glorificatione dignam promulgavit sententiam: decernens eum in sanctorum cathalogo confessorum ascribendum. Nunciis itaque ab apostolica sede regressis sepedictus[6] abbas convocatis tam episcopis quam abbatibus in ecclesia westmonasteriensi: primo coram omnibus recitari fecit litteras apostolicas de beati regis canonisatione. sed juxta preceptum regis usque in reditum suum dilata est sancti viri consecratio.

[*Lectio v.*] Post fere biennium: rege a normannia in angliam regresso: abbas prefatus cum eodem rege diligentem de beati regis celebranda translatione tractatum habuit. Annuit igitur devote rex diemque certum indixit. Interim vero accepto abbas consilio: beati corporis glebam primo secretius inspicere decrevit. Quadam igitur nocte fratribus post matutinas ad[7] strata reversis: janius ecclesie clausis: remansit in ecclesia

[1] westimonasteriensi: R.N. passim.
[2] Abiit: S.
[3] rogerium: N.
[4] prosequendam: S.
[5] regi: S.
[6] sepe dictus: S.
[7] pro 'ad' a: R.

Digitized by Google

solus abbas cum priore: et quibusdam fratribus ad hoc electis. Quibus omnibus albis indutis: et nudis pedibus: premissaque oratione procedunt ad tumulum.

Cumque lapidem: qui [*Lec. vj.* sarcophago superpositus fuerat sustulissent: admotis propriis lucernis: conspexerunt virum jacentem in vestitu deaurato: calciatum caligis purpureis: et calciamentis preciosis: caput coopertum: et mitra [1] rotunda auro intexta: barbam etiam niveam et prolixam: modicumque [2] crispantem: super pectus ordine suo decenter jacentem: totumque corpus integrum incorruptum et flexibile reperierunt.[3] Corpus vero illud gloriosum: alii ad caput: alii ad pedes: quidam ad humeros: et per medium levantes: et in panno [4] serico involventes: in cista lignea ad hoc preparata collocaverunt. *Septima lectio tantum de expositione evangelii* Nemo lucernam accendit.[5] *Omelia ut in communi.* *Lectio viij.*

Omnia siquidem que cum eo inventa fuerant: intus reliquerunt: annulo aureo excepto: quem in digito regis inventum abbas propter devotionem retinuit. Adveniente die prefixo: rex in ecclesiam veniens: assistentibus theobaldo archiepiscopo cantuariensi: et rogero archiepiscopo eboracensi: et [6] aliis episcopis: procerumque magno comitatu: presentem illam regie persone majestatem vidit: manibusque quantum timor et reverentia permisere tractavit. Interea accedens secretius ad corpus sancti episcopus roffensis ecclesie devotionis desiderio accensus: pilum extrahere sibique reservare conatur. sed firmus herens [7]: effectum mentis episcopi et voluntatem defraudavit.

Facta igitur sicut [*Lectio ix.* diei solennitas expetivit processione: corporeque precioso per claustrum monasterii regiis humeris precipuorumque procerum manibus deportato: posita est super candelabrum preclara illa lucerna in domo domini. Sicque illud vas insigne castitatis in feretro precioso: quod ei ex auro et argento construi fecerat illustris rex: et consobrinus ejus strenuus anglorum debellator wilelmus: regiis [8] manibus collocatum est: laudantibus cunctis voce jocunda: et deum benedicentibus: qui in sanctis suis semper est gloriosus in secula seculorum. *Cetera ad matuti. et horas de communi unius confessoris non pontificis cum oratione propria. et memoria de sancto calixto. Añ.* Hic est vere. ℣ Gloria et honore. *Oratio.*

Deus qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere: ad amorem tuum nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura. per dominum.

¶ *Sancti calixti pape et martyris.* *Lec. prima.*

Temporibus materni [9] et alexandri incendio divino concremata est pars capitolii a meridiano et intra templum jovis

[1] myrra: S. [2] 'que' om.: N. [3] reppererunt: R.
[4] pyno: R. [5] accendit lucernam: N. [6] 'et' om.: R.
[7] heres: S. [8] regis: R. [9] macrini: S.

Digitized by Google

ruit manus sinistra aurea: et liquefacta est. Et factus est dies obscurus: ita ut omnis populus romanus fugeret foras muros: et audierunt in quodam cenaculo multitudinem christianorum psallentem: inter quos erat calixtus episcopus cum clero suo. Virgo autem templi nomine juliana arrepta a demonio: clamare cepit Deus calixti ipse est deus vivus et verus. *Lectio ij.*

Cum hoc alexandro nunciatum fuisset: jussit eum in eodem loco fame cruciari. Ille vero per quinque dies jejunans magis corroboratur. Post hec alexander jussit eum fustibus cedi: et sub stricta custodia mancipari: ut si quis ad eum die vel noctu veniret occideretur. Erat autem ibi quidam miles nomine privatus: qui erat plenus ulceribus. Hic misit se ad pedes beati calixti dicens: Salva me ab ulceribus meis. Respondit ei calixtus Si credideris et baptisatus fueris: mundaberis. *Lectio iij.*

Respondit privatus: Ego credo quia salvet me Jesus Christus in baptismo per manum tuam. Et cum baptizasset eum calixtus: ab omnibus vulneribus et doloribus quibus tenebatur mundatus est. Audiens igitur alexander privatum militem baptizatum: fecit illum plumbatis cedi donec deficeret. Calixtum vero episcopum per fenestram domus precipitari: et ligato ad collum ejus saxo in puteum demergi: et super eum rudera cumulari. Post dies autem decem et septem presbyter ejus nomine asterius[1] cum clericis suis levavit eum nocte: et sepelivit in cimiterio calepodii via aurelia pridie idus octobris ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius martyris cum oratione propria.*

¶ *Sancti wilfranni[2] episcopi. L. j.*

Venerabilis autem presul wilfrannus[2] cum tenuisset pontificium senonice urbis annis fere viginti et novem cum licentia regis hildeberti et pipini principis ad predicandum fresionum genti: sicut divinitus sibi fuerat revelatum convertit animum. Cum vero in medio mari velis demissis missarum solennia celebrasset: de manu ministri in profundum patena cecidit. Prostratus itaque ante pedes sancti pontificis: veniam postulavit. *Lectio ij.*

Vir domini oratione facta imperavit ministro: ut in quem patena cecidit locum mitteret manum. Quo facto: mox a profundo maris divinitus ejecta diaconi inhesit manu. Hec videntes navis comites omnipotentem collaudaverunt deum. Hoc opus predicationis per annos quinque peragens: ad fontanelle monasterium sepius revertens: monachicum ibidem assumpsit habitum: ordinato in episcopatu senonice urbis jericho[3] venerando pontifice. *Lectio iij.*

Egrotis quoque eum visitantibus: mox eos sanitati restituit. Doctrinam ejus id maxime commendabat: quia non aliter vivebat quam docebat. Nihil enim hujus mundi querere vel amare curabat. Reverso autem

[1] austerius: N. [2] wlfranni: R. vulfranni: N. [3] hierico: S.

Digitized by Google

eo ad cenobium fontanelle acri cepit ardore febrium fatigari: et per aliquod[1] tempus eadem corporis laborabat molestia. Septimo ut sibi promissum fuerat divinitus die: et postquam obitum suum dominici corporis et sanguinis perceptione munivit: soluta ab ergastulo carnis anima sancta: consortia petiit supernorum civium per eum qui vivit et regnat in secula. *Cetera de communi unius confessoris pontificis.*

In natali sancti luce evangeliste.

Ad vesperas Añ. Vos qui reliquistis. *et cetere antiphone sequentes cum psalmis ferialibus. Cap.* Unicuique nostrum. *Re.* Quattuor animalia. *Hymnus* Annue Christe. ℣ In omnem terram. *In evang. añ.* Ecce ego johannes. *ps̄.* Magnificat. *Or̄o.*

Interveniat pro nobis domine quesumus sanctus tuus lucas evangelista: qui crucis mortificationem jugiter in suo corpore pro tui nominis honore portavit per dominum. *Memoria de sancto justo martyre. Añ.* Hic est vere. *Versiculus et oratio ut in communi. Ad matutinas ut in communi unius evangeliste. L. j.*

Lucas cujus hodie festa celebramus natione syrus antiocensis[2] eruditus arte medicus: discipulus apostolorum: postea paulum secutus est usque ad confessionem ejus serviens domino sine crimine. Nam neque uxorem nunquam[3] habens neque filios: septuaginta et quattuor annorum obiit in bithinia plenus spiritusancto. *Lectio ij.*

Qui cum jam scripta essent evangelia per mattheum quidem in judea: per marcum autem in italia: sancto instigante spiritu in archaie partibus hoc scripsit evangelium: significans etiam ipse in principio: ante alia esse descripta. Primus etiam lucas grecis fidelibus venturi in carne dei Christi humilitatem: ne judaicis vel hereticis fabulis attenti: in solo legis desiderio tenerentur omni probatione monstravit. *Lectio iij.*

Dehinc in principio evangelii johannis nativitate presumpta: cui evangelium scriberet: et in quo electus scriberet indicaret: contestans in se esse completa que ab aliis essent inchoata. Hic siquidem[4] lucas evangelistarum medius evangelii sui ordinem a nativitate precursoris Christi inchoavit. Tradunt enim nonnulli hunc evangelistam unum esse ex duobus discipulis quibus post resurrectionem Christi in emaus castellum pergentibus: semetipsum salvator noster sociavit. Septuagesimo quarto etatis sue anno in bithinie partibus corpus ejus humatum est. Et post aliquot annos in constantinopolitanam[5] urbem cum honore translatum est. *Tres medie lectiones de sermone. L. iiij.*

Per sanctum prophetie spiritum pennata animalia subtiliter describuntur: ut hec evangelistarum significare personas: ipsa nobis subtilitas descriptionis aperiat: nihilque sermo dei nostro intellectui dubietatis relinquat: Ecce enim dicitur:

[1] aliquot: R.N.S. [2] anthiocensis: N. [3] unquam: N.
[4] quidem: R.N. [5] constantinopolitaneam: R. constantinopoliteanam: N.

Digitized by Google

Similitudo autem vultus eorum. Facies hominis et facies leonis a dextris ipsorum quattuor. Facies autem bovis a sinistris ipsorum quattuor. Et facies aquile desuper ipsorum quattuor. *Lec. v.*

Quod enim quattuor hec pennata animalia sanctos quattuor evangelistas designent: ipsa uniuscujusque libri evangelici exordia testantur. Nam quia ab humana generatione cepit: jure per hominem matheus. Quia per clamorem in deserto: recte per leonem marcus. Quia a sacrificio exorsus est: bene per vitulum lucas. Quia vero a divinitate verbi cepit: digne per aquilam signatur johannes. *L. vj.*

Ipse enim unigenitus dei filius veraciter factus est homo: ipse in sacrificio nostre redemptionis dignatus est mori ut vitulus. ipse per virtutem sue fortitudinis surrexit ut leo. ipse etiam post resurrectionem suam ascendens ad celos in superioribus est elevatus ut aquila. Totum ergo simul nobis est: qui et nascendo homo et moriendo vitulus et resurgendo leo: et ad celos ascendendo aquila factus est. *Tres ultime lectiones et*[1] *de expositione evangelii* Designavit dominus. *Omelia ut in communi. Cetera de communi unius evangeliste cum oratione propria. Et fiat memoria de sancto justo martyre ut supra.*

¶ *In festo sanctarum reliquiarum.*

Ad vesperas añ. Dilecti deo. *Et cetere antiphone de laudibus cum psalmis de apostolis. Capl'm.* Sancti per fidem. *Re.* Justorum anime. *Hymnus* Sanctorum meritis. ℣ Hii sunt. ℣ Te summa. *℣ers.* Exultabunt sancti. *In evangel. añ.* Fulgebunt justi. *ut in communi plurimorum confessorum. ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Propitiare nobis quesumus domine famulis tuis per sanctorum tuorum quorum reliquie in presenti requiescunt ecclesia merita gloriosa: ut eorum piis intercessionibus ab omnibus semper protegamur adversis. per dominum. *Memoria de sancto luca. Añ.* Tua sunt. ℣ In omnem terram. *Oratio.* Interveniat. *Ad matuti. Invitator.* Gaudete. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Sanctorum meritis: *cum duobus versibus ut supra. omnes antiphone et psalmi sicut in communi plurimorum martyrum preter nonam antiphonam cum suo*[2] *psalmo ut patet infra et exceptis antiphonis in laudibus et horis que erunt proprie.* ℣ Exultent justi. *Lec. j.*

Qui sanctorum merita religiosa charitate miratur: quicunque justorum gloriam frequenti laude colloquitur: eorum mores sanctos atque justiciam imitetur. Quoniam quem delectat alicujus sancti meritum: delectare debet et circa cultum dei obsequium. *Re.* Absterget deus. *Lectio ij.*

Quare imitari debet si laudat: aut laudare non debet si imitari detractat: ut qui alium laudat: laudabilem se reddat. Et qui sanctorum merita admiratur: mirabilis ipse sanctitate vite reddatur. Nam si propterea justos fidelesque diligimus: quod

[1] *pro 'et' erunt: R.N. 'et' om.: S.*

[2] *'suo' om.: S.*

Digitized by Google

in ipsis justiciam fidemque conspicimus: possumus nos quoque esse quod sunt: si faciamus ipsi quod faciunt. ℣ Sancti tui domine. *Lectio iij.*

Neque enim difficile nobis est quod ab ipsis geritur imitari: cum sine precedenti exemplo ab antiquis talia gesta conspicimus ut non ipsi aliorum emuli redderentur: sed emulande virtutis seipsos nobis preberent exemplum ut dum nos ex ipsis et ex nobis alii proficiunt: sic Christus in ecclesia semper in suis laudatur. *Re.* Justorum anime. ℣ Letamini. *In secundo nocturno. Lectio iiij.*

Ab origine mundi innocens abel occiditur. Enoch deo placens transfertur. Justus noe invenitur. Abraham fidelis probatur. Moyses mansuetus dinoscitur. Jesus castus. David levis.[1] Helyas acceptus. Daniel sanctus. Tres pueri victores redduntur. *Re.* Sancti mei qui in isto. *Lectio v.*

Apostoli Christi discipuli credentium magistri habentur. E quibus eruditi confessores fortissime pugnant: martyres persecuti triumphant: et christiani semper exercitus diabolum deo armati debellant. In istis semper pares virtutes dissimiles pugne et gloriose victorie. *Re.* In circuitu. *Lectio vj.*

Unde christiane delicatus es miles: si putes te sine pugna vincere: sine certamine triumphare. Exere[2] vires fortitudine: dimica atrociter[3]: justa concerta: considera pactum: conditionem attende militiam nosce. Denique considera presente deo te cum hoste pugnare. Favet dominus ut vincas: favet ut obtineas. Cum pugnas adest: cum dimicas presens est. *Re.* Justi imperpetuum. *In iij. nocturno tertia añ.* Isti sunt viri sancti quos elegit dominus in charitate non ficta et dedit illis gloriam sempiternam quorum doctrina fulget ecclesia ut sole[4] luna. *ps̄.* Exultate justi. ℣ Justorum anime. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii* Descendens Jesus de monte. *ut in communi plurimorum martyrum. Septimum Responsorium* Isti sunt viri sancti. *Quere in communi plurimorum confessorum cum duobus responsoriis sequentibus. Octavum Re.* Fulgebunt justi. *Nonum Re.* Sint lumbi vestri. *ps̄.* Te deum. ℣ Exultabunt sancti. *In laud. añ.*

Sancti per fidem vicerunt regna operati sunt: justiciam adepti sunt promissiones. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum et deducet illos in via mirabili. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Sancti qui sperant in domino habebunt fortitudinem: assument pennas ut aquile volabunt: et non deficient. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Justi autem imperpetuum vivent: et apud dominum est merces eorum. *ps̄.* Benedicite. *Añ.* Certamen magnum habuerunt sancti dei: transierunt per ignem et aquam et salvi facti sunt et coronas acceperunt a domino deo. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Reddet deus. *Hymnus* Rex gloriose. ℣ Justi

[1] lenis: R.N. [2] exerce: R.N. [3] attrociter: R. [4] sol et: N.

Digitized by Google

autem imperpetuum. *In evang. añ.* Sint lumbi. *ps̄.* Benedictus. *Oratio* Propitiare nobis. *Ad horas antiphone de laudibus. Cetera de communi plurimorum martyrum cum oratione* propitiare. *Ad vesperas Añ.* Sancti per fidem. *Et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Reddet deus. *Re.* Justi imperpetuum. *Hymnus.* Rex gloriose. ℣ Exultabunt sancti. *In evange. añ.* Beati servi. *ut in communi plurimorum confessorum. ps̄.* Magnificat. *Oratio* propitiare. *Memoria de sancta austraberta*[1] *virgine. Añ.* Simile est regnum celorum. *Et cetera ut in communi.*

¶ *Sancte Austraberte virginis.*

Lectio j. Erat enim in francia beata virgo austraberta in tarvennensi[2] territorio nobilibus parentibus exorta: prius a deo electa quam alvo matris concepta: prius angelorum cetibus cognita quam mundo nata. Procedente tempore cum parentes ejus diem statuerunt nuptiarum: ipsa super hoc mesta iter furtim arripuit et ad beatum audomarem[3] episcopum venit: a quo sacro velamine consecrata est. *Lectio ij.*

In monasterio ergo quod dicitur portus super fluvium somnia[4] a matre spirituali que ibi preerat burgaflede nomine suscepta: et per quattuordecim annos ibi degens multos suo salvavit exemplo. Post hoc per monitionem beati phileberti[5] ad cenobium quod pauliacus dicitur venit: et ibi virginum deo sacratarum regimen suscepit. Erat enim frequens in lectione: pernox in vigiliis et oratione: in jejuniis prompta: in tribulationibus constantissima. Omnibus enim quadragesimis preter dies dominicos: non nisi ter per sex dies comedebat. *Lectio iij.*

Transivit autem gloriosa virgo quarto iduum februarii die et in ecclesia beati petri est sepulta: ubi per plurima requievit annorum curricula. Interea translatum est sanctum illud corpus a loco ubi prius fuerat[6] positum tertiodecimo kalendas novembris: sed non sine miraculo. Nam puer quidam parvulus a demonio vexabatur. Cumque delatus a patre ante corpus beate virginis fuisset projectus: statim fugato demonio sanitatem recepit. *Cetera de communi unius virginis non martyris.*

¶ *In festo undecim milium virginum. Oratio.*

Deus qui sanctam nobis hujus diei solennitatem pro beatarum virginum martyrumque tuárum gloriosa passione fecisti: adesto familie tue precibus: et da ut quarum hodie festa celebramus earum meritis et intercessionibus adjuvemur. per dominum. *Memoria de sancto hilarione confessore. Añ.* Justum deduxit. *Oratio.* Adesto domine *ut in communi. Lectio j.*

In britannia fuit quidam rex deo devotus qui quandam filiam nomine ursulam generavit. Hec mirabili morum honestate et pulchritudine pollebat: ita quod ejus fama ubique volabat.[7] Rex autem anglie cum nimis

[1] *austreberta: R.N.S. passim.* [2] tarvanensi: R.N. [3] audomarum: R.N. [4] somma: R.N. [5] philiberti: R.N. [6] 'fuerat' om.: S. [7] volebat: S.

Digitized by Google

prepotens esset: et multas nationes suo imperio subjugaret[1]: audita hujus virginis fama: beatum se per omnia fatebatur: si predicta virgo suo unigenito copularetur. Juvenis etiam ad hoc multum estuabat. Mittunt igitur solennes nuncios ad patrem virginis magnis promissionibus[2] blandiciis magnas[3] adjicientes minas: si ad dominum suum vacui revertantur. Rex autem pater puelle cepit plurimum anxiari: tum quia fide Christi insignitam cultori idolorum tradere indignum duceret: tum quia ipsam nullatenus consentire cognosceret: tum quia regis ferocitatem plurimum formidaret. *Lectio ij.*

Ipsa autem puella divinitus inspirata patri suasit: ut predicto regi assensum preberet: ea tamen conditione proposita: ut ipse rex cum patre decem virgines electissimas sibi ad solacium traderet: et tam sibi quam aliis mille virgines assignaret: et comparatis trieribus inducias triennii sibi darent ad dedicationem sue virginitatis: et ipse juvenis baptizatus: in his tribus annis in fide instrueretur. Sapienti quidem usa consilio: ut aut[4] difficultate proposite conditionis animum ejus ab hoc averteret[5]: aut hac opportunitate predictas virgines secum deo[6] dedicaret. At[7] juvenis libenter hac conditione accepta apud patrem institit: et protinus baptizatus accelerari cuncta que beata virgo petierat impetravit. *Lectio iij.*

Pater autem puelle ordinavit ut filia sua quam valde diligebat: viros quorum solatio tam ipsa quam ejus exercitus indigebat in comitatu suo haberet. Igitur virginibus trieribus et sumptibus preparatis: tandem cum ursula omnes ad fidem virgines convertisset sub unius diei spacio stante prospero vento ad portum gallie quod riella dicitur et inde coloniam venerunt. ubi ursule angelus domini apparuit: et predixit eas illuc integro numero reversuras: et coronas ibidem martyrii percepturas. Inde igitur ad angeli admonitionem romam tendentes: ad urbem basilicam applicuerunt: et ibidem relictis navibus romam pedestres venerunt. *Medie lectiones de sancto Hillarione confessore.*

Habebat dominus in [*Lec. iiij.* egypto senem antonium: in palestina hillarionem juniorem. Quadam autem die hillarion egressus ortulum: vidit hominem in toto corpore paraliticum jacentem ante fores. Qui mox collachrymans tangensque adjacentem manum: ait. In nomine domini nostri Jesu Christi surge et ambula. Mira velocitas. Adhuc verba in ore loquentis volvebantur: et membra solidata ad standum hominem surrigebant.[8]

Igitur octogesimo etatis [*Lec. v.* sue anno venerunt ad eum egrotantem multi de papho viri religiosi maxime quod eum dixisse audierant jam se ad dominum migraturum: et de corporis vinculis liberandum. Hos

[1] subjugare: S. [2] 'et' add: N. [3] magna: S.
[4] 'ut aut' om.: S. [5] adverteret: S. [6] 'deo' om.: S.
[7] Ad: S. [8] surgebant: R.N.

Digitized by Google

ergo omnes adjuravit : ut statim post mortem eum in eodem ortulo terra operirent. Jamque modicus calor tepebat in pectore: et tamen apertis oculis loquebatur. Egredere quid times? Egredere anima quid dubitas? Septuaginta quippe annis servisti Jesu Christo et mortem times? In hec verba exalavit spiritum et in ortulo eum sepelierunt. *L. vj.*

Post hec quidam de palestina hisichius nomine perrexit ad cyprum simulans se[1] velle in eodem ortulo habitare cum ingenti vite sue periculo. Et post decem fere menses corpus sancti furatus est. Quod majoniam deferens : in antiquo monasterio condidit illesa[2] tunica cucullo[3] et pallio et[4] toto corpore quasi adhuc viveret integro : ac in utroque loco magna fiunt miracula : sed majora in ortulo cypri : forsitan quia illum locum plus dilexerat. *Cetera de communi unius confessoris non pontificis. Septima lectio tantum de expositione evangelii Secundum mattheum.* Simile est regnum celorum decem virginibus. *Lec. viij.*

Duo autem iniqui principes romane militie maximinus scilicet et affricanus videntes magnam multitudinem virginum : et quod multi multeque ad eas confluerent : timuerunt ne per eas nimis cresceret religio christiana. Quapropter iter earum diligentius explorantes : nuncios miserunt ad julium cognatum suum principem gentis hunnorum : ut educto contra eas exercitu : ipsas cum christiane essent et venirent coloniam trucidarent. Cum autem sacre virgines cum predictis episcopis a roma redirent : etherius virginis sponsus a domino monetur ut protinus surgens sponse sue occurrat : ut cum ea in colonia martyrii palmam accipiat. Qui divinis monitis acquiescens matrem suam baptizari fecit et cum ipsa et sorore sua florentina parvula jam christiana necnon et clemente episcopo ipsis virginibus obvians se ad martyrium sociavit eisdem. *L. ix.*

Omnes igitur virgines peracta peregrinatione coloniam redierunt : et ipsam jam urbem ab hunnis obssessam[5] invenerunt. Quas barbari videntes super eas clamore nimio irruerunt et quasi lupi sevientes in oves : totam illam multitudinem occiderunt. Cum autem ad beatam ursulam ceteris jugulatis venissent videns princeps ejus miram pulchritudinem obstupuit : et consolans eam super nece virginum promisit quod eam sibi in conjugem copularet. Sed cum hoc illa penitus respuisset : ille contemptum se videns directa sagitta eam transfixit : et sic illa martyrium consummavit. Passe sunt autem sancte virgines anno domini ducentesimo tricesimo octavo regnante domino nostro Jesu Christo : cui est honor et gloria in secula seculorum amen.

¶ *Sancti Romani archiepiscopi.*

Beatus romanus ex patre [*L. j.* benedicto et matre[6] felicitate per angelicam revelationem conceptus et ortus : in genitorum ede feliciter est nutritus. Qui

[1] 'se' om. : S. [2] illasi : R.N. [3] cuculo : R.N.S.
[4] 'et' om. : N. [5] obsessam : R.N.S. [6] 'matre' om. : R.N.

Digitized by Google

succedente tempore a parentibus liberalibus studiis traditur imbuendus. Parvo vero tempore sufficienter instructus cum vite sanctitate polleret: ad sacros ordines promotus: ex consensu cleri plebisque in archiepiscopum rothomagensem est electus et post modicum consecratus: et omnia phana destruxit. *Lectio ij.*

Ubicunque autem phana demonum destruxit: ibidem ecclesiam in Christi nomine consecravit. Quodam tempore hyemali dum solus romanus pernox orationi vacaret: astitit demon nudus ante fores ejus in specie mulieris dicens. Electe dei romane: aperi mihi januas tuas: quia frigore premor. Sed sanctus dei talia spernebat consortia. Tunc illa clamavit. O romane tu Christo redditurus es rationem ob animam meam que a frigoribus e corpore cogitur exire. *Lectio iij.*

Cumque sanctus romanus undique anxius staret: tandem pietate commotus vocantem hostem intro venire decrevit. Sed denudatus diabolus ad ignem est calefactus: dilatatque crines capitis sui usque ad pedes. Sed dominus omnipotens mox celicolam transmisit ad episcopum auxilii causa. Ad cujus adventum depulsus est hostis: ac sanctus dei non solum extunc: sed semper permansit stabilis in pectore casto. Et cum appropinquasset exitus sui dies: vocatis fidelibus: cuncta que habebat egenis distribuit: ne transituro e mundo aliqua macula inveniretur in eo. Transivit vero e mundo decimo kalendas novembris: ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius confessoris pontificis.*

¶ *In translatione sancti johannis beverlaci. Ad vesperas añ.* Amavit. *et cetere antiphone sequentes: cum psalmis ferialibus. Cap.* Ecce sacerdos. *Re.* Miles Christi. *Hymnus.* Iste confessor domini. ℣ Amavit. *Añ.* Confessor. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui hunc diem sanctissimi johannis confessoris tui atque pontificis translatione decorasti: fac nos ejus meritis in sanctorum tuorum societatem transferri. per dominum. ¶ *Memoria de sanctis martyribus crispino et crispiniano. Añ.* Gaudent in celis. ℣ Exultent. *Oratio* Deus qui nos. *ut in communi. Ad matu. Invita.* Unum deum. *Et cetera ut in communi. Lec. j.*

Letemur igitur fratres charissimi letemur in domino: et diem venerabilem translationis sacratissimi viri johannis confessoris et archiepiscopi eboracensis celebremus. Qui cum in vita sua extiterat miraculosus: magnis in mundo postquam decessit: dei gratia virtutibus choruscavit. Laudabili ergo cleri consilio universi: dies in quo ejus fieri deberet translatio: sancto inspirante spiritu est constitutus. *Lectio ij.*

Convocato igitur clero cum[1] ceteris magnatibus: et universis qui tante[2] solennitati[3] ad diem constitutum interesse deberent: unanimi devotione in

[1] 'cum' om.: S. [2] tanta: R.N. [3] solennitate: R.N.

Digitized by Google

oratione persistentes: tumulum predicti sanctissimi confessoris johannis: terra et lapidibus coopertum discooperuerunt: et virtute celesti subnixi preciosissimi corporis reliquias sumpserunt: et in capsa lignea honestissime locaverunt. *Lectio iij.*

Quam capsam suis humeris humiliter imponentes juxta honorem tanto patrono debitum portantes: ad summum altare bajularunt: et dictam capsam sigillis signatam sub fideli custodia posuerunt. Tempore translationis hujus prefuit ecclesie eboracensi alfricus archiepiscopus septimusdecimus a sancto johanne: qui anno tertio sui presulatus romam ivit: et a johanne papa pallium accepit. Ipseque cum edsiodoro bernensi antistite: die sancto pasche regem edwardum inunxit wyntonie: qui sanctus confessor dei dicitur: et apud londonias more regio sepelitur. *Lectio iiij.*

Iste etiam alfricus archiepiscopus capsam auro et argento et lapidibus preciosis apud beverlacum fabricari fecit: et elevatum sancti confessoris johannis corpus de sepulchro ligneo mirabili artificio insculpto: multis additis reliquiis in eam honorifice collocavit. Sicque beati johannis translatio veneranda tricentesimo sextodecimo depositionis sue anno: et dominice incarnationis millesimo tricesimo septimo octavo kalendas novembris tempore johannis pape: et edwardi[1] regis anglie: per venerabilem africum eboracensem archiepiscopum solenniter est peracta. *Lectio v.*

Regnante inclyto rege adelstano: qui monarchiam totius anglie tenuit: scotorum rex cum suis transito fluvio: quod dividit anglorum regnum: cepit depopulari villas:[2] homines exterminare Quod cum rex prefatus comperisset: congregato exercitu: propositum carpebat iter. Cumque in provincia lincolnie devenisset: quosdam ovantes catervatim venientes obvios habuit. Quos ille interrogans: que esset causa tanti gaudii: vel unde venirent: responderunt: quod de beverlaco venere: ubi quosdam ex eis mutos vel claudos: cecos et surdos sanctus johannes dei gratia sanaverat. Tunc rex habito cum suis consilio: dixit se debere talem patronum adire: ut sibi in instanti negocio subveniret. *Lectio vj.*

Transmisit vero exercitum suum versus eborum.[3] ipse autem transiens fluvium humbre venit beverlacum: procumbensque coram sancto johanne animo prolixius orabat. Exurgens ab oratione rex coram astantibus dixit: O gloriose confessor johannes precor: ut infestationem pernoxiam inimicorum te patrocinante superare queam. Et extrahens cultellum suum de vagina posuit super altare dicens: Ecce vadium meum coram te pono: quod ecclesiam tuam honorificabo redditibusque augebo: si dei nutu tuoque suffragio hostes debellare quivero. Et accepto secum vexillo quod sancti

[1] edvardi: R. [2] 'et' add: N. [3] eboraceñ: N.

Digitized by Google

johannis fuerat: scotiam profectus est. *Septima lectio tantum de expositione evangelii* Homo quidam peregre. *Omelia ut in communi.* *Lectio viij.*

Timore igitur percussi scoti: trans mare scotorum sua statuerunt habitacula. Ast eos adhelstanus viriliter insequens cum suis: in altero ejusdem aque littore sua fixit tentoria. Proxima vero nocte regem in stratu suo dormientem astans sanctus johannes his verbis alloquitur: Quoniam ex illo tempore: quo mihi beverlic votum fecisti: tui dux et custos deputatus sum: mane surgens cum hostibus dimica: tibi enim per meam intercessionem cessabit victoria. Quibus jussis: ille obtemperans victor extitit: multique ex scotis ruerunt: et ipsorum rex aufugit ad totius regni confusionem. Ipse vero adhelstanus per triennium ibi moratus: leges suas et edita[1] per terram servanda instituit. *Lectio ix.*

Revertens vero per loca marina juxta dunbar: vidit scopulos prominere: taliaque suspirans eloquia protulit dicens. Si deus interveniente beato johanne mihi aliquod signum evidens facere permitteret: ut presentes cognoscant scotiam anglorum regno subjugari: tributaque persolvere: deo gratias redderem. Et extracto gladio percussit in silicem: que adeo penetrabilis fuit: quasi butyrum esset. Qui lapis ictu gladii cavatur in longitudine ad mensuram ulne: et usque ad presentem diem evidens signum patet. Ipse vero rex deo et sancto johanni gratias agens beverlic petiit: ibique votum suum laudabiliter adimplevit: ad laudem ipsius sancti: et domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius confessoris pontificis cum responsoriis et oratione propria.*

¶ *In vigilia apostolorum simonis et jude.*

Matutine et hore dicantur de feria: cum legenda de septem pueris cum matre: ut notatur in rubrica post hystoriam Adaperiat. *Ad vesp. añ.* Vos qui reliquistis. *et cetere antiphone: cum psalmis ferialibus. Cap.* Non vos. *Re.* Qui sunt. *Hymnus.*

Beate symon et thadee inclyte: cernite nostros gemitus cum fletibus: quique per lapsum meruimus baratrum: per vos celorum mereamur aditum. *Hymnus* Annue Christe. *Et cetera de communi plurimorum apostolorum. Ad matutinas omnia ut in*[2] *communi. Lectio prima.*

Sancti itaque apostoli simon chananeus et judas zelotes: cum persidis regionem ingressi fuissent: occurrit eis baradach dux regis babiloniorum: cui nomen erat xerxes. Hic autem contra indos: qui fines persidis invaserant susceperat bellum. In comitatu vero ejus erant sacrificatores idolorum: qui dabant responsa fallacie sue. sed in adventu apostolorum nulla penitus potuerunt dare responsa. *Lectio ij.*

Dicit[3] ergo apostolis baradach dux: Quia audio deos nostros

[1] edicta: S. [2] *pro 'ut in' de: R.N.* [3] dixit: R.N.S.

Digitized by Google

non esse ausos coram vobis positos nobis dare responsa: vos nobis futura predicite. Dicunt ei apostoli: Modicum sustine: et jubebimus hos demones loqui. Ad vocem autem apostolorum ceperunt dii eorum simul dicere grande bellum futurum esse: et ex utraque parte posse interfici preliantes. Tunc apostoli dei in risum excitati sunt. Dixit eis baradach dux: Me timor invasit: et vos ridetis. Dicunt ei apostoli: Cesset timor tuus: quia pax nobiscum intravit in istam provinciam. Nam hodie intermitte profectionem: et crastina die in hac hora venient qui paci [1] vestre pactum firmissimum stabilient.

Tunc templorum pontifices dixerunt: Domine noli his hominibus credere. [*L. iij.*] Dii tui qui nunquam fallunt: dederunt tibi responsum: ut sis cautus. Apostoli vero dixerunt duci: Non tibi diximus: expecta unum mensem: sed unum diem. In crastino vero venerunt nuncii: qui missi fuerant: et nunciaverunt omnia ita esse: sicut apostoli predixerunt. Tunc iratus pontificibus dux: voluit eos vivos accendere: sed apostolorum rogatu dimisit eos. Post hec vero supradicti duo magi multitudinem serpentium venire fecerunt. sed apostoli dei miserunt illos in eosdem magos: et ceperunt comedere carnes illorum: et ulularunt magi sicut lupi. *L. iiij.*

Tunc rex dicebat apostolis: Permitte [2] eis ut moriantur ab illis. Dixerunt apostoli ad regem: Nos missi sumus a morte ad vitam reducere. Et dixerunt serpentibus: Redite ad loca vestra: omne venenum quod infudistis magis istis: vobiscum auferte. Tunc illi magi majores cruciatus passi sunt: cum serpentes iterum morsibus edebant carnes eorum. *Lectio v.*

Apostoli autem rogati a rege morabantur in babilonia: et baptisati sunt cum rege amplius quam sexaginta milia virorum: exceptis parvulis et mulieribus. Ordinabant vero presbyteros diaconos et clericos. ex quibus unus diaconus nomine eufrosinus: passus fuit crimen incestus. Venientes vero apostoli ad parentes puelle dixerunt: Quando natus est puer? Dixerunt: Hodie hora prima. Tunc adjuratus puer in nomine Jesu Christi: locutus est dicens quod diaconus ille esset vir sanctus et castus et non inquinavit carnem suam. *Lec. vj.*

Tunc venerunt apostoli ad suanyr [3] civitatem magnam: in domum cujusdam viri nomine semei.[4] Veneruntque pontifices cum populo clamantes: Produc inimicos deorum nostrorum: cum quibus si non sacrificaveris incendemus te: et domum tuam cum ipsis. Apostoli autem ducti ad templum solis: clamaverunt demones: Quid nobis et vobis apostoli dei. In ingressu vestro flammis exurimur. Tunc simon dixit ad simulachrum solis: Precipio tibi demon exi de simulachro solis: et comminue illud et quadrigam ejus. Similiter cum hec judas ad simulachrum lune dixisset: egressi sunt duo

[1] pacis: N. [2] Permittite: R.N. [3] sanyr: S. [4] femei: R.

Digitized by Google

ethiopes nigri nudi et horribiles: ululatum magnum emittentes: et simulachra subverterunt. Tunc pontifices irruentes in apostolos interfecerunt eos. Ipsa autem hora qua decollati sunt per fulgura templum tripharie scinditur: et magi zaroen et arphaxat adusti sunt in ardentes carbones. Post menses autem tres misit xerxes et confiscavit omnes pontifices. Corpora autem apostolorum ad suam transtulit civitatem: ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Tres ultime lectiones de expositione evangelii* Hec mando vobis. *Omelia ut in communi. Cetera ad matutinas et horas de communi plurimorum apostolorum cum oratione propria. Oratio.*

Deus qui nos per beatos apostolos tuos simonem et judam ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternam et proficiendo celebrare: et celebrando proficere. per dominum. *Ad vesperas omnia de communi cum oratione* Deus qui nos. *ut supra.*

¶ *Sancti germani capuani episcopi. Legenda et cetera omnia de communi unius confessoris pontificis.*

¶ *In vigilia omnium sanctorum Matutine dicantur de sancto quintino martyre cum nocturno et hore similiter. Lectio prima.*

Factum est autem in diebus maximiani imperatoris: ut persecutio insurgeret christianorum: et riciovarus[1] expetiit ab eo: ut intra gallias prefectorii[2] ageret potestatem. Veniens vero in civitatem ambianensium: audivit de beati quintini fama. moxque eum comprehendi precepit: dixitque ad eum. Sacrifica diis. Nam si nolueris: per deos juro: diversis penis te faciam interfici. Sanctus quintinus respondit: Per deum juro: qui fecit celum et terram: mare et omnia que in eis sunt: quia non timeo minas tuas. *Lectio ij.*

Iratus ergo riciovarus jussit sanctum quintinum in carcerem mitti: ubi cum sanctus quintinus sopori se dedisset: apparuit ei angelus domini dicens: Quintine surge sta in media civitate: et corrobora omnem populum: ut credant in dominum nostrum Jesum Christum. Evigilans autem ita fecit: et crediderunt per eum ducenti viri. Hoc audito riciovarus jussit duas caringas facere[3]: cum quibus sanctum quintinum a cervice usque ad crura transfixit. Fecit et alias decem caringas: quas in digitis ejus cadentes[4] inter ungulas et carnem intulit. *Lec. tertia.*

Et post hec omnia caput ejus gladio jussit amputari. Statimque de collo ejus columba exiit candida sicut nix: que celos penetravit. Et vox de celis venit dicens. Quintine famule meus veni: et accipe coronam tibi[5] preparatam. Tunc riciovarus in flumine abscondit corpus sancti viri. Sed post quinquaginta quinque annos quedam matrona nomine eusebia per novem annos ceca corpus invenit incorruptum per revelationem angeli: et cum honore sepelivit: et lumen oculorum

[1] rictiovarus: N.S. passim. [2] prefectoriis: N.
[3] pro 'facere' fieri: W.R.N. [4] candentes: R.N. [5] 'tibi' om.: N.

Digitized by Google

recepit ad laudem domini nostri Jesu Christi. *Cetera de communi unius martyris.*

¶ *Si vigilia ista die dominica eveniat: fiat tantum memoria de martyre: et totum servitium diei fiat de dominica. Et similiter fiat de omnibus vigiliis diebus dominicis contingentibus excepta vigilia nativitatis si in dominica contingat.*

¶ *In vigilia omnium sanctorum. Ad vesperas antiphona.*

Laudem dicite deo nostro omnes sancti ejus: et qui timetis deum pusilli et magni quoniam regnabit dominus deus noster omnipotens gaudeamus et exultemus et demus gloriam ei. *ps.* Laudate pueri. *An.* Sanctum est verum lumen et admirabile ministrans lucem hiis qui permanserunt in agone certaminis recipiunt a Christo splendorem sempiternum in quo assidue felices letantur. *ps.* Laudate dominum omnes gentes. *An.* Gaudent in celis anime sanctorum qui Christi vestigia sunt secuti: et quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt: ideo cum Christo regnabunt in eternum. *ps.* Lauda anima mea. *An.* Fulgebunt justi et tanquam scintille in arundineto discurrent judicabunt nationes et regnabunt in eternum. *ps.* Laudate dominum quoniam bonus. *An.* O quam gloriosum est regnum in quo cum Christo gaudent omnes sancti amicti stolis albis sequuntur agnum quocunque ierit. *ps.* Lauda hierusalem. *Cap.*

Ecce ego johannes vidi angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum dei vivi: et clamavit voce magna quattuor angelis quibus datum est nocere terre et mari dicens: nolite nocere terre et mari neque arboribus: quoadusque signemus servos dei nostri in frontibus eorum. *Re.* Laudem dicite deo nostro omnes sancti ejus: et qui timetis deum pusilli et magni: quoniam regnabit dominus deus noster omnipotens. Gaudeamus et exultemus et demus gloriam ei. ℣ Genus electum gens sancta populus acquisitionis memores memorum laudate deum. Gaudeamus. Gloria patri. Gaudeamus. *Hym.*

Christe redemptor omnium conserva tuos famulos beate semper virginis placatus sanctis precibus. *B*eata quoque agmina celestium spirituum preterita presentia futura mala pellite. *V*ates eterni judicis apostolique domini suppliciter exposcimus salvari vestris precibus. *M*artyres dei inclyti: confessoresque lucidi vestris orationibus nos ferte in celestibus. *C*horus sanctarum virginum clericorumque omnium simul cum sanctis omnibus consortes Christi facite. *G*entem auferte perfidam credentium de finibus ut Christo laudes debitas persolvamus alacriter. *G*loria patri ingenito ejusque unigenito una cum sancto spiritu in sempiterna secula. Amen. ℣ Mirabilis deus. *In evang. an.* Beati estis sancti dei omnes qui meruistis consortes fieri celestium virtutum et perfrui claritatis gloria: ideoque precamur ut memores nostri intercedere dignemini pro nobis ad dominum deum nostrum. *ps.* Magnificat. *Oratio.*

Digitized by Google

Domine deus noster multiplica super nos gratiam tuam : et quorum prevenimus gloriosa solennia: tribue subsequi in sancta professione leticiam. per dominum. *Ad matuti. Invita.* Regem regum dominum venite adoremus. Quia ipse est corona sanctorum omnium. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Christe redemptor. *In j. nocturno an̄.* Adesto deus unus omnipotens pater et filius et spiritussanctus. *ps̄.* Domine dominus noster. *An̄.* Celi regina[1] maria te jure fatemur : ex cujus thalamo processit justicie sol. *ps̄.* Celi enarrant. *An̄.* Laudemus dominum quem laudant angeli : quem cherubin et seraphin sanctus sanctus sanctus proclamant. *ps̄.* Benedicite. (*j.*). ℣ Exultent justi. *Lectio j.*

Legimus in ecclesiasticis hystoriis : quod sanctus bonifacius qui quarto[2] a beato gregorio romane urbis epyscopatum tenebat : a foca cesare impetravit donari ecclesie Christi templum rome : quod ab antiquis pantheon vocabatur. In quo eliminata omni spurcitia demonum : fecit ecclesiam sancte dei genitricis atque omnium martyrum Christi : ut plebs universa in capite kalendarum novembrium sicut in die natalis domini ad ecclesiam conveniret. Nunc ergo fratres charissimi in omnium primordiis sanctorum nos nominare : laudare et glorificare condecet eum qui cunctos condidit sanctos per quem omnia facta sunt. cujus majestas nec incipit : nec desinit in seculum. Unde dictum est Omnis sapientia a domino deo est : et cum ipso fuit semper : et est ante evum. *Re.* Benedicat nos deus deus noster : benedicat nos deus. Et metuant eum omnes fines terre. ℣ Deus misereatur nostri : et benedicat nos deus. Et metuant. *Lectio ij.*

Beata dei genitrix virgo semper maria hodierna solennitate jure post filium venerabilis est et gloriosa. Ipsa quippe est mater domini nostri Jesu Christi secundum carnem : ex semine abrae[3] : de tribu juda. Virga jesse : stella maris : ancilla dei : regina gentium : domina regum : sponsa domini : mater Christi : conditoris templum : spiritussancti sacrarium : velut columba speciosa : pulchra ut luna : electa ut sol. Illius ergo mereamur precibus adjuvari : que mater meruit esse conditoris nostri : qui cum patre et spiritusancto vivit et regnat deus per omnia secula seculorum.[4] *Re.* Felix namque es sacra virgo maria : et omni laude dignissima : Quia ex te ortus est sol justicie Christus deus noster. ℣ Ora pro populo : interveni pro clero : intercede pro devoto femineo sexu : sentiant omnes tuum levamen quicunque celebrant tuam solennitatem. Quia. *Lectio iij.*

Qui superna celorum regna spiritibus angelicis ad laudem et gloriam atque honorem sui nominis ac majestatis imperpetuum miro ordine collocavit : deus est. De quibus plura loqui pertimescimus : quia soli deo

[1] reginam : R.N.
[2] quartus : W.R.N.
[3] abrahe : W.R.N.S.
[4] 'amen' add : S.

Digitized by Google

scire est quomodo vel quemadmodum eorum nobis invisibilis absque contagione seu diminutione in sua sola puritate consistat natura. Sed tamen novem esse angelorum ordines ad dei judicia ac ministeria [1] complenda: testante sacro eloquio cognovimus. Taceamus interim [2] de secretis celestibus: et ante oculos conditoris tergamus maculas peccatorum: ut ad eos de quibus loquimur pervenire mereamur. *Re.* Te sanctum dominum in excelsis laudant omnes angeli dicentes: Te decet laus et honor domine. ℣ Cherubin quoque et seraphin sanctus proclamant: et omnis celicus ordo dicentes. Te. Gloria. Te. *In secundo nocturno añ.* Inter natos mulierum • non surrexit major johanne baptista. *ps̄.* Bonum est confiteri. *Añ.* Isti sunt viri sancti: quos elegit dominus in charitate non ficta: et dedit illis gloriam sempiternam: quorum doctrina fulget ecclesia ut sole luna all'a. *ps̄.* Exaudi deus deprecationem. *Añ.* Isti sunt sancti: qui [3] pro testamento dei sua corpora tradiderunt: et in sanguine agni laverunt stolas suas. *ps̄.* Deus venerunt. ℣ Letamini in domino. *Lectio iij.*

Adhuc de hac eadem tam pulchra atque preclara festivitate loqui incipiamus: que non solum ut prediximus angelorum spiritibus: verum etiam sanctis omnibus qui in terra sunt: honorabiliter dedicata subsistit. E quibus primi fuerunt patriarche: viri religiosi atque gloriosi in vita sua: patres prophetarum et apostolorum quorum memoria non derelinquetur. Hos sequitur electio prophetarum cum quibus locutus est [4] deus et ostendit eis secreta sua: ut ea que ventura erant nunciare potuerunt. Hos et veneranda hujus diei festivitate nullo modo privatos esse credimus: sed consortes esse speramus. *Re.* Inter natos mulierum non surrexit major johanne baptista. Qui viam domino preparavit in heremo. ℣ Fuit homo missus a deo cui nomen erat johannes. Qui. *Lectio v.*

His autem electis dei: concordat duodenus apostolorum numerus quos a primis miraculorum virtutibus ad componendum nove fidei fundamentum: erigendumque adhuc tenere statum ecclesie divina providentia ex omnibus quos capiebat mundus elegit: ut in omnem terram sonus predicationis eorum exiret. Quibus ipse dominus locutus est dicens. Jam non dicam vos servos: quia servus nescit quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos: quia omnia quecunque audivi a patre meo nota feci vobis. Talibus ut credimus patronis hec dies subjecta declaratur. *Re.* Qui sunt isti qui ut nubes volant. Et quasi columbe ad fenestras suas. ℣ Candidiores nive: nitidiores lacte: rubicundiores ebore antiquo. Et quasi. *Lectio vj.*

His subjectum est triumphale martyrum nomen qui per diversa tormentorum genera

[1] misteria: S.
[2] pro 'interim' iterum: W.S.
[3] 'qui' om.: N.
[4] 'est' om.: N.

Digitized by Google

Christi passionem imitabantur. Alii ferro perempti : alii flammis exusti : alii etiam flagellis verberati : alii vectibus perforati : alii cruciati patibulo : alii pelagi periculo demersi : alii vivi decoriati : alii vinculis mancipati : alii linguis privati : alii lapidibus obruti : alii frigore afflicti alii fame cruciati. Eis nimirum hunc diem tantum credimus sanctificatum : quantum laborare per tormenta non cessaverunt. *Re.* O constantia martyrum laudabilis : o charitas inextinguibilis : o patientia invincibilis que licet inter pressuras persequentium visa sit despicabilis invenietur in laudem et gloriam et honorem. In tempore retributionis. ℣ Nobis ergo petimus piis subveniant meritis honorificati a patre qui est in celis. In tempore. Gloria patri. In tempore. *In tertio nocturno añ.* Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris : et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis. *ps̄.* Beati quorum. *Añ.* Virgines sancte dei orate pro nobis : ut scelerum veniam per vos accipere mereamur. *ps̄.* Eructavit. *Añ.* Omnes electi dei nostri memoramini ante deum : ut vestris precibus adjuti mereamur vobis adjungi. *ps̄.* Benedicam dominum. ℣ Justorum anime. *Sec.*

In illo tempore : [*mattheum.* Videns turbas Jesus : ascendit in montem. Et reliqua.[1] *Lec. vij.*

Christi vero sacerdotibus atque doctoribus[2] sive confessoribus hujus diei festivitatem non ignotam esse credimus qui corda fidelium spiritualiter quasi imbribus irrigant celestibus : ut fideliter proferre immarcessibilem bonorum operum possint fructum. Qui talenta sibi credita non solum reddere : verum etiam cum usura sine fraude amplificare procuraverunt. Et licet persecutorum non senserint gladium : tamen per vite meritum deo digni martyrio non privantur. Quia martyrium non solum sanguinis effusione : sed abstinentia peccatorum : et exercitatione preceptorum dei perficitur. *Re.* Sint lumbi vestri precincti : et lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nuptiis. ℣ Vigilate ergo : quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Et. *Lectio viij.*

Sanctarum etiam virginum et deo devotarum : matronarumque societas presentis solennitate diei expers esse nullo modo credenda est. Que relictis nuptiarum copulationibus : spretaque liberorum propagine : sponso qui in celis est : perhenni mente actu habitu et gestu applicari maluerunt. Orationibus instantes : jejuniis adherentes : in tribulatione gaudentes : in verbis contumelie patientes : in pressuris et persecutionibus viriliter agonizantes : pro fidei castitate : et pudicitie amore mori non recusantes ad nuptias agni immaculati pervenire meruerunt gaudentes. *Re.* Audivi vocem

[1] '*Omelia venerabilis bede presbyteri*' *add : S.*

[2] 'atque doctor.' om. : S.

Digitized by Google

de celo venientem : venite omnes virgines sapientissime. Oleum recondite in vasis vestris dum sponsus advenerit. ℣ Media nocte clamor factus est : ecce sponsus venit. Oleum. *Lectio ix.*

Decurso igitur sermone omnium sanctorum meritis et triumphis dedicato : ad superiora redeuntes illius gloriosissime semperque virginis marie memoriam agamus[1] : que proxima sancte trinitatis solio residet. Consideremus etiam quam sit jocundum angelis et archangelis : thronis et dominationibus : principatibus : potestatibus : virtutibus : cherubin et etiam seraphin : contuberniis perfrui et intueri agmina sanctorum : splendidius syderibus nitentia : patriarcharum fide fulgentia : prophetarum spe letantia : apostolorum sublimitate duodecim tribubus[2] israel orbem judicantia : martyrum victorie coronis lucentia : virginum choris candentia serta gestantes inspicere. O inclyta celestis regni agmina : oramus quatinus[3] ille dux et gloria vestra pro vestris meritis nobis locum speciosum concedat in celis : per omnia secula seculorum amen. *Re.* Concede nobis domine quesumus veniam delictorum : et intercedentibus sanctis : quorum hodie solennia celebramus. Talem nobis tribue devotionem : Ut ad eorum pervenire mereamur societatem. ℣ Adjuvent nos eorum merita : quos propria impediunt scelera : excuset intercessio : accusat quos actio : et qui eis tribuisti celestis palmam triumphi : nobis veniam non deneges peccati. Talem. Gloria. Ut. *ps̄.* Te deum. ℣ Mirabilis deus. *In laudibus an̄.*

Justorum autem[4] anime in manu dei sunt : et non tanget illos tormentum malicie. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Cum palma ad regna pervenerunt sancti : coronas decoris meruerunt de manu dei. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Corpora sanctorum in pace sepulta sunt : et vivent nomina eorum in eternum. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Sancti spiritus et anime justorum hymnum dicite deo all'a. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Exultabunt sancti in gloria : letabuntur in cubilibus suis. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Ecce ego johannes. *Hymnus.*

Jesu salvator seculi : redemptis ope subveni : et pia dei genitrix : salutem posce miseris. Cetus omnes angelici : patriarcharum cunei : et prophetarum merita : nobis precentur veniam. Baptista Christi previus : et claviger ethereus : cum ceteris apostolis : nos solvant nexu criminis. Chorus sacratus martyrum : confessio sacerdotum : et virginalis castitas : nos a peccatis abluant. Clericorum suffragia : omnesque cives celici : annuant votis supplicum : et vite poscant premium. Laus honor virtus. ℣ Justi autem imperpetuum. *In evan. an̄.* Te gloriosus apostolorum chorus : te prophetarum laudabilis numerus : te martyrum candidatus laudat exercitus : te omnes electi voce confitentur unanimes : beata

[1] agimus : N. [2] tribus : R.N.S. [3] quatenus : W.R.N.S. [4] 'autem' om. : S.

Digitized by Google

trinitas unus deus. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.*

Omnipotens sempiterne deus: qui nos omnium sanctorum merita sub una tribuis celebritate venerari: quesumus ut desideratam a nobis tue propiciationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. per dominum. *Ad primam. Añ.* Justorum anime. *ps̄.* Deus in nomine tuo. *Añ.* Gratias. *ps̄.* Quicunque vult. *et cetera. Ad tertiam Añ.* Cum palma. *ps̄.* Legem pone. *Cap.* Ecce ego johannes. *Re.* Exultent justi. *Oratio* Omnipotens sempiterne deus. *Ad sextam añ.* Corpora. *ps̄.* Defecit. *Capitulum.*

Post hec vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis stantes ante thronum in conspectu agni: amicti stolis albis: et palme in manibus eorum. *Re.* Letamini. *Oratio ut supra. Ad nonam añ.* Exultabunt. *ps̄.* Mirabilia. *Capitulum.*

Et omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorum et quattuor animalium: et ceciderunt in conspectu throni in facies suas: et adoraverunt deum dicentes amen. *Re.* Justorum anime. ℣ Justi autem imperpetuum. *Oratio ut supra. Ad vesperas añ.*

In consilio justorum et congregatione magna opera domini. *ps̄.* Confitebor (*j.*) *Añ.* Preciosa in conspectu domini mors sanctorum ejus. *ps̄.* Credidi propter. *Añ.* Euntes ibant et flebant mittentes semina sua. *ps̄.* In convertendo. *Añ.* Confortatus est principatus eorum: et honorati sunt amici tui deus. *ps̄.* Domine probasti. *Añ.* Justi confitebuntur nomini tuo: et habitabunt recti cum vultu tuo. *ps̄.* Eripe me domine. *Cap.*

Laudem dicite deo nostro omnes sancti ejus et qui timetis deum pusilli et magni: quoniam regnabit dominus deus noster omnipotens gaudeamus et exultemus et demus gloriam ei. *Re.* Justi in perpetuum. *Hymnus* Sanctorum meritis. *Totus dicatur.* ℣ Mirabilis deus. *In evang. añ.* Salvator mundi salva nos omnes: Sancta dei genitrix virgo semper maria ora pro nobis: precibus quoque sanctorum apostolorum martyrum et confessorum atque sanctarum virginum suppliciter petimus: ut a malis omnibus eruamur: bonisque omnibus nunc et semper perfrui mereamur. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.* Omnipotens sempiterne deus.

¶ *Finitis* [1] *vesperis pulsentur campane: et dicatur* Placebo. *solenniter statim post vesperas. Si dies animarum die dominica evenerit: transferatur in crastinum: et inchoetur historia ipsa die dominica: et omnia dicantur de dominica*[2]*: et fiat memoria de inchoatione historie post secundas vesperas omnium sanctorum cum antiphona* Vidi dominum. *et statim post vesperas in dominica pulsentur campane et dicatur* Placebo. *solenniter: et sequatur completorium de die: et in crastino fiat servitium pro animabus*

[1] *Finis: S.*

[2] *domina: R.*

Digitized by Google

solenniter et nihil fiat de sancto eustachio tali anno nisi memoria tantum die dominica post vesperas dominicales. Si autem die lune eveniat festum omnium sanctorum: non oportet quod die dominica post vesperas omnium sanctorum fiat memoria de dominica cum satis plene habuerit prius servitium suum.

¶ *In commemoratione omnium fidelium.*

Ad vesperas *Antiphona.*

Placebo domino in regione vivorum. *ps.* Dilexi. ℣ Requiem eternam. *et sequatur ad quemlibet psalmum loco* Gloria patri. Requiem eternam. *Et similiter fiat ad matutinas et ad horas. Antiphona* Heu me quia incolatus meus prolongatus est. *ps.* Ad dominum cum tribularer. *An.* Dominus custodit te ab omni malo custodiat animam tuam dominus. *ps.* Levavi. *An.* Si iniquitates observaveris domine domine quis sustinebit. *ps.* De profundis. *An.* Opera manuum tuarum domine ne despicias. *ps.* Confitebor. ℣ A porta. *In evan. an.* Tuam deus deposcimus pietatem ut eis tribuere digneris lucidas et quietas mansiones. *ps.* Magnificat. Kyrieeleyson. Christe eleyson. Kyrieeleyson. Pater noster. *ps.* Lauda anima mea. *Sacerdos.* Requiem eternam. Credo videre. A porta. *elevata voce* Dominus vobiscum. *Oratio.*

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum ut indulgentiam quam semper optaverunt piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas cum deo patre in unitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum. amen. *Non dicatur* Dominus vobiscum. *sed* Requiescant in pace. *Respondeatur* Amen. *Sequatur completorium de die. Ad matuti. Invita. non dicitur: nec psalmus* Venite. *In primo nocturno antiphona.*

Dirige domine deus meus in conspectu tuo viam meam. *ps.* Verba mea. *An.* Convertere domine et eripe animam meam: quoniam non est in morte qui memor sit tui. *ps.* Domine ne in furore. *An.* Nequando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui redimat neque qui salvum faciat. *ps.* Domine deus meus. ℣ In memoria eterna.

Parce mihi domine: [*Lectio j.* nihil enim sunt dies mei. Quid est homo: quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum diluculo: et subito probas illum. Usquequo non parcis mihi: nec dimittis me: ut gluciam salivam meam? Peccavi. Quid faciam tibi o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi: et factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum: et quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormio: et si mane me quesieris non subsistam. *Re.* Credo quod redemptor meus vivit: et in novissimo die de terra surrecturus sum: et in carne mea videbo deum Salvatorem meum. ℣ Quem visurus sum ego ipse et non alius et oculi mei conspecturi sunt. Salvatorem. *Lec. ij.*

Digitized by Google

Tedet animam [1] vite mee: dimittam adversum me eloquium meum. Loquar in amaritudine anime mee: dicam deo noli me condemnare. Indica mihi: cur me ita judices? Nunquid bonum tibi videtur si calumpnieris [2] et opprimas me: opus manuum tuarum et consilium impiorum adjuves? Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo et tu videbis. Nunquid sicut dies hominis dies tui: et anni tui sicut humana sunt tempora? Ut queras iniquitatem meam: et peccatum meum scruteris et scias quia nihil impium fecerim cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. *Re.* Qui lazarum resuscitasti a monumento fetidum tu eis domine dona requiem. Et locum indulgentie. ℣ Requiem eternam dona eis domine. Et locum. *Lectio iij.*

Manus tue domine fecerunt me et plasmaverunt me totum in circuitu: et sic repente precipitas me. Memento queso: quod sicut lutum faceris me: et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me: et sicut caseum me coagulasti. Pelle et carnibus vestisti me: ossibus [3] et nervis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi: et visitatio tua custodivit spiritum meum. *Re.* Domine quando veneris judicare terram: ubi me abscondam a vultu ire tue. Quia peccavi nimis in vita mea. ℣ Commissa mea pavesco. et ante te erubesco dum veneris judicare noli me condemnare. Quia peccavi. *Istud Responsorium sequens tertio loco dicatur tantum in die animarum. Re.* Memento queso domine: quod sicut lutum feceris me: et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me: et sicut caseum me coagulasti: pelle et carnibus vetisti me ossibus et nervis compegisti me. ℣ Convertere domine convertere et eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam. Nonne. *Non reincipiatur aliquod Responsorium nisi nonum tantum. In secundo nocturno añ.* In loco pascue ibi me collocavit. *ps̄.* Dominus regit. *Añ.* Delicta juventutis mee et ignorantias meas ne memineris domine. *ps̄.* Ad te domine levavi. *Añ.* Credo videre bona domini in terra viventium. *ps̄.* Dominus illuminatio. ℣ Ne tradas bestiis. *L. iiij.*

Responde mihi quantas habeo iniquitates et peccata scelera mea atque delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis et arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam: et stipulam siccam persequeris? Scribis enim contra me amaritudines: et consumere me vis [4] peccatis adolescentie mee. Posuisti in nervo pedem meum et observasti omnes semitas meas: et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum: et quasi vestimentum quod comeditur a tinea. *Re.* Heu mihi domine quia peccavi nimis in vita mea: quid faciam miser ubi fugiam

[1] 'meam' add: R.S.
[2] calumnieris: W.R.S.
[3] osibus: R.
[4] viis: R.

Digitized by Google

nisi ad te deus meus miserere mei. Dum veneris in novissimo die. ℣ Anima mea turbata est valde: sed tu domine succurre ei. Dum veneris. *Lectio v.*

Homo natus de muliere: brevi vivens tempore: repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit velud umbra: et nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos tuos: et adducere eum tecum in judicium. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Breves dies hominis sunt: numerus mensium ejus apud te est. Constituisti terminos ejus: qui preteriri non poterunt. Recede ergo paululum ab eo ut quiescat donec optata veniat: et sicut mercenarii[1] dies ejus. *Re.* Ne recorderis peccata mea domine. Dum veneris judicare seculum per ignem. ℣ Dirige domine deus meus in conspectu tuo viam meam. Dum. *Lec. vj.*

Quis mihi hoc tribuat: ut in inferno protegas me et abscondas me donec pertranseat furor tuus: et constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putasne: mortuus homo rursum vivat? Cunctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat inmutatio mea. Vocabis me: et ego respondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. *Re.* Libera me domine de viis inferni. Qui portas ereas confregisti et visitasti infernum et dedisti eis lumen ut viderent te: qui erant in penis tenebrarum. ℣ Clamantes et dicentes advenisti redemptor noster. Qui portas. *Aliud Responsorium sexto loco dicatur tantum in die animarum. Re.* Congregati sunt deus ad devorandum me seductores mei scripta tenentes mala que gessi: ergo vociferantur dicentes: deus dereliquit eum persequimini et comprehendite eum: quia non est qui liberet eum deus meus ne longe eas a me deus meus in auxilium meum respice. Deus meus in adjutorium meum intende. ℣ Delicta juventutis mee ne memineris domine: et ne avertas faciem tuam a me quoniam tribulor velociter exaudi me domine. Deus. *In tertio nocturno añ.* Complaceat tibi domine ut eruas me ad adjuvandum me respice. *ps̄.* Expectans. *Añ.* Sana domine animam meam: quia peccavi tibi. *ps̄.* Beatus qui intelligit. *Añ.* Sitivit anima mea ad deum[2] vivum: quando veniam et apparebo ante faciem domini. *ps̄.* Quemadmodum. ℣ Anime eorum in bonis demorentur. *L. vij.*

Spiritus meus attenuabitur dies mei breviabuntur: et solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi: et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me domine: et pone me juxta re[3]: et cujusvis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt cogitationes mee dissipate sunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem: et rursum

[1] mercennarii: W.R.S. [2] 'fontem' add: R. [3] te: W.R.S.

Digitized by Google

post tenebras spero lucem. Si sustinuero infernus domus mea est:[1] in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi. Pater meus es: mater mea: et soror mea vermibus. Ubi est ergo nunc prestolatio mea et patientia mea: tu es domine deus meus. *Re.* Peccantem me quotidie et non repenitentem[2]: timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla est redemptio miserere mei deus: et salva me. ℣ Deus in nomine tuo salvum me fac: et in virtute tua libera me. Quia. *Lectio viij.*

Pelli mee consumptis carnibus adhesit os meum. et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei miseremini mei saltem vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deus et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat: ut scribantur sermones mei? Quis mihi det: ut exarentur in libro stilo ferreo et plumbi lamina vel celte sculpantur in scilice?[3] Scio enim: quod redemptor meus vivit: et in novissimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circundabor pelle mea et in carne mea videbo deum salvatorem meum. Quem visurus sum egoipse: et oculi mei conspecturi sunt: et non alius. Reposita est hec spes mea in sinu meo. *Re.* Deus eterne in cujus humana conditio potestate consistit animas omnium fidelium defunctorum quesumus ab omnibus absolve peccatis. Ut penitentie fructum quem voluntas eorum optavit preventi morte non perdant. ℣ Qui in cruce positus latronem sero penitentem suscepisti eorum precamur pie peccata dele. Ut penitentie. *Aliud Responsorium octavo loco dicatur tantum in die animarum. Re.* Absolve domine animas eorum ab omni vinculo delictorum non eas tormentum mortis attingat. Non reorum cathena constringat sed miseratio tua in pacis[4] eas ac lucis regione constituat. ℣ Et que illis sunt digne domine cruciatibus culpe: tu eis gratia lenitatis indulge. Non reorum cathena. *Lectio nona.*

Quare de vulva eduxisti me: qui utinam consumptus essem: ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem de utero translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo me domine: ut plangam paululum dolorem meum: antequam vadam et non revertar ad terram tenebrosam: et opertam mortis caligine. Terram miserie et tenebrarum: ubi umbra mortis: et nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. *Re.* Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda: Quando celi movendi sunt et terra: dum veneris judicare seculum per ignem. ℣ Dies illa dies ire calamitatis et miserie dies magna et amara valde. Quando. *Reincipiatur Responsorium* Libera me. ℣ Audivi vocem. *In laudibus añ.*

Exultabunt domino ossa humiliata. *ps̄.* Miserere. *Añ.* Exaudi domine orationem meam: ad te omnis caro veniet. *ps̄.* Te decet. *Añ.* Me suscepit

[1] 'et' add: W.R.S. [2] penitentem: W.R.S. [3] silice: W.R. [4] pace: R.

Digitized by Google

dextera tua domine. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Eruisti domine animam meam: ne periret. *ps̄.* Ego dixi. *Añ.* Omnis spiritus laudet dominum. *ps̄.* Laudate. ℣ A porta inferi. *In evangel. añ.* Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me: etiam si mortuus fuerit vivet: et omnis qui vivit et credit in me: non morietur in eternum. *ps̄.* Benedictus. Kyrieleyson Christeleyson. kyrieleyson. Pater noster. *Psalmus.* De profundis. *Sacerdos.* Requiem eternam. Credo videre. A porta. Dominus vobiscum. *Oratio.* Fidelium. *Non dicatur* Dominus vobiscum *in matutinis et horis post orationem: sed versiculus* Requiescant in pace. *Ad primam añ.* A porta inferi erue domine animas eorum. *ps̄.* Ad dominum cum tribularer. ℣ Requiem eternam. *ps̄.* Levavi. Requiem eternam.[1] ℣ In memoria eterna. Kyrieleyson. Christeleyson Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Requiem eternam. Credo videre. A porta inferi. Dominus vobiscum. *Oratio* Fidelium. Requiescant in pace. *Legendo dicantur sicut ad alias horas.* ¶ *In capitulo post lectionem de martylogio*[2] *dicat sacerdos.* Preciosa in conspectu. *cum oratione* Sancta maria. *et terminetur sic:* Qui in trinitate perfecta vivit et regnat[3] deus: per omnia secula seculorum amen. Dominus vobiscum. Benedicamus domino. *et sequatur* Fidelium anime *Ad tertiam añ.* Audivi vocem de celo dicentem: beati mortui qui in domino moriuntur. *ps̄.* Ad te levavi. Requiem eternam. ℣ Ne tradas bestiis Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. *et cetera ut prius.* Pater noster. *Oratio* Fidelium. *Post tertiam fiat commendatio cum psalmo.* Beati immaculati. *usque ad* Ad dominum cum tribularer. *et subjungatur cuilibet psalmo* Requiem eternam. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos. Requiem eternam. Credo videre. A porta. Dominus vobiscum. *Oratio* Fidelium. Requiescant in pace. *Post dicatur missa solenniter. Ad sextam añ.* Sicut pater suscitat mortuos et vivificat: sic et filius quos vult vivificat. *ps̄.* In convertendo. Requiem eternam. *ps̄.* Nisi dominus. Requiem eternam. *ps̄.* Beati omnes. Requiem eternam. ℣ Anime eorum. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster[4] etc. *ut prius. Ad nonam añ.* Sicut in adam omnes moriuntur: ita et in Christo omnes vivificabuntur. *ps̄.* Sepe expugnaverunt. Requiem eternam. *ps̄.* De profundis. *ps̄.* Domine non est exaltatum. Requiem eternam. *Versiculus.* Audivi vocem. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. *Et cetera ut supra. Ad vesperas dicatur unde*[5] *crastinum dicendum erit cum antiphonis et psalmis ferialibus.*

¶ *Sancti eustachii martyris sociorumque ejus.* *Oratio.*

Deus qui beatum eustachium in tentationibus probasti: et probatum coronasti: ipsius

[1] '*ps̄.* Letatus. Requiem eternam' add: W.R.S.
[2] *martyrologio: S.*
[3] regnas: R.
[4] 'Pater noster' om.: W.R.
[5] '*in*' *add: R.*

Digitized by Google

sociorumque ejus meritis in omnibus tentationibus tuum nobis presta auxilium: et sempiternum gaudium. per dominum. *Lectio j.*

In diebus trajani imperatoris erat quidam magister militum nomine placidas: qui cum consueto more ad montes cum omni exercitu venari pergeret: apparuit ei cervus[1] magnus et speciosus. Quem videns placidas: solus eum insequitur. Placida vero diu aspiciente cervum: inter cornua cervi vidit signum crucis: et in medio imaginem Jesu Christi dicentem sibi: O placida: quid me insequeris? Ego sum Christus: quem ignorans colis: et veni ostendere me tibi per istum cervum. Nunc ergo perge ad johannem episcopum: et baptisare ab eo. Et ascendens in celum dixit. Modo vis habere tentationem: an in extremis diebus? Dixit eustachius: Domine modo nobis accipere tentationem jube. *Lec. ij.*

Descendens vero eustachius exposuit omnia conjugi sue: et a johanne episcopo baptisati sunt. Paucis vero diebus transactis mortui sunt omnes servi ejus: et latrones diripuerunt omnia que habebat. Ille vero occulte cum uxore et filiis divertens ad mare: ingressi sunt navem. Videns dominus navis uxorem eustachii: eam pro naulo retinuit. Eustachius vero cum duobus filiis egressus de navi: cum pervenisset ad quendam fluvium: transposuit tunc unum puerum ultra fluvium. Et dum esset in medio fluvii ut portaret alterum vidit leonem rapientem puerum suum in silvam. Reversus autem spem habens alterius: intendit lupum rapientem alterum filium. Pastores vero unum liberaverunt a leone: et aratores alium a lupo. Eustachius igitur nesciens: quid de eis factum esset: abiit ad quendam vicum et degebat ibi annis quindecim. Dominus autem navis non tetigit uxorem eustachii. Post hec in terra illa facto hostium incursu: imperator precepit militibus eustachium inquiri. Et eo invento egressus est imperator in occursum ejus cum leticia magna: et cingitur ut post[2] fuerat magister militum.

Congregatis vero [*Lectio iij.* cunctis tyronibus coram eo: apparuerunt inter eos duo filii ejus: grandi statura: et decori valde. Quos ille constituit in ministerio suo: ignorans quod filii ejus essent. Eustachius autem profectus est ad bellum: et hostibus subjectis: venit ubi uxor sua erat. Filii vero hospitati fuerunt in tabernaculo matris sue: nescientes eam: et sedentes exponebant de infantia sua matre eorum audiente. Dixit frater major minori: Hoc habeo in mente: quod pater meus magister fuit militum: et mater mea speciosa valde. Me et alterum filium habebant. Ingressi sunt navim nobiscum: et egressi: mater nostra nobiscum non erat. Postea vero circa unum fluvium lupus rapuit fratrem meum minorem a patre meo. et

[1] servus: R.

[2] pro 'post' prius: R.

Digitized by Google

antequam veniret ad me: a leone raptus fui: sed pastores liberaverunt me. Tunc frater minor dixit: Ut audio frater meus es tu: quoniam de lupo raptus ab aratoribus eruebar. Et osculati sunt. Altera vero die mater eorum cognoscens virum suum dixit Per deum omnipotentem tu es placidas magister militum. et ipse recognoscens eam: dedit gloriam deo. Narrans vero uxor sua de filiis: convocavit eos: et cognovit quod filii ejus essent. et facta est leticia magna in inventione eorum. Contigit autem quod antequam eustachius reverteretur de bello obisse [1] trajanum imperatorem: et pro eo surrexisse adrianum gentilem. Qui occurrens eustachio pro victoria festivitatem celebravit. sed postea quia nolebat sacrificare idolis: jussit eum cum uxore et filiis introduci in arenam: et dimitti eis leonem. Leo vero adorato eustachio recessit. Tunc imperator jussit incendi bovem eneum: et introduci sanctos. Sancti igitur alacriter se tradiderunt igni: et non tetigit eos ignis: sed hymnum cantantes cum pace reddiderunt animas ad eum qui vivit et regnat in secula seculorum amen.[2] *Cetera de communi plurimorum martyrum.*

¶ *Sancti leonardi abbatis et confessoris.* *Oratio.*

Majestati tue quesumus domine sanctissimi confessoris tui leonardi nos pia jugiter commendet oratio: ut quem devoto veneramur officio: ipsius suffragio sublevemur optato per dominum. *Lectio j.*

Beatus leonardus temporibus anastasii imperatoris in provincia galliarum extitit oriundus. Collaterales vero clodovei regis francie parentes ejus erant: et inter satellites palatii primatum militie post regem habebat.[3] Puer autem leonardus postquam evasit incrementa puerilia: adolescens factus: juxta consuetudinem parentele: regali noluit implicari militia. sed divino spiritu tactus: potius voluit sequi archipontificis remigii vestigia.

Interea beatus leonardus [*L. ij.* ad presentiam regis accersitur: et ut regi assisteret convenitur. Sed vir dei magis voluit esse in domo domini subjectus: quam in palatio sublimatus: relinquens regis promissa tanquam fidelis agricola: ad seminandum verbum dei: versus aquitaniam iter suum convertit. Tandem intravit quandam silvam: cui vocabulum est pavum:[4] in qua habebatur sala: que causa venationis erat antiquitus preparata. *Lectio iij.*

Accidit autem eo tempore: quo sanctus leonardus per eandem transiret silvam: ut nimii dolores circundarent reginam. Nam ipsa cum rege delectandi gratia veniens ibidem morabatur. Verum pregnans pene morti proxima partui periclitabatur. Sanctus igitur leonardus a rege rogatus: cubiculum quo languens regina jacebat intravit: fusis lachrymis: oculos

[1] obiisse: S.
[2] 'in secula sec. amen' om.: S.
[3] habebant: S.
[4] parvum: R.

Digitized by Google

ad celum erigens oravit ad dominum. Cujus precibus regina nascente quam[1] in utero habebat prole: ab omni languore liberam se esse percepit. *Lectio iiij.*

Cum autem rex multa in auro et argento leonardo offerret: ille protinus omnia recusavit dicens: Ego nullo eorum indigeo: tantum in aliqua silvarum solitudine contemptis mundi divitiis: soli Christo famulari desidero. Ad hec verba catholicus rex respondit: Sub cartulari precepto tradam tibi istud nemus totum. Cui beatus leonardus: Non totum inquit accipiam: sed quantum una nocte meo asello circuire potero: et non amplius. Quod rex libentissime adimplevit. *Lectio quinta.*

Constructo itaque ibidem monasterio: cum adjunctis sibi duobus monachis: diu ibi in abstinentia multa degebat. Cum autem ab eis aqua uno miliario distaret: puteum sibi siccum fodi jussit: quem aqua suis orationibus implevit. Ibique tantis miraculis choruscavit: quod quicunque ejus nomen in carcere invocasset: mox ruptis vinculis nullo contradicente liber abiret: et eidem suas cathenas vel compedes presentaret. *Lectio vj.*

Postquam placuisset[2] altissimo: ut de presenti egrederetur seculo: octavo idus novembris sanctissima ejus anima recepta est ab angelis. Beatissimum vero corpus ejus a fidelium turmis sepultum est in ecclesia: quam ipse construxerat ad honorem sancte marie dei genitricis: simulque etiam in memoriam beati remigii remensium archipontificis: in qua quidem ecclesia divina fiunt miracula. Nam ceci illuminantur: leprosi mundantur: paralytici sanantur: utrique[3] hominum languores per intercessionem ejus ibidem curantur: ad laudem Jesu Christi domini nostri. *Tres ultime lectiones de expositione evange.* Nemo lucernam accendit. *Omelia ut in communi. Cetera de communi unius confessoris non pontificis: cum oratione propria.*

¶ *Sancti willebrordi episcopi et confessoris.* *Lectio j.*

Fuit in britannie insule provincia northanhumbrana quidam paterfamilias genere saxo: et nomine wilgis: religiosam in Christo cum conjuge vitam agens. Ex hujus venerabilis wilgis prosapia sanctus willebrordus extitit oriundus. Tricesimo tertio etatis sue anno vir dei willebrordus franciam tetendit: ducem francorum pippinum adiit: a quo honorifice susceptus: loca oportuna[4] inter terminos regni est sortitus. *L. ij.*

Cumque prefatus dux vidisset per predicationem beati willebrordi multos ad deum converti: misit eum romam: ut a papa sergio in epyscopatum[5] ordinaretur. Et quia agnovit papa in ipso fidei fervorem[6]: et sapientie plenitudinem: coram frequentia populi in ecclesia beati petri apostoli ipsum ordinavit archiepiscopum: vocans eum clementem. Quem apostolica

[1] quem: S. [2] placuit: S. [3] variique: W.S.
[4] opportuna: S. [5] episcopum: S. [6] frevorem: W.

Digitized by Google

firmatum benedictione donis ditatum in opus evangelii : ad propria remisit ad pippinum[1] ducem francorum. *Lectio iij.*

Contigit pippinum ducem francorum obire : et filium ejus karolum in regnum patris succedere. Qui multas gentes adjiciens regno francorum : fresiam etiam devicto radbodo sibi subjugavit. Qua in gente sanctus willebrordus predicator positus est : et in castello trajectensi episcopus delegatus est. Quique illam gentem ad Christum convertit. Sicque senex et plenus dierum : octavo idus novembris migravit ad dominum. *Cetera de communi unius confessoris et pontificis.*

¶ *Sanctorum martyrum quattuor coronatorum. Oratio.*

Presta quesumus omnipotens deus ut qui gloriosos martyres tuos claudium : nichostratum : symphorianum : castorium : atque simplicium : fortes in sua confessione cognovimus : pios apud te in nostra intercessione sentiamus. per dominum. *L. j.*

In diebus illis : Dioclicianus[2] imperator dum omnes artifices metallicos congregaret : invenit inter eos homines magne peritie artis nomine : claudium et nichostratum : simphorianum : castorium : qui erant christiani occulte[3] : et quicquid artis operabantur in sculptura : in nomine Jesu Christi sculpebant. Simplicius autem : qui erat gentilis : quecunque faciebat : non erat[4] convenientia. Sed conversus ad Christum : perfecte eum ars sequebatur. *Lectio ij.*

Lampadius vero tribunus : ex precepto diocliciani jussit sanctos dei coram se presentari : Quibus dixit : Audite me : et estote cari amici nobilium principum : et adorate deum solem. Responderunt sancti : Nos non pavescimus terrores vestros : nec blandiciis frangimur : sed magis timemus tormenta eterna. Tunc iratus lampadius tribunus : jussit eos expoliatos scorpionibus cedi. In eadem autem hora arreptus est lampadius tribunus a demonio et discerpens se expiravit sedens in tribunali suo. *Lec. iij.*

Hoc audiens imperator dioclicianus : jussit loculos plumbeos fieri : et sanctos viros includi : et projici in fluvium. Tunc nicerius[5] quidam togatus : qui assidebat lampadio : fecit quod jusserat dioclicianus. Et fecit loculos plumbeos : et vivos in eos sanctos dei inclusit : et precipitavit in profundum fluvii. Sanctus vero cirillus episcopus hoc audiens dum in carcere esset : afflixit se : et transivit ad dominum. Sancti vero martyres passi sunt sexto idus novembris. Postea vero quattuor cornicularii cum simulachrum asclepii nollent adorare ictu plumbatarum defecerunt. Et post quadraginta dies a quodam christiano nichodemo nomine : in loculis plumbeis de fluvio levati sunt predicti martyres : et in domo sua positi : ad laudem domini nostri Jesu Christi.

[1] pipinum : S. [2] Dioclecianus : W.R.S. [3] occulti : R. [4] erant : S. [5] nicecius : W.R.S.

Digitized by Google

Cetera de communi plurimorum martyrum.

Sancti theodori martyris. Oro.

Deus qui nos beati theodori martyris tui confessione gloriosa circundas et protegis: presta nobis et ejus imitatione proficere: et oratione fulciri. per dominum. *Lectio j.*

Igitur temporibus maximiani et maximi imperatorum: universi ad immolandum idolis compellebantur. His contradicens beatus theodorus adductus est ad brincam prepositum: qui ait: Ut quid non obtemperas preceptis imperatoris: ut immoles diis. Theodorus dixit: Quia christianus sum: et habeo regem in celis Christum. Missus ergo in carcerem tempore oportuno[1] reperto templum martis igne noctu succendit. Ira repletus preses: jussit eum cedi: et iterum incarcerari. In ipsa autem nocte apparuit ei dominus dicens Confidens esto theodore quia tecum sum. Ne accipias escam aut potum ab hominibus istis: est tibi alimentum incorruptum in celis. Et hec dicens recessit. *Lectio ij.*

Cum autem Jesus recessit: cepit ille sanctus deo psallere. Hoc audientes custodes: viderunt per fenestram populum multum vestimentis albis indutum cum theodoro: et nunciaverunt judici. Qui veniens voces intus psallentium audivit: et jussit armatos carcerem circundare: suspicans christianos intus esse. et introgressus neminem invenit nisi solum theodorum: et recessit. Mane autem facto jussit preses beatum theodorum adduci: et dixit ei: Sacrifica diis. Sanctus martyr respondit: Si carnes meas consumpseris: non negabo deum meum. *Lectio iij.*

Tunc preses jussit eum in eculeo[2] suspendi: et latera ungulis radi: et ait: Vis adhuc nobiscum esse: aut cum deo tuo? Sanctus martyr respondit: Cum deo meo sum: et ero. Tunc preses jussit eum igni tradi. Beatus martyr signo crucis se consignans: manibus ligatis igni impositus est. Et facta oratione: flamma sicut velum navis vento repletum circumvallavit corpus martyris. et non erat sicut caro ardens: sed sicut panis qui coquitur. Et vox de celis venit dicens: Veni dilecte meus theodore: quia fideliter certaminis cursum consummasti. Facta autem hac voce: suam Christo reddidit animam: cum quo gaudet in secula seculorum. *Cetera de communi unius martyris.*

Sancti martini pape et confessoris. *Lectio j.*

Venerabilis Christi confessor: cujus annuam celebramus festivitatem per vite sanctitatem celestis regni conscendit sublimitatem. Erat enim viciorum persecutor: virtutum amator: mundi contemptor: celi desiderator. Qui dum superbiam satagebat calcare: humilitatem virtutum magistram meruit in corde portare. Et dum invidiam velut hostem fugiebat infestissimum: charitatis virtute radiabat. *Lectio ij.*

[1] opportuno: S.

[2] equuleo: S.

Digitized by Google

Fervebat in eo ardor salutaris domini et refrixerat calor pestilens diaboli. Regebat illum pudicicia : roborabat patientia : fides illuminabat : spes sublevabat : charitas perfectum faciebat. Dum enim iste sanctus gloriam jactantie quasi colubrum fugiebat : gloriam vere magnificentie inveniebat. Et qui pauper statuit esse inter homines : dives meruit haberi inter angelos.

Iste beatus martinus [*Lec. iij.* papa ob fidem catholicam ab imperatore constantino heretico de ecclesia raptus erat : ac perductus constantinopolim relegatus[1] apud cersonem licie provincie ibidem vitam finivit : multis in eodem loco signis et prodigiis usque hodie refulget : ad laudem domini Jesu Christi. *Cetera de communi unius confessoris pontificis.*

¶ *Sciendum autem quod si festum sancti martini episcopi eveniat die sabbati : secunde vespere a capitulo erunt de dominica. et in crastino medie lectiones erunt de sancto martino : sicuti erunt si alio die infra octavas eveniat dies dominica. nisi contingat festum trium lectionum tali dominica : quia de eo erunt medie lectiones si proprie habeantur.*

¶ *Item in vesperis festorum trium lectionum infra octavas beati martini dicentur antiphone et psalmi feriales : etiam si de sancto martino cantetur. Et quando vespere infra octavas fiunt de eo : dicentur cum capitulo et hymno de laudibus. Diebus autem quibus dicetur de ejus octavis : erit prima antiphona de primo nocturno de hystoria super psalmos ad matutinas et prima antiphona de laudibus super laudes et cetere antiphone ad horas. Super psalmos vero* Magnificat *et* Benedictus *antiphone nocturnales : incipiendo ad secundam antiphonam de primo nocturno dictis prius antiphonis : que supersunt hystorie istius festi : sive de eo dicatur : sive non. ita tamen quod die dominica in memoria ad matutinas dicatur antiphona* Media nocte dominica.[2] *Item Invitatorium de die proprium.*

¶ *Item infra octavas sancti martini : quando dicitur servitium de eo : dicatur ad vesperas versiculus* Amavit. *Et*[3] *ad matutinas in laudibus versiculus* Justus germinabit. *In omnibus vero memoriis ejus tam ad vesperas quam ad matutinas dicatur* ℣ Ora pro nobis. *nisi quando cantetur*[4] *antiphona* Ora pro nobis. *tunc dicatur* ℣ Justum deduxit. ¶ *Non dicitur de sancto wilelmo : vel de apostolis : sed de domina infra octavas. Dicuntur tamen memorie consuete. et fiat servitium de mortuis infra octavas. Nec dicitur*[5] *psalmus* Te deum *infra octavas nec in octavis.*

¶ *Sancti martini episcopi et confessoris.*

Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Cap. Ecce sacerdos. *Re.* Dixerunt discipuli. *Hymnus* Iste confessor. ℣ Amavit. *In evangel. añ.* O martine : o pie : quam pium est gaudere de te : o martine : prophetis compar :

[1] relegatur : R. [2] 'dominica' in literis rubris apud : R.S. [3] '*et*' *om.*: *R.* [4] *cantatur : S.* [5] '*Nec dicitur*' in literis nigris apud : R.

Digitized by Google

apostolis consertus : presulum gemma : fide et meritis egregie : pietate misericordia charitate ineffabilis : succurre nobis nunc et ante deum. *ps̄.* Magnificat. *Or̄o.*

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus : concede propitius : ut intercessione beati martini confessoris tui atque pontificis contra omnia adversa muniamur. per dominum. *Memoria de sancto menna martyre. An̄.* Hic est vere. ℣ *et oratio ut in communi. Ad matuti. Invita.* Martinus ecce migrat hic pauper celo dives. Quem sanctorum concentus Christo psallens deducit nos celestibus hymnis laudemus in hunc deum. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Iste confessor. *In primo nocturno an̄.* Sanctus martinus obitum suum longe ante prescivit qui et discipulos in unum congregavit atque sui dissolutionem imminere predixit. *ps̄.* Beatus vir. *An̄.* Cum repente viribus corporis cepit destitui : tunc meror et luctus omnium vox plangentium unaque precantium ne pastor oves deseras. *ps̄.* Quare fremuerunt. *An̄.* Scimus quidem te pater desiderare Christum sed salva sunt tibi premia tua nostri potius miserere quos deseris pater. *ps̄.* Domine quid multiplicati. ℣ Amavit eum. *Lectio j.*

Igitur martinus sabarie pannoniorum oppido oriundus fuit : sed intra italiam tycini alitus est. Parentibus secundum dignitatem seculi non infimis gentilibus tamen Pater vero ejus miles primum : post tribunus militum fuit. Cum vero esset annorum decem invitis parentibus ad ecclesiam fugit : seque catechuminum fieri postulavit. Mox mirum in[1] modum totus in dei opere conversus cum esset annorum duodecim heremum concupivit. *Re.* Hic est martinus electus dei pontifex cui dominus post apostolos tantam gratiam conferre dignatus est. Ut in virtute trinitatis deifice mereretur fieri trium mortuorum suscitator magnificus. ℣ Sancte trinitatis fidem martinus confessus est ac tantum promeruit gratiam. Ut in. *L. ij.*

Cum edictum esset a regibus ut veteranorum filii ad militiam scriberentur : prodente patre qui felicibus ejus actibus invidebat cum esset annorum quindecim raptus et cathenatas sacramentis militaribus implicatus est : uno tantum servo comite contentus. Cui tamen versa vice dominus serviebat : adeo ut plerumque ei et calciamenta ipse detraheret et ipse detergeret. Cibum una caperent : hic sepius ministraret. *Re.* Domine si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso subire propter eos laborem. Fiat voluntas tua. ℣ Domine si adhuc in presenti pro castris tuorum stare me precipis non recuso : nec fatiscentem causabor etatem. Fiat. *Lec. iij.*

Triennium fere ante baptisma in armis fuit : integer tamen ab hiis viciis quibus illud hominum genus implicari solet. Quodam itaque tempore cum jam

[1] pro 'in' im.: S.

Digitized by Google

nihil preter arma et simplicem militie vestem haberet media hieme que solito asperior inhorruerat: obvium habuit in porta ambianensium civitatis pauperem nudum. Quem cum preteruntes omnes preterirent[1]: intellexit illum sibi reservari. Quid tamen ageret? Nihil preter clamidem quo indutus erat habebat. Arrepto itaque ferro quo accinctus erat: mediam dividit: partemque pauperi tribuit: reliqua rursus induitur. *Re.* O beatum virum martinum antistitem. Qui nec mori timuit nec vivere recusavit. ℣ O virum ineffabilem nec labore victum nec morte vincendum. Qui nec. Gloria. Qui. *In ij. nocturno añ.* Domine jam satis est quod hucusque certavi sed quoad tempore[2] jusseris militabo: ac si parcis etati bonum est mihi hos quibus timeo ipse custodias. *ps̄.* Cum invocarem. *Añ.* Artus febre fatiscentes spiritui servire cogebat stratuque suo illo nobili cilicio recubans nec terram videre jam dignatus celo totus inhiabat. *ps̄.* Verba mea. *Añ.* Sinite me inquit celum videre ut spiritus dirigatur ad dominum nihil in me reperiet inimicus sed sinus abrahe me suscipiet. *ps̄.* Domine dominus noster. ℣ Justum deduxit. *Lectio iiij.*

Nocte vero insecuta cum sanctus martinus sopori se dedisset: vidit Christum clamidis sue qua pauperem texerat parte vestitum. Intueri diligentissime dominum vestemque quam dederat jubetur agnoscere. Mox ad angelorum circumstantium[3] multitudinem audivit Jesum clara voce dicentem Martinus adhuc cathecuminus hac me veste contexit. Quo viso: vir beatissimus non in gloriam est elatus humanam sed bonitatem dei in suo opere cognoscens: cum esset annorum duodeviginti ad baptisma convolavit. *Re.* Oculis ac manibus in celum semper intentus. Invictum ab oratione spiritum non relaxabat. ℣ O virum ineffabilem nec labore victum nec morte vincendum: qui nec mori timuit nec vivere recusavit. Invictum ab oratione. *Lectio v.*

Exinde relicta militia: sanctum hillarium[4] episcopum pictave civitatis expetivit. Cumque ab eo gratantissime fuisset receptus: haud longe sibi ab oppido monasterium collocavit. Discipuli vero octoginta erant qui ad exemplum beati magistri instruebantur. Sub eodem fere tempore martinus ad episcopatum turonice civitatis petebatur. Sed cum a monasterio suo erui non potuisset: ruricius quidam e civibus uxoris languore simulato: ut egrederetur obtinuit. Ita disposita in itinere civium custodia: ad civitatem usque deducitur. *Re.* Dum sacrum[5] offerret beatus martinus globus igneus apparuit. Super caput ejus. ℣ Ita ut in sublime contendens longum ad modum crinem flamma produceret. Super caput. *Lectio vj.*

Jam vero sumpto episcopatu qualem se quantumque

[1] preterierent: W. [2] pro 'tempore' ipse: W. R. S. [3] circunstantium: S. [4] hilarium: R. hylarium: S. [5] sacramentum: S.

Digitized by Google

prestiterit: non est nostre facultatis evolvere. Idem enim constantissime perseverabat: qui prius fuerat. Eadem in corde ejus humilitas: eadem in vestitu ejus vilitas erat. Atque ita plenus auctoritatis et gratie implebat episcopi dignitatem: ut non tamen propositum monachi virtutemque desereret. *Re.* Beatus martinus obitum suum longe ante prescivit dixitque fratribus Dissolutionem sui corporis imminere. Quia indicavit se jam resolvi. ℣ Viribus corporis cepit repente destitui convocatisque discipulis in unum dixit. Dissolutionem. Gloria. Quia. *In tertio nocturno añ.* Media nocte dominica sanctus decessit: cui celi cives mox obviant: multi audierunt voces in sublimi qui et vitro purior lacte candidior carne quoque monstratus est gemma sacerdotum. *ps̄.* Domine quis habitabit. *Añ.* Glorificati hominis viderunt gloriam qui affluerunt: nam caro quam cinis semper obtexerat ita resplenduit: ut quoddam resurrectionis decus et extincta proferret. *ps̄.* Domine in virtute. *Añ.* Adest multitudo monachorum et virginum hii speciali gloria precipue flebant cum sentirent magis esse gaudendum si rationem vis doloris admitteret. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Magnificavit. *Expositio* Homo quidam nobilis. *Omelia. ut in communi.* *Septimum Re.* Dixerunt discipuli ad beatum martinum cur nos pater deseris: aut cui nos desolatos relinquis. Invadent enim gregem tuum lupi rapaces. ℣ Scimus quidem desiderare te Christum sed salva sunt tibi premia tua nostri potius miserere quos deseris. Invadent. *L. viij.*

Beatus autem martinus obitum suum longe ante prescivit: dixitque fratribus suis dissolutionem sui corporis imminere. Convocatisque discipulis: indicat se jam resolvi. Tunc vero meror et luctus omnium vox una plangentium. Cur nos pater deseris? aut cui nos desolatos relinquis? Invadent enim gregem tuum lupi rapaces. Scimus quidem desiderare te Christum: sed salva sunt tibi premia tua: nec dilata minuentur. Nostri potius miserere quos deseris. Tunc ille motus hiis fletibus: conversus ad dominum cum lachrymis hac voce respondit. Domine si adhuc populo tuo sum necessarius: non recuso laborem: fiat voluntas tua. *Re.* O beatum virum in cujus transitu sanctorum canit numerus angelorum exultat chorus. Omniumque celestium virtutem occurrit psallentium exercitus. ℣ Ecclesia illius virtute roboratur: sacerdotes dei revelatione glorificantur: quem michael assumpsit cum angelis. Omniumque celestium virtutum. *Lectio nona.*

Itaque cum jam per aliquot dies vi febrium teneretur: non tamen a dei opere cessabat. Anno itaque etatis sue octogesimo primo: et episcopatus sui vicesimo sexto: media nocte que dominica habebatur: inter divina predicationis verba: atque inter angelicas celestium hymnorum voces quas multi audierunt in celo suis astantibus discipulis Christo suam reddidit

Digitized by Google

animam. Nos ergo tam ineffabilis viri suffragiis corroborati ad illa pervenire mereamur gaudia: ubi ipse cum sanctis exultat in secula seculorum amen. *Re.* Martinus abrahe sinu letus excipitur: martinus hic pauper et modicus. Celum dives ingreditur: hymnis celestibus honoratur. ℣ Martinus episcopus migravit a seculo vivit in Christo gemma sacerdotum. Celum. Gloria. Celum. *ps.* Te deum. ℣ Ora pro nobis. *In laudibus* [*antiphona.*

Dixerunt discipuli ad beatum martinum: cur nos pater deseris: aut cui nos desolatos relinquis: invadent enim gregem tuum lupi rapaces. *ps.* Dominus regnavit. *An.* Domine si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem fiat voluntas tua. *ps.* Jubilate. *An.* O virum ineffabilem nec labore victum nec morte vincendum: qui nec mori timuit: nec vivere recusavit. *ps.* Deus deus meus. *An.* Oculis ac manibus in celum semper intentus invictum ab oratione spiritum non relaxabat all'a all'a. *ps.* Benedicite. *An.* O ineffabilem virum per quem nobis tanta miracula choruscant. *ps.* Laudate. *Cap.* Benedictionem. *Hymnus* Jesu redemptor. ℣ Justus germinabit. *In evange. an.* O quantus luctus omnium quanta precipue lamenta monachorum et virginum choris[1]: quia[2] et pium est gaudere martino et pium est flere martinum. *ps.* Benedictus. *Oratio* Deus qui conspicis. *Ad horas antiphone de laudibus. Cetera de communi unius confessoris pontificis cum oratione propria. Ad vesperas antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Capitulum* Benedictionem. *Hymnus* Jesu redemptor. ℣ Amavit. *In evang. an.* O beatum pontificem qui totis visceribus diligebat Christum regem: et non formidabat imperii principatum o martine dulcedo medicamentum et medice: o sanctissima anima quam et si gladius persecutoris non abstulit tamen palmam martyrii non amisit. *ps.* Magnificat. *Oratio* Deus qui conspicis. *He antiphone dicantur primo infra octavas super psalmos* Magnificat. *et* Benedictus. *An.* Martinus abrahe sinu letus excipitur martinus hic pauper et modicus celum dives ingreditur: hymnis celestibus honoratur. *An.* Ora pro nobis beate martine: ut digni efficiamur promissione Christi. *Ana.* Imposita manu puero beatus martinus immundum ab eo spiritum ejecit.

¶ *Primo die infra octavas. Lec.* [*prima.*

Transiit autem sanctus martinus media nocte que dominica habebatur: et multi in ejus transitu psallentium voces audierunt in celo. Nam et pictavi populi ad ejus transitum sicut turonici convenerunt: grandisque altercatio inter utrumque surrexit populum. Dicebant enim pictavi. Noster est monachus nobis extitit abbas: nos requirimus commendatum. *Responsoria de historia ordinatim sumpta. Lectio ij.*

[1] chorus: R. [2] 'quia' om.: S.

Digitized by Google

Ad hec turonici responderunt. Verum si mos[1] antiquitus institutus servatur: in urbe in qua ordinatus est habebit deo jubente sepulchrum. Et necesse est: ut quod nobiscum non implevit vivus expleat vel defunctus. Vobis suscitavit duos mortuos: nobis unum: et ut ipse sepe dicebat: major ei virtus ante episcopatum fuit quam post episcopatum. *Lectio iij.*

His ergo litigantibus sole vergente nox affuit: corpusque in medio positum ab utroque populo custoditur. Deo autem nolente turonicam urbem a proprio frustrari patrono: nocte media omnes pictavi somno comprimuntur: et turonici apprehensam sanctissimi corporis glebam turonicam urbem cum magnis laudibus ingressi sunt. De quorum vocibus pictavi expergefacti: nihil de thesauro quem custodiebant habentes: cum magna confusione ad propria sunt reversi. Cives autem turonici tripudiantes cum magno honore sanctissimum corpus sepelierunt. ¶ *Si festum sancti Bricii vel sancti Machuti[2]: vel sancti Aniani in dominica evenerit: fiant medie lectiones de festo et memoria de sancto martino.*

¶ *Sancti Bricii episcopi. Lec. j.*

Igitur post excessum beati martini turonice civitatis episcopi beatus bricius episcopatum suscepit. Qui quamvis superbus esset et vanus: castus tamen habebatur in corpore. Tricesimo vero ordinationis sue anno: oritur contra eum lamentabile crimen. Nam mulier ad quam cubicularii ejus vestimenta afferebant ad[3] lavanda: que sub religionis specie erat: mutata veste concepit et peperit. Omnisque populus crimen super episcopum referunt: atque unanimiter eum lapidare voluerunt. Illo quoque hoc negante: afferte[4] inquit infantem ad me. Cumque oblatus esset infans triginta dies ab ortu[5]: ait ad eum bricius. Adjuro te per Jesum Christum: ut si ego te generavi coram cunctis edicas. Dixit infans. Non es tu inquit pater meus. [*Lectio ij.*

Populis[6] autem non credentibus insurgunt contra eum et trahentes dicebant. Non diutius nobis falso pastoris nomine dominaberis. Sanctus igitur bricius ad satisfaciendum adhuc populo prunas ardentes in byrrum suum posuit: astringensque eas ad sepulchrum sancti martini: cum omni populo vadit: projectisque ante sepulchrum prunis: vestimentum ejus inustum apparuit. Dixitque episcopus. Sicut istud vestimentum ab hiis ignibus videtis illesum: ita et corpus meum a tactu mulieris est impollutum. Illis vero contradicentibus sanctus bricius ejicitur. ut sermo sancti martini impleretur: noveris te in episcopatu multa adversa passurum. *Lectio iij.*

Sanctus bricius papam expetiit: flens et ejulans atque dicens. Merito hec patior: quia peccavi in sanctum martinum episcopum et eum delirum atque amentem sepe vocavi: cujus

[1] nos: S. [2] Macuti: R. [5] 'habens' add: W.R.

[3] 'ad' om.: R. [4] afferre: S. [6] Populus: W.

Digitized by Google

videns virtutes non credidi. Septimo igitur anno sue regressionis a roma cum auctoritate pape : turonis redire disposuit : et veniens ad vicum cui nomen est laudiaco sexto ab urbe roma[1] miliario mansionem accepit. Armentius[2] vero febre corripitur : mediaque nocte spiritum exalavit. Quod protinus ut sancto bricio revelatum est : ait suis. Surgite velocius et ad tumulandum turonicum episcopum occurramus. Ingredientes portam civitatis : illum per aliam portam mortuum ferebant. Sanctus ergo bricius in episcopatum receptus : postea septem vixit annis. Et anno quadragesimo septimo episcopatus ejus transivit ad dominum cui gloria in secula seculorum amen. ℣ Ora pro nobis. *In laudibus añ.*

Post discessum[3] beatissimi martini episcopi beatus bricius cathedram episcopalem suscepit. *ps̄.* Dominus regnavit. *Añ.* Tricesimo ordinationis sue anno oritur contra eum lamentabile crimen : nam quedam mulier que cubiculariis vestimenta abluebat concepit et peperit : et omne crimen super episcopum objiciunt. *ps̄.* Jubilate. *Añ.* Illo quoque negante jussit afferri sibi infantem cumque oblatus fuisset triginta ab ortu habens dies ait ad eum bricius : adjuro te per deum : ut si ego te generavi coram cunctis edicas. *ps̄.* Deus deus meus. *Añ.* Respondens autem infans coram omni populo beato viro dixit : non es tu inquit pater meus. *ps̄.* Benedictus.[4] *Añ.* Sanctus bricius satisfaciens populo prunas ardentes ab urbe in birro suo deferens et ante sepulchrum beati martini coram populo projiciens vestimentum ejus inustum apparuit. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Benedictionem. *Hymnus.* Jesu redemptor. ℣ Justus germinabit. *In evang. añ.* Populis[5] autem non credentibus et ab episcopatu eum projicientibus romam petiit flens et ejulans atque dicens : merito hec patior quia peccavi in sanctum dei. *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut in communi. Memoria de sancto martino. Ad horas antiphone de laudibus. Cetera de communi unius confessoris pontificis.*

¶ *Tertio die infra octavas. L. j.*

Igitur beato ambrosio mediolanensis civitatis episcopo celebranti festa dominice diei : ista erat consuetudo : ut lector non antea legere presumeret : quam sanctus nutu jussisset. Factum est autem ut illa die dominica prophetica lectione jam lecta : ante altare stante qui lectionem beati pauli proferret : beatissimus antistes ambrosius super altare abdormiret. *Lec. ij.*

Quod videntes multi cum nullus eum penitus excitare presumeret : transactis fere duarum aut trium horarum spaciis : excitaverunt eum dicentes. Jam hora preteriit : jubeat dominus lectorem lectionem legere expectat enim populus valde jam lassus. Respondens autem beatus ambrosius dixit. Nolite turbari : multum enim mihi valet sic obdormisse cui tale miraculum

[1] 'roma' om. : W.R.
[2] Ramentius : W.R.
[3] decessum : R. excessum : S.
[4] Benedicite : W.R.
[5] Populus : S.

Digitized by Google

dominus ostendisse dignatus est.

Nam noveritis [*Lectio iij.* fratrem meum martinum sacerdotem egressum de corpore fuisse: me autem ejus funeri obsequium prebuisse peractoque ex more servitio: capitellum tantum vobis excitantibus non explevi. Tunc illi stupefacti pariter et admirantes: diem et tempus notant: solicite requirentes. Quique ipsam diem tempusque reperiunt: quo beatus ambrosius dixerat se obsequiis sancti martini deservisse: quem michael assumpsit cum angelis: maria cum virginum choris ad eum qui vivit et regit in secula.

¶ *Sancti Machuti episcopi et confessoris.* *Lectio j.*

Sanctus igitur antistites [1] machutus ex generosis parentibus in britannia oriundus fuit. Quem sanctus brendanus baptizans de fonte levavit: ac postea nutrivit. Contigit autem aliquando ut condiscipuli [2] sancti machuti et ipse cum eis ad litus maris ludendi causa exirent. Fugientibus ergo aliis inundationem maris: somno retinente in medio littoris super fastem alge [3] non sine dei nutu puer machutus remansit. Mane autem facto: discipuli cum magistro ad littus maris perrexerunt: et [4] ecce insula insolita illis apparuit et sanctum in superiori loco insule odas deo canentem conspexerunt. *Lectio ij.*

Rogatus ergo magister a discipulo ut psalterium undis committat in quo legeret daviticum cursum. Psalterium undis committitur: et ad machutum provehitur: et volumen aqua non tingitur. Videns sanctus brendanus gratiam dei esse cum machuto: rogavit eum ut gradum presbyteratus acciperet. Mirum in modum ex qua hora episcopus manum super caput ejus levaret: alba columba super scapulam ejus donec compleretur officium videntibus cunctis sacerdotibus qui aderant apparuit. Et officio completo in specie ignis ex oculis intuentium cum magna claritate evanuit.

Fama vero beati viri [*Lec. iij.* crebescente: dux britannie electione populi in cathedram episcopalem alethe civitatis sublimare volens: misit eum ad basilicam turonice civitatis: ut acciperet benedictionem episcopalem. Accepto itaque beatus machutus consecrationis munere: ad alethis civitatem veniens per annos ferme quadraginta fructum boni operis serere non cessavit. Postea volens deus omnipotens servum suum ad se revocare dominica nocte monachis cantus angelorum audientibus ipse trium jam dierum egritudinem sustinens migravit ad dominum. In cujus obitu audita est vox dicens. Machute machute dilectissime meus veni: quia locus tibi in gloria sempiterna paratus est: in quo cum omnibus sanctis in eternum regnabis. ***Cetera de communi unius confessoris pontificis cum memoria de sancto martino.***

¶ *Sancti eadmundi archiepiscopi cantuariensis.* *Oratio.*

[1] antistes: W.R.S.
[2] pro 'cond.' cum discipuli: S.
[3] pro 'alge' a longe: W.R.
[4] 'et' om.: R.

Digitized by Google

Deus qui largiflue bonitatis consilio ecclesiam tuam beati eadmundi confessoris tui atque pontificis preclare vite meritis decorasti et gloriosis letificasti miraculis: concede propitius nobis famulis tuis: ut et ipsius in melius reformemur exemplis: et ab omnibus semper ejus patrocinio protegamur adversis. per dominum. *Lectio j.*

Gloriosus igitur eadmundus cantuariensis archiepiscopus a christianissimis parentibus abindonie extitit progenitus. Cujus mater usque ad diem mortis sue loricam ferream pro Christo carni proximam deferebat. Que filio suo nomen indidit salvatoris: amorem impressit: et incussit timorem. Omne quippe peccatum execrans et maliciam: bone indolis puer eadmundus: deum solum dilexit mundi redemptorem. Ipse vero cum adhuc esset puerulus egregie matris monitis jejuniis et orationibus insistens cilicium carni proximum deferebat. *Lectio ij.*

Adolescens equidem factus liberalibus traditur studiis imbuendus. Viam veritatis a matre dociam [1] studiosius amplexus est: neque ab ea ad dexteram extollendo de meritis: neque ad sinistram succumbendo vitiis declinavit. Factus postea magister artium: in cibo habuit abstinentiam: in siti tollerantiam: in somno vigiliam: non in lecto: sed juxta sedens vel recumbens: vestitus in camera parumper quiesceret: vi nature compulsus: per trigintasex annos creditur observasse. Habebat itaque cilicium: non ut mos est filis subtilibus intextum: sed ad instar rhetis [2] densissimi intricatum: quod nodos tam innumerabiles quam intollerabiles continebat. *Lectio iij.*

Igitur dum beatus eadmundus in hac cruce multifaria fixus adhuc philosophiam doceret apparuit ei pia mater ejus paulo ante defuncta: et ait: Fili quid legis? Que sunt figure quibus tam sedule vacas? Qui protractionibus arismetricis ostensis dixit Talia sunt que lego. Mox illa per manum dexteram illum arripiens: protractis in ea tribus circulis: hec tria nomina per ordinem scripsit: pater: filius: spiritussanctus. Et ait: Fili de cetero aliis omissis: istis intende. *Lectio iiij.*

His ergo ita gestis: juxta quod sibi fuerat revelatum: studium sacre theologie extemplo amplexus est. In qua decursis paucorum annorum circulis: doctor effectus est nobilissimus. Cum igitur felix eadmundus tantis choruscaret virtutibus: altissimoque placuisset sanctus innocens impollutus a peccatoribus segregatus: sede cantuariensi vacante in pastorem canonice eligitur: atque diu fugiendo renitens solaque ei necessitate fugiendi suffragante: capitur trahitur atque in archiepiscopum consecratur. Ille vero in cura animarum sibi commissa pervigil semper fuit. *Lectio v.*

Demum autem inter regem et sanctum eadmundum exorta

[1] doctam: W.S.

[2] rethis: S.

est gravis contentio super jure et libertatibus ecclesie cantuariensis fratribus sibi lites inferentibus innumerabiles: qui professione sibi erant obnoxii. Et qui panem suum edebant: calcaneum contra eum levantes: ipsum extirpare conabantur. Sed in his omnibus non est resolutus vir dei constantissimus: sed supplicans attente deo: ut jus ecclesie sue conservaret: et ejus defensor existeret. Verum archiepiscopus cum quibusdam suffraganeis suis regem rogavit humiliter: et monuit frequenter: ut jura ecclesie dei contra sanctorum patrum privilegia inusurpata sibi restitueret.

[*Lectio vj.*

Sed quanto archiepiscopus erat humilior: tanto rex et sathane satellites extiterant rebelliores. Unde et per beatum eadmundum suosque coepiscopos in occupatores perturbatoresque injuste juris et libertatis ecclesie dei excommunicationis sententia promulgata mari transito venit pontiniacum: qui ut fieret fortior infirmabatur. Et cum aliquantisper cum fratribus inibi commorasset: in domini confessione requievit in pace: et in ecclesia pontiniacensi est sepultus. Ad cumulum igitur glorie et honorem sui presulis eadmundi: muti ab utero matris recte loquuntur: paralytici convalescunt: ceci vident: claudi ambulant: obsessi a demonibus liberantur: Carceres aperiuntur: vincula solvuntur: omniumque genera morborum curantur. *Expositio.* Homo quidam peregre. *Omelia ut in communi.* *Lectio viij.*

O magni meriti presulem: o[1] magna presulis merita. Quis unquam excogitaret hanc presulis dignitatem: ut divina providente clementia abortivis infantulis oppressis: demersis: et corporibus aliis quampluribus vero mortuis vitam reddidit temporalem. Quia igitur nullum miraculum gloriosius quam de dispendio funeris reddere compendia sanitatis: non ab re esse videtur tante admirationis signum breviter tetigisse. Nam ut preteritis sequens miraculum fidem faciat: hujus rei testis et verus propheta beatus thomas martyr creditur extitisse. *L. ix.*

Qui vero beatus thomas postquam diutinam moram tempore exilii sui: et de mandato felicis memorie alexandri pape in monasterio pontiniacensi traxisset: et ostenso sibi celitus indicio: quod ad ecclesiam suam rediret: per martyrii palmam migraturus ad dominum: nec pro exhibitione quam monachi ejusdem monasterii sibi devote fecerant haberet unde satisfaceret ad sua vota: pollicitus est eis: quod post eum venturus esset ejus successor in sua ecclesia satisfacturus pro eo: quod jam indubitanter creditur impletum. Et ut memoria beati thome martyris inde habeatur: primus homo in illa ecclesia per sanctum eadmundum curatus: thomas vocabatur. Hujus igitur sancti eadmundi meritis et precibus ad gaudia pervenire

[1] 'o' om.: W.

Digitized by Google

perhennia concedat nos deus qui vivit et regnat in secula seculorum amen. *Cetera de communi unius confessoris pontificis cum memoria de sancto aniano.*[1]

¶ *Sancti aniani episcopi et confessoris.* *Lectio j.*

Sanctus igitur anianus vir deo plenus: dum ad pontificale onus in aurelianensi civitate accederet: et ipsi ecclesie altius sublimare fabricam curaret: accidit ut quidam qui reliquis artificibus preerat: per culmen curreret: atque ita caderet: ut nullis medicinis resopiri potuisset. Sanctus vero anianus videns eum pene usque ad mortem deductum: crucis signum corpori ejus imposuit: moxque sanus surrexit. *Lectio ij.*

Erat etiam quidam homo valde locuples: qui tanta infirmitate depressus in lectulo jacebat: ut neque oculorum attolleret aspectum: nec vocanti respondere valeret. Cumque sanctus vir anianus ad eum fuisset ingressus in oratione pernoctans vocavit eum: atque illico[2] respondit: et benedictionem sibi dari exposcit. Tunc omnes qui aderant benedixerunt deum: quod per sacerdotem suum a mortuis eum suscitasset. *Lec. iij.*

Ergo ut sancti aniani patescerent merita: tanta[3] dominus in omnibus frugibus et utilitatibus in anni spacio contulit ubertatem: ut omnis humorum direptio multipliciter videretur restitui. Namque post biennium predicte persecutionis sanctus episcopus vite cursum feliciter transegit: et meritorum suorum gloriam perhennem promeruit. Cujus nos sequi vestigia et adipisci concedat suffragia qui vivit et regnat deus per omnia secula seculorum. amen. *Cetera de communi unius confessoris pont. cum memoria de sancto martino.*

¶ *De octavis sancti martini. Si octave sancti martini in dominica evenerint: medie lectiones erunt de sancto martino. In octavis sancti martini ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Capit.* Ecce sacerdos. *Hymnus* Iste confessor. ℣ Amavit. *In evangelio añ.* O martine. *ps̄.* Magnificat. *Oratio* Deus qui conspicis. *Ad matu. Invit.* Martinus ecce. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Iste confessor. *In nocturno hec sola antiphona.* Sanctus martinus. *Psalmi ut in die.* ℣ Amavit eum dominus.

Lectio j.

Beatus severinus coloniensis civitatis episcopus: vir honeste vite: et per cuncta laudabilis: dum die dominico loca sancta ex consuetudine post matutinas cum suis clericis circuiret: illa hora qua vir beatus obiit: chorum in sublimi canentium audivit. Vocatoque archidiacono: interrogat si aures ejus percuterent voces: quas ille attentius audiret. Respondit: Nequaquam. Tunc ille diligenter ausculta inquit. Archidiaconus autem cepit sursum aures erigere: sed credo eum non fuisse equalis meriti: a quo hec non merebantur audiri. *Re.* Hic est martinus. *Lectio ij.*

Prostrati itaque terre ipse pariter et beatus episcopus dominum deprecatur:[4] ut

[1] martino: W.S. [2] ilico: W.S. [3] tantam: W.S. [4] deprecantur: W.S.

Digitized by Google

hec[1] ei divina pietas audire permitteret. Erectis[2] autem rursum interrogat senex: Quid audis? Qui ait: Voces psallentium tanquam in celo audio: sed quid sit prorsus ignoro. Cui ille: Ego tibi quid sit narrabo. Dominus meus martinus episcopus migravit ex hoc mundo: et nunc angeli canendo eum deferunt[3] in excelsum. *Re.* Beatus martinus. *Lectio iij.*

Et ut parumper[4] mora esset ut hec audirentur: diabolus eum cum iniquis angelis retinere tentavit. Nihilque suum in eodem reperiens: confusus abcessit.[5] Quid ergo de nobis peccatoribus erit: si tantum sacerdotem voluit pars iniqua nocere? Hec sacerdote loquente: archidiaconus turonis misit velociter: qui hec diligenter inquireret. Qui veniens eo die horaque manifestissime cognovit transisse beatum virum: quo sanctus seuerinus audivit psallentium chorum: ad laudem ipsius sancti: et domini nostri Jesu Christi. *Re.* Martinus abrae. ℣ Ora pro nobis. *In laudibus hec sola añ.* Dixerunt discipuli. *ps̄.* Dominus regnavit. *etc. In evangel. añ.* O quantus luctus. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Deus qui conspicis. *Ad horas cetere antiphone de laudibus et cetera de communi. Ad vesperas cantetur unde in crastinum dicendum erit.*

¶ *Si festum sancti edmundi regis: vel sancte cecilie in dominica evenerit: anticipetur: et dicetur in ipso die de dominica xxv. que ultima est: et non cedit alicui festo: nisi duplici.*

¶ *Si vero festum sancte clementis: vel sancte katherine in dominica evenerit: differatur in crastinum. De sanctis vero grisogono[6] et lino tunc tantum fiat memoria. Si vero aliquod predictorum festorum seu festum sancte katherine in sabbato ante dictam ultimam dominicam contigerit: ad vesperas in sabbato: que erunt de dominica: dicentur antiphone de laudibus festi precedentis etc.*

¶ *Sancti edmundi regis et martyris.*

Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Cap. Beatus vir qui suffert. *Re.* Miles Christi. *Hymnus.* Deus tuorum. ℣ Gloria et honore. *In evangel. añ.* Ave rex gentis anglorum: miles regis angelorum: o edmunde flos martyrum: velut rosa vel lilium: funde preces ad dominum: pro salute fidelium. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus ineffabilis misericordie: qui beatissimum regem edmundum tribuisti pro tuo nomine inimicum moriendo vincere: concede propicius huic familie tue: ut eo interveniente mereatur in se antiquus[7] hostis incitamenta superando extinguere per dominum. *Ad matuti. Invita.* Justus florebit. *ps̄.* Venite. *et cetera de*[8] *communi unius martyris.* *Lectio j.*

In diebus illis: Rex edmundus nactus culmen regiminis: quante fuerit in subjectos benig-

[1] hoc: W.S. [2] Erectus: W. [3] deserunt: W.
[4] parum quo: W. [5] abscessit: W.S. [6] *grissogono: W.*
[7] antiqui: W.S. [8] *pro 'de' ut in. S.*

nitatis : quante in perversos districtionis : non est nostre facultatis evolvere. Cum vero sanctus edmundus tam conspicuis[1] in Christo et ecclesia emineret bonorum actuum ornamentis inimicus humani generis ei adversarium immisit : vocabulo hinguar : et alterum hubba nomine qui conati sunt in exterminium adducere totius fines britannie. *Lectio ij.*

Qui hinguar accito uno ex commilitonibus : eum ad regem expeditum dirigit : ipseque cum grandi comitatu lento pede subsequitur : et imperat ut regem ita incautum adoriatur. Terre marique metuendus dominus noster hinguar rex invictissimus mandat : ut cum eo antiquos thesauros sub eo regnaturus dividas. Cujus si aspernaris potentiam : vita indignus judicaberis et regno. *Lectio iij.*

Rex uero edmundus cum minas regis impii audisset : hec sibi remandans dicebat : Thesauros et divitias quas nobis hactenus contulit propicia divinitas ; sumat et consumat tua insatiabilis aviditas : et ut cepit tua seva feritas post famulos regem solio diripiat : ad ultimum jugulet. Rex regum ista miserans videt : et secum ut credo regnaturum ad eternam vitam transferet.[2] Unde noveris quod rex christianus edmundus non se subdet pagano duci : nisi prius effectus fuerit nostre religionis. *Lec. iiij.*

Vix sanctus edmundus verba compleverat : et renunciaturus miles pedem de domo extulerat : ecce venit hinguar jubens illi pandere breviter per omnia archana regis ultima. Que ille dum exequitur imperat tyrannus ut solum regem teneant. Tunc sanctus edmundus in palatio ut Christi membrum capitur : et[3] vinculis artioribus constrictus ante impium ducem sistitur : quasi Christus ante pilatum presidem : multisque modis illuditur : ac tandem ad quandam arborem vicinam perducitur : ad quam religatus flagris durissimis diutissime vexatur nec vincitur semper Christum invocando flebilibus vocibus.

Tunc adversarii in [*Lectio v.* furorem versi : quasi ludendo ad signum eum toto corpore sagittarum telis confodiunt : et vulnera vulneribus imprimebant : dum jacula jaculis locum dabant. Sicque factum est : ut spiculorum terebratis aculeis circunfossus : palpitans hereret velut asper hericius : in passione similis sebastiano egregio martyri. Cumque hinguar furcifer sic sanctum edmundum conspiceret inclamantem Christum lictori mandat protinus ut amputet caput ejus.

Ille uero seminecem avel- [*L. vj.* lit cruento stipiti festinus : et arrepto pugione spiculator inter verba orationis eum decapitando hac luce privavit : atque ita cum palma victorie rex et martyr senatum curie celestis intravit. Sancti martyris corpus ministri diaboli relinquentes : caput sanctum in silvam : cui vocabulum est heglesdune : asportantes inter densa veprium frutecta

[1] conspicuus. [2] transferret : S. [3] 'et' om. : S.

Digitized by Google

occultaverant: ne a Christianis corpus martyris cum capite traderetur sepulture. Paganis autem abeuntibus illud corpus sanctissimum repertum est in eodem campo ubi rex occubuit. *Expositio.* Si quis vult post me venire. *Omelia ut in communi.*

Collecta vero multi- [*Lec. viij.* tudine christianorum: per invia silvarum gradiebantur: tentantes si ad id loci devenire contingeret: quo viri sancti caput jaceret. Quod ut factum est: res dictu mirabilis contigit. Illis igitur omnibus pedetentim invia perlustrantibus ac clamantibus: ubi es: caput sancti viri: respondebat dicens. Her her her quod latine dicitur hic hic hic. Nec unquam repetendo eadem clamare destitit: quousque omnes ad se perduxit. Predicto vero miraculo rerum conditor aliud annexuit dum celesti thesauro insolitum custodem dedit. Quippe immanis lupus eo loco est repertus qui sacrum caput inter brachia complexus est: nec sibi depositum permisit ledere quempiam bestiarum. *Lectio ix.*

Illi vero stupefacti unanimi devotione assumebant inestimabilis precii margaritam:[1] et retulerunt ad suum corpus benedicentes deum: prosequenti usque ad locum sepulchri lupo. Quo tandem recedente: cum summa diligentia aptantes quibus creditum est caput corpori sancto: et tradiderunt utrumque pariter aromatizatum competenti mauseolo:[2] ad laudem domini nostri Jesu Christi: cui est gloria in secula seculorum amen. *Cetera ad matutinas et secundas vesperas de communi unius martyris: cum oratione propria.*

¶ *Sancte cecilie virginis et martyris.*

Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Cap. Qui gloriatur. *Re.* O beata cecilia. *Hymnus* Virginis proles. ℣ Diffusa est. *In evange: añ.* Virgo gloriosa semper evangelium Christi gerebat in pectore suo: non diebus neque noctibus a colloquiis divinis et oratione vacabat. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui nos annua beate cecilie martyris tue solennitate letificas: da ut quam veneramur officio: etiam pie conversationis sequamur exemplo. per dominum. *Ad matu. Invita.* Christum venerantes deum adoremus regem regum: Qui in celis cecilie palmam hodie dedit eternam. *ps̄.* Venite. *Hymnus* Virginis proles. *In primo nocturno añ.* Cecilia virgo almachium exuperabat: tyburtium et valerianum ad coronas vocabat. *ps̄.* Domine dominus noster. *Añ.* Expansis manibus orabat ad dominum: ut eam eriperet de inimicis. *ps̄.* Celi enarrant. *Añ.* Cilicio cecilia membra domabat: deum gemitibus exorabat. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Diffusa est. *Lectio j.*

In diebus illis: Cecilia virgo clarissima evangelium Christi gerebat in pectore suo et non diebus neque noctibus a colloquiis divinis et oratione cessabat

[1] margaretam: W.

[2] mausoleo: S.

Digitized by Google

Hec valerianum quendam juvenem habebat sponsum: quique diem constituit nuptiarum. Cecilia vero subtus ad carnem cilicio induta: desuper deauratis vestibus tegebatur. Quid multa? Venit dies in qua thalamus collocatus est: et cantantibus organis cecilia domino decantabat dicens: Fiat cor meum et corpus meum immaculatum: ut non confundar. *Re.* Cantantibus organis cecilia virgo in corde suo soli domino decantabat dicens: Fiat domine cor meum et corpus meum immaculatum: ut non confundar. ℣ Biduanis ac triduanis jejuniis orans commendabat domino quod timebat dicens Fiat domino cor meum.

Cunque ipsa cum sponso [*L. ij.* suo in cubiculum intraret: ita eum alloquitur: O amantissime juvenis: est secretum quod[1] tibi confiteor. Angelum dei habeo amatorem: qui nimio zelo custodit corpus meum. Hic si me animo polluto contingas: circa te statim furorem suum exagitabit: et amittes florem tue juventutis. Valerianus autem timens dixit: Ostende mihi ipsum angelum: ut probem utrum vere angelus dei sit: et faciam quod hortaris. Si vero virum alterum diligis: et te et illum interficiam. *Re.* O beata cecilia: que duos fratres convertisti: almachium judicem superasti Urbanum episcopum in vultu angelico demonstrasti. ℣ Beata es virgo et gloriosa: et benedictus sermo oris tui. Urbanum episcopum in vultu angelico demonstrasti. *Lec. iij.*

Beata cecilia dixit ad valerianum: Nisi credas unum deum esse vivum et verum purificatus fonte perhenni: non poteris videre angelum dei: sed perge ad sanctum urbanum episcopum: et indica ei omnia verba mea. Tunc valerianus perrexit: et signo quod acceperat: invenit sanctum urbanum. Cui cum dixisset omnia verba cecilie: gavisus cum lachrymis dixit: Domine Jesu Christe seminator casti consilii: suscipe seminum fructus: quos in cecilia seminasti. *Re.* Virgo gloriosa semper evangelium Christi gerebat in pectore. Et non diebus neque noctibus vacabat a colloquiis divinis et oratione. ℣ Cilicio cecilia membra domabat deum gemitibus exorabat. Et non diebus. Gloria patri. Et non diebus neque noctibus. *In ij. nocturno añ.* Domine Jesu Christe seminator casti consilii: suscipe seminum fructus quos in cecilia seminasti. *ps̄.* Eructavit. *Añ.* Beata cecilia dixit ad tyburtium: hodie fateor te meum[2] cognatum: quia amor dei te fecit esse contemptorem idolorum. *ps̄.* Deus noster refugium. *Añ.* Fiat domine cor meum: et corpus meum immaculatum ut non confundar. *ps̄.* Fundamenta. ℣ Specie tua. *Lectio iiij.*

Orante vero sancto urbano subito ante eos apparuit senior niveis indutus vestibus: titulum tenens in manibus aureis litteris conscriptum. Quem videns valerianus: cadens in terram factus est quasi mortuus.

[1] quo: W.

[2] 'esse' add: W.

Digitized by Google

Tunc senior elevavit eum dicens: Lege hujus tituli textum et crede. Scriptura autem tituli hec erat: Unus deus: una fides: unum baptisma: unus deus et pater omnium qui super omnia et in omnia. Et dixit senior: Credis hoc: an adhuc dubitas? Tunc valerianus respondit: Non est aliud quod verius possit credi sub celo. Et statim senior ab oculis eorum elapsus est. Sanctus vero urbanus baptisavit eum: et remisit eum ad ceciliam sancte fidei regula instructum. *Re.* Cilicio cecilia membra domabat deum gemitibus exorabat. Almachium exuperabat tyburtium et valerianum ad coronas vocabat. ℣ Non diebus neque noctibus vacabat a colloquiis divinis et oratione. Almachium. *Lec. v.*

Valerianus autem candidis indutus vestimentis ceciliam intra cubiculum orantem invenit: et juxta eam stantem angelum domini: duas coronas in manibus ferentem: quique unam dedit cecilie: alteram valeriano dicens. Istas coronas immaculato corde et mundo corpore custodite: quia de paradiso dei eas attuli. His itaque finitis sermonibus: angelus migravit ad celos. Illis autem epulantibus in Christo atque sermocinantibus tyburtius valeriani frater advenit: et osculari cepit caput sancte cecilie: et admirans suavem odorem persensit. *Re.* Ceciliam intra cubiculum orantem invenit: et juxta eam stantem angelum domini. Quem videns valerianus: nimio terrore correptus est. ℣ Angelus domini descendit de celo: et lumen refulsit in habitaculo. Quem.

Tunc sancta cecilia [*Lectio vj.* tyburtium constanti animo fidem Christi perdocuit. Credidit tyburtius: et a beato urbano baptisatus est: et ceperunt ambo fratres sanctis operibus insistere. Postea tenti a maximo corniculario prefecto: per predicationem eorum et ipse maximus cum omni domo sua: et ipsi carnifices christianissimi effecti sunt. Tunc sancta cecilia venit ad eos cum sacerdotibus: et baptisati sunt. Igitur cum aurora finem nocti daret: facto silentio cecilia dixit: Eja [1] milites Christi: abjicite opera tenebrarum: et induimini [2] arma lucis. Venientibus ergo sanctis ad loca idolorum: thura recusant: feriuntur gladio: projiciunt corpus temporale: et accipiunt palmam martyrii. *Re.* Domine Jesu Christe pastor bone: seminator casti consilii: suscipe seminum fructus: quos in cecilia seminasti. Cecilia famula tua quasi apes tibi argumentosa deservit. ℣ Nam sponsum quem quasi leonem ferocem accepit: ad te quasi agnum mansuetissimum destinavit. Cecilia. Gloria patri. Cecilia. *In iij. nocturno an.* Credimus Christum filium dei verum deum esse: qui sibi talem elegit famulam. *ps.* Cantate. (*j.*) *An.* Nos scientes sanctum nomen omnino negare non [3] possumus. *ps.* Dominus regnavit exultet. *An.* Tunc valerianus perrexit ad antistitem: et signo

[1] eya (passim): W.S. [2] induini: S. [3] 'non' om.: S.

Digitized by Google

quod acceperat invenit sanctum urbanum. *ps̄.* Cantate (*ij.*) ℣ Adjuvabit eam. *Expositio* Simile est regnum celorum decem virginibus. *Omelia ut in communi. Septimum Responsorium* Beata cecilia dixit ad tyburtium: Hodie te fateor meum esse cognatum: quia amor dei te fecit esse contemptorem idolorum. ℣ At illa osculata est caput ejus et dixit ad eum. Hodie. *L. viij.*

Post hec autem jubet almachius sanctam ceciliam sibi presentari: et in domo sua flammeis balnearibus concremari. Cumque fuisset in calore balnei inclusa die integro et nocte: quasi in loco frigido perstitit illibata. Quod cum audisset almachius: jussit eam in ipsis balneis decollari. Quam spiculator tertio ictu percussit: sed caput ejus amputare non potuit. Et quia legibus dictatum erat: ne quartam percussionem acciperet: sic seminecem cruentus carnifex eam dereliquit. *Re.* Cecilia me misit ad vos. Ut ostendatis mihi sanctum urbanum: quia ad ipsum habeo secreta que perferam. ℣ Cecilia famula domini misit me ad vos. Ut.

Per triduum autem [*Lectio ix.* quod supervixit: non cessavit omnes puellas quas nutrierat confortare: quibus et divisit universa que habebat: et urbano episcopo eas commendavit dicens: Ad hoc triduanas mihi a deo poposci inducias: ut istas puellas tibi commendarem: atque ut hanc domum meam ecclesiam consecrares. Ipsa vero post hec verba spiritum celo reddidit: et sanctus urbanus eam honorifice sepelivit: regnante domino nostro Jesu Christo: cui honor et gloria in secula seculorum amen. *Re.* Dum aurora finem daret: cecilia dixit: Eja milites Christi: abjicite opera tenebrarum: et induimini[1] arma lucis. ℣ Cecilia valedicens fratribus: et exhortans eos ait: Eja. Gloria. Eja. *ps̄.* Te deum. ℣ Specie tua. *In laudibus an̄.*

Cantantibus organis cecilia domino decantabat dicens: fiat cor meum immaculatum: ut non confundar. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Est secretum valeriane quod tibi volo dicere: angelum dei habeo amatorem: qui nimio zelo custodit corpus meum. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Valerianus in cubiculo ceciliam cum angelo orantem invenit. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Benedico te pater domini mei Jesu Christi: quia per filium tuum ignis extinctus est a latere meo. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Cecilia famula tua domine quasi apes[2] tibi argumentosa deservit. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Sapientia. *Hymnus* Jesu corona virginum. ℣ Adducentur. *In evan. an̄.* Dum aurora finem daret: beata cecilia dixit: eja milites Christi: abjicite opera tenebrarum: et induimini arma lucis all'a. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Deus qui nos. *Cetera de communi unius virginis et martyris ad horas: cum antiphonis de laudibus et oratione propria.*

[1] induemini; S.

[2] apis: S.

Digitized by Google

¶ *Sancti clementis pape et martyris.*
Ad vesperas. añ. Cantantibus. *et cetere antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Beatus vir qui suffert. *Re.* Dedisti domine. *Hymnus* Deus tuorum. ℣ Gloria et honore. *In evange. añ.* Inuenerunt in modum templi marmorei habitaculum a deo paratum. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*
Deus qui nos annua beati clementis martyris tui atque pontificis solennitate letificas: concede propitius: ut cujus natalitia colimus: virtutem quoque passionis imitemur. per dominum. ¶ *Memoria de sancta cecilia. Añ.* O beata cecilia: que duos fratres conuertisti: almachium judicem superasti: urbanum episcopum in vultu angelico domonstrasti. ℣ Diffusa est. *Oratio.* Deus qui nos. ¶ *Memoria de sancta felicitate. Añ.* Simile est regnum celorum. ℣ Specie tua. *Oratio.*
Presta quesumus omnipotens deus: ut beate felicitatis martyris tue solennia recensentes: meritis ipsius protegamur et precibus. per dominum. *Ad matu. Invi.* Justus florebit. *ps̄.* Venite. *Hymnus.* Deus tuorum. *Omnes antiphone et psalmi usque ad laudes ut in communi unius martyris.* ℣ Gloria et honore.
[*Lectio j.*
Tertius romane ecclesie prefuit episcopus clemens: qui disciplinam beati petri apostolorum principis secutus: ita morum ornamento pollebat: ut et judeis: et gentilibus: et omnibus christianis complaceret. Quia igitur fratres innumerabilis multitudo plebis per sanctum clementem conversa est ad dominum: imperator trajanus missa relatione publii torquatii: jussit sanctum clementem debere aut sacrificiis consentire: aut trans pontum maris in exilium subire. *Re.* Oremus omnes dominum dixit beatus clemens: ut confessoribus suis fontis venas aperiat: Ut de beneficiis ejus gratulemur. ℣ Qui percussit in deserto syna petram: et fluxerunt aque in abundantia: ipse nobis laticem effluentem impartiatur. Ut. *Lectio ij.*
Cunque sanctus clemens peruenisset ad locum exilii: erant illic in ergastulis ad secanda marmora plusquam duo milia christianorum diuturna jam relegatione damnati. Qui cum vidissent beatum clementem: omnes una voce dixerunt: Ecce pastor noster: ecce nostri consolatio laboris et operis. Cunque sanctus clemens didicisset ab eis: quod de sexto miliario aquam suis humeris asportarent: dixit eis: Oremus fratres ad dominum: ut confessoribus suis fontis venam prope aperiat. *Re.* Orante sancto clemente: apparuit ei agnus dei: de sub cujus pede fons vivus emanat. Fluminis impetus letificat civitatem dei. ℣ Vidit super montem agnum stantem: de sub cujus pede fons vivus emanat. Fluminis. *Lectio iij.*
Cunque oratio fuisset completa: beatus clemens vidit agnum stantem candidissimum qui dextro pede erecto: locum ostenderat fontis. Tunc sanctus clemens accepto sarculo brevi levi ictu percussit eo loco ubi

Digitized by Google

agnus steterat: et mox fons magnus excrepuit: qui suo impetu fluentibus venis voces fluminum patefecit. Tunc universi gaudentes dixerunt: Fluminis impetus letificat civitatem dei. Audito hoc miraculo: omnis provincia facta est christiana: ita ut per centum miliaria nullus inveniretur cultus paganorum. *Re.* Justus germinabit. *In ij. nocturno.* ℣ Posuisti. *Lectio iiij.*

Invidiosa igitur relatio mittitur ad trajanum imperatorem: per clementem episcopum omnem populum fuisse subversum. Tunc trajanus imperator misit ad eum ducem aufidianum: quique cogeret eum ad sacrificandum. Cunque non posset eum mutare: precepit ut ligata ei ad collum anchora in medio mari projiceretur. Quo facto: multitudo christianorum ad littus veniens stare cepit et flere. Tunc dixerunt phebus et cornelius discipuli sancti clementis. Oremus omnes ad dominum: ut ostendat nobis martyris sui corpus. *Re.* Iste cognovit. *Lectio v.*

Orantibus autem illis: recessit mare per tria milia stadiorum: et ingressi invenerunt sarcophagum novum: et corpus sancti clementis: et anchoram juxta eum positam: cum qua missus fuerat in mare: et revelatum est eis: ne tollerent corpus ejus. Igitur fratres charissimi omni anno in die solennitatis sancti clementis recedit mare per tria milia stadiorum: iter prebens populo terre usque ad sepulchrum martyris. Ibique vota reddentes populi post octo dies regrediuntur ad littus. *Re.* Dedisti domine habitaculum martyri tuo clementi in mari in modum templi marmorei angelicis manibus preparatum. Iter prebens populo terre: ut enarrent mirabilia tua. ℣ Hoc domine ad laudem et gloriam nominis tui fieri voluisti. Iter prebens. *L. vj.*

Igitur divina providentia: ut supra dictum est: populo est revelatum ne tollerent corpus sancti clementis: et dicitur eis: quod ipse petierit dominum: ut singulis annis die passionis ejus: et septem diebus continuis: siccum mare prebeat iter: ad laudem domini nostri Jesu Christi: qui suo martyri hunc tumulum preparavit. Factum est autem in una die solennitatum: quedam mulier filium suum in illo loco oblita est dormientem. Et cum ad littus perrexit post acta solennia: filium suum reliquisse meminit. Illa vero per circuitum riparum discurrebat credens filiun suum littori ejectum esse. sed nihil inveniens indicii: ad propria cum fletu remeavit. *Re.* Vir inclitus. *In iij. nocturno.* ℣ Magna est gloria. *Expositio* Nihil opertum. *Omelia ut in communi. Re.* Stola jocunditatis.

Reverente [1] autem solennitatis die beati clementis mulier illa recedenti [2] mari anticipat omnes ad ingrediendum: et ipsa precedit ad tumulum prima: et invenit filium suum in eo loco ubi eum dormientem reliquerat in ipso ad hunc soporem [3] detentum. Illa vero velociter excitavit

[1] *Recurrente*: W. [2] recedente: W.S. [3] sopore: W.

Digitized by Google

eum : et populis inspicientibus levavit eum in ulnis suis incolumem. *Re.* Beatus vir N.

Et interrogavit mater [*Lec. ix.* filium suum : ubi per totum anni fuisset spacium. At ille se nescire dixit : si annus integer preterisset : sed sic eum dormisse sicut unius noctis spacio. Tunc omnes qui aderant : benedixerunt dominum : qui tanta mirabilia ostendit illis per beatum clementem martyrem atque pontificem auree civitatis rome. Cujus meritis et precibus ad gaudia celestia nos perducat dominus noster Jesus Christus : qui vivit et regnat in secula seculorum amen. *Re.* Phebus et cornelius discipuli beati clementis dixerunt ad populum. Oremus omnes ad dominum : ut ostendat nobis martyris sui corpus. ℣ Multitudo christianorum cepit ad littus stare et flere : tunc dixerunt phebus et cornelius. Oremus. Gloria. Oremus. *ps̄.* Te deum. ℣ Posuisti domine. *In laudibus an̄.*

Non meis meritis ad vos me misit dominus vestris coronis participem me fieri. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Orante sancto clemente apparuit ei agnus dei. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Vidit super[1] montem agnum stantem : desub cujus pede fons vivus emanat. *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Desub cujus pede fons vivus emanat : fluminis impetus letificat civitatem dei. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Omnes gentes per gyrum crediderunt Christum dominum. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Iste sanctus. *Hymnus* Martyr dei. ℣ Justus ut palma. *In evangel. an̄.* Oremus omnes ad dominum Jesum Christum ut confessoribus suis fontis venas aperiat. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Deus qui nos. ℭ *Memoria de sancta felicitate. An̄.* Simile est regnum celorum homini negociatori. ℣ Adducentur. *Oratio* Presta quesumus *ut supra. Ad horas antiphone de laudibus. Cetera de communi unius martyris : cum oratione propria. Ad vesperas antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Cap.* Iste sanctus. *Hymnus.* Martyr dei. ℣ Gloria et honore. *In evan. an̄.* Dedisti domine habitaculum martyri tuo clementi in mari in modum templi marmorei ; angelicis manibus preparatum ; iter prebens populo terre : ut enarrent mirabilia tua. *ps̄.* Magnificat. *Oratio* Deus qui nos. ℭ *Memoria de sancto grisogono martyre An̄.* Hic est vere. ℣ Posuisti. *Oratio.*

Adesto domine supplicationibus nostris : ut qui ex iniquitate nostra nos reos esse cognoscimus : beati grisogoni martyris tui intercessione liberemur. per dominum.

ℭ *Sancti grisogoni martyris. L.j.*

Igitur scelestissimus imperator dioclitianus[2] jussit sanctum grisogonum sibi presentari : cui et dixit. Accipe prefecture dignitatem deos adorans. Sanctus grisogonus respondit : Unum deum adoro : atque deorum dearumque simulachra execror : atque accepta potestate comminuo. Potestates vero a te

[1] supra : W.S.

[2] dioclecianus : W.S. (passim).

Digitized by Google

promissas: acsi lutum quod pedibus calcatur abjicio. *Lectio ij.*

Tunc iratus dioclitianus jussit eum decollari: corpusque ejus in fluvio jactari: juxta possessionem in qua tres sorores christianissime morabantur: agape chronia et hyrene: cum sancto goilo episcopo. Qui etiam sanctus goilus sancti martyris corpus in domo sua sepelivit: et tricesimo die susceptionis ejus ad dominum ipse perrexit. *Lectio iij.*

Igitur sancte virgines agape et chronia in ignem sunt misse: et dum nec vestimenta earum arderent: intacte ab igne oratione facta ad dominum perrexerunt. Quidam vero ex his qui cum sisinnio erant extendens arcum sagittavit hyrenam: sicque oratione prolongata: suum Christo reddidit spiritum. *Cetera de communi unius martyris.*

¶ *Sancte katherine virginis et martyris.*

Ad vesperas antiphone et psalmi feriales. Cap. Qui gloriatur. *Re.* Virgo flagellatur. *Hymnus* Virginis proles. ℣ Diffusa est. *In evan. añ.* Inclyta sancte virginis katherine solennia suscipiat alacriter pia mater ecclesia: ave virgo deo digna: ave dulcis et benigna: obtine nobis gaudia: que possides cum gloria. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui dedisti legem moysi in summitate montis synai: et in eodem loco per angelos tuos corpus beate katherine virginis et martyris tue mirabiliter collocasti: tribue quesumus: ut ejus meritis et intercessione ad montem qui Christus est valeamus pervenire. Qui tecum. *Ad matu. Invita.* Adoretur virginum rex in seculorum secula: Virgini qui katherine contulit celestia. *ps̄.* Venite. ℣ Virginis proles. *In j. nocturno añ.* Virgo sancta katherina grecie gemma: urbe alexandrina: costi regis erat filia. *ps̄.* Domine dominus noster. *Añ.* Specie corporis decora nimis enituit: sed fide pulchrior sponso superno placuit. *ps̄.* Celi enarrant. *Añ.* Traditur ergo a patre doctoribus precipuis imbuenda liberalibus studiis. *ps̄.* Domini est terra. ℣ Diffusa est. *Lectio j.*

Maxentius imperator anno regni sui tricesimoquinto jussit omnes regni sui incolas ad templum deorum suorum convenire: et solenne eis sacrificium offerre. In urbe autem alexandrinorum erat quedam puella annorum duodeviginti speciosa et religiosa valde: regis costi unica filia nomine katherina. Hec in palatio patris sui residens ex templo idolorum sonus animalium et tibicinum et genus organorum auribus suis insonuit. Que causam requirens cum ex nuncio didicisset: ad templum usque properavit. *Re.* Nobilis et pulchra prudens katherina puella: Flagrat amore dei: spernit vana gaudia mundi. ℣ Cui rex carne pater fuerat: reginaque mater. Flagrat. *Lectio ij.*

Ubi quosdam deplorantes inspexit: qui se christianos esse fatebantur: sed metu mortis ad prophana sacrificia impellebantur. Beata virgo dolore cordis sauciata: pectus et linguam Christi muniens signaculo: audenter ad imperatorem ait:

Digitized by Google

Salutationem tibi imperator proferre nos et ordinis dignitas et rationis via promovebat[1]: si hec ipsa que cultibus demonum exhibes creatori tuo impenderes: per quem reges regnant: et omnia elementa subsistunt. *Re.* Martyrium sitiens: libamina cesaris horrens: Exclamat Christum preter quem nil venerandum. ℣ Demoniis plena sunt hec ait idola templa. Exclamat. *Lectio iij.*

Cunque puella hec loqueretur[2] imperator admirans ait. Si nostrorum philosophorum gymnasiis o virgo erudienda persedisses: deorum nostrorum numina divinitatis honore vacua nequaquam astrueres. Hec dicens accito clanculum nuncio: misit literas per infrajacentes provincias ad omnes rethores et grammaticos: promittens illos altis honoribus donandos: si hanc suis assertionibus superatam reddiderint. *Re.* Hec quinquagenos oratores superatos: Dirigit ad celos aurum velut igne probatos. ℣ Efficiens testes fidei: quos pertulit hostes. Dirigit. Gloria. Dirigit. *In ij. nocturno añ.* Cum esset adhuc in annis virgo puerilibus caris orbata parentibus mundi renunciavit opibus. *ps̄.* Eructavit. *Añ.* Maxentius instat impius dum idolorum cultibus puella voce libera hec sum[3] clamat demonia: et deum te Christe solum predicat os virgineum. *ps̄.* Deus noster refugium. *Añ.* Cesar electos convocat rethores et grammaticos adversus illam disputaturos: quos vincens virgo Christi fidem docuit: et martyres dignos deo exhibuit. *ps̄.* Fundamenta. ℣ Specie tua.

Peragratis igitur [*Lectio iiij.* provincie finibus: nuncius revertitur: ducens secum quinquaginta viros: qui se in omni sapientia mundi excellere ultra omnes mortales asserebant. Interea virgo sancta sub custodia servata: de conflictu regis imperterrita: militie sue agonem domino commendabat. Cui apparuit angelus domini dicens: Constanter inquit age grata deo puella: quia tecum est dominus pro cujus honore certamina inisti. Ipse affluentis verbi impetum fundet in os tuum: cui adversarii resistere non prevalebunt: sed insuper per te conversi ad Christum: cum palma martyrii vite januam introibunt. *Re.* O quam felices per te sanctissima plures: Quos jubet occidi pro Christo turbidus hostis. ℣ Cum duce porphirio fit martyr cesaris uxor Quos jubet. *Lectio v.*

Sedente itaque imperatore pro tribunali: assunt oratores pomposo eloquentie fastu tumentes. Astat et puella fidens in domino. Facto autem silentio: virgo Christi conversa ad illos: ego inquit: o seniores sillogisticas disputationes abrogans judico me intus[4] vos nihil aliud scire: nisi eum qui est vera scientia et in se credentium gloria dominum meum Jesum Christum: qui est rerum omnium principium fons et origo bonorum: ex quo omnia: in quo

[1] premonebat: S.
[2] sequeretur: W.
[3] sunt: W.S.
[4] inter.: W.S.

Digitized by Google

omnia visibilia constant. Heç et alia multa dum virgo disserent[1]: stupefacti cuncti oratores obmutuerunt. Quibus imperator indignatus ait: Quid vos ignavi et degeneres velut elingues sic obmutescitis. *Re.* Impius hanc cesar sisti jubet ante tribunal: Hanc ut pervertat sicut draco vel leo certat. ℣ Illa manet constans non blanda vel aspera curans. Hanc. *Lectio vj.*

Tunc unus doctorum major natu tyranno dixit: Hoc tibi imperator constanter fatemur: quia nisi aliam sectam probabiliorem ostenderis de diis quos coluimus: ecce omnes ad Christum convertimur. Audiens hec tyrannus: jussit omnes in medio civitatis igne concremari. In quibus illud mirabile contigit: quod nec capillis eorum aut vestimentis ulla ignis lesio apparuit: sed migraverunt ad dominum. Sanctam vero virginem expoliatam jussit scorpionibus cedi: et in carcere claudi. Regina vero de beata katherina valde anxia eam alloqui et videre cupiebat. Et vocans ad se quemdam militem nomine porphirium postulat: ut placatis custodibus colloquio virginis potiretur. *Re.* Virgo flagellatur: crucianda fame religatur: carcere clausa manet: lux celica fusa refulget. Fragrat odor: dulces cantant celi agmina laudes. ℣ Sponsus amat sponsam: salvator visitat illam. Fragrat. Gloria. Fragrat. *In ij. nocturno añ.* Gloriosam virginem tyrannus flagellari imperat: et cruciandam fame in carcere recludi: cui escam per columbam Christus facit ministrari. *ps̄.* Cantate (*j.*) *Añ.* Illa deo dum agit gratias in tenebris lux emicat: fragrat odor vincens balsama adest: et contio[2] angelica lacero corpori celestia adhibens medicamina. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *Añ.* Cum cetu virgineo adveniens salvator sponsus sponsam pie visitat consolatur et roborat constans esto ait filia tecum ego sum nil paveas. *ps̄.* Cantate (*ij.*) ℣ Adjuvabit eam. ***Si festum sit duplex tunc erit tantum septima lectio de expositione evangelii*** Simile est regnum celorum thesauro. ***Omelia ut in communi. Et si non sit duplex tunc erit de legenda propria absque pronunciatione evangelii ut notatur in festo sancti nicholai episcopi.*** *Lectio vij.*

Igitur prima vigilia noctis regina simul et porphirius introeuntes carcerem cujus ex fulgore claritatis perterriti corruerunt in terram. Surgite inquit virgo egregia et ne paveatis. Et surgentes contemplati sunt angelos plagas ejus unguento undique circumfoventes. Hinc beata virgo reginam cepit alloqui dicens. Jam regina forti animo esto: quia post hoc triduum itura es ad deum. Audiens tyrannus reginam et porphirium ac ducentos milites cum eis conversos ad dominum pro planctu velut amens effectus: fecit reginam extra civitatem duci: et mammillis prius extortis caput a cervice rescindi. Porphirium vero cum suis militibus etiam decollari: et sic migraverunt ad dominum. *Re.* Horrendo

[1] dissereret: W.S.

[2] concio: W.S.

Digitized by Google

subdenda rotarum machinamento virgo deum clamat celum tonat angelus astat. Ecce repentinam dant plebs roteque ruinam. ℣ Tanquam caldeis quondam fornax babylonis. Ecce. *Lec. viij.*

Postera autem die maxentius beatam katherinam sibi jubet presentari. Cui sic ait. Ne nos o malefica deceptrix amplius protrahas: quod vis e duobus elige: aut maturius diis offer libamina: aut hodie capitali plecteris sententia. Cui virgo. Te inquit protrahere diutius tyranne non quero: fac quecunque animo cepisiti. Tunc tyrannus jussit eam extra portam decollari. Que cum ad locum passionis duceretur: elevatis in celum oculis dixit. Gratias tibi ago bone Jesu: qui me intra collegium ancillarum tuarum connumerare dignatus es. Obsecro ergo ut quicunque in laudem et gloriam nominis tui passionis mee memoriam egerit[1]: sive in exitu anime sue: aut in quacunque necessitate me invocaverit[2]: celerem obtineant propitiationem. *Re.* Percussa gladio dat lac pro sanguine collo. Quam manus angelica sepelivit vertice syna. ℣ Membris virgineis olei fluit unda salubris. Quam manus. *Lectio ix.*

Necdum orationem compleverat: et ecce vox ad eam de celo venit dicens. Veni dilecta mea veni: ecce tibi beatitudinis aperta est janua: et ne soliciteris de donis que postulas. Nam hiis qui passionem tuam celebraverint: et qui in periculis et necessitatibus te invocaverint optata presidia promitto de celis. Facta ergo hac voce: Christi virgo lacteam cervicem protendens a spiculatore decollata est: et lac pro sanguine effluxit. Angeli quoque assumptum corpus per altum aera subvehentes: in monte synai deposuerunt. De cujus sepulchro rivus olei indeficienter manare videtur ad laudem ipsius martyris et domini nostri Jesu Christi. *Re.* O mater nostra. ℣ Jam Christo. *Prosa* Eterne virgo. ***ut in communi unius virginis.*** *ps̄.* Te deum. ℣ Specie tua. ***In laudibus an̄.***

Passionem gloriose virginis katherine devote plebs celebret fidelis que sui memores deo commendat meritis et juvat beneficiis. *ps̄.* Dominus regnavit. *An̄.* Post plurima supplicia martyr alma ad decollandum est ducta: ad celum manus oculos tendens[3] collum sub jugulo orans dat gloriam deo. *ps̄.* Jubilate. *An̄.* Expecto pro te gladium Jesu rex bone tu meum da paradiso spiritum et fac misericordiam meam agentibus memoram.[4] *ps̄.* Deus deus meus. *An̄.* Vox de celis insonuit veni dilecta mea jam veni[5] intra in[6] thalamum sponsi tui: quod postulas impetrasti pro quibus oras salus erit. *ps̄.* Benedicite. *An̄.* Quia devotis laudibus tui memoriam pie recolimus o beata katherina ora pro nobis quesumus. *ps̄.* Laudate. *Cap.* Sapientia. *Hymnus.* Jesu corona virginum. ℣ Adducentur regi. *In evange. an̄.* Benedictus

[1] egerint: W.S. [2] invocaverint: W.S. [3] tendentes: W.
[4] memoriam: W.S. [5] 'dil. mea jam veni' om.: S. [6] 'in' om.: W.

Digitized by Google

dominus rex celestis qui per merita beate katherine virginis medelam languidis prestat sanitatis ipsius corporis oleo fideliter perunctis. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Deus qui dedisti. *Ad horas antiphone de laudibus. Cetera de communi cum oratione.* Deus qui dedisti. *Ad vesperas antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus. Si festum fuerit duplex dicitur Responsorium.* O mater nostra. *sine prosa. In evang. an̄.* Prudens et vigilans virgo qualis es cum sponso illo qui te elegit de mundo quam pulchra quam mirabilis quanta luce [1] spectabilis intus [2] syon juvenculas et hierusalem filias thalamo gaudens regio conjuncta dei filio. *ps̄.* Magnificat. *Oratio* Deus qui dedisti. *Memoria de* [3] *Lino papa et martyre. an̄.* Hic est vere. ℣ Gloria et honore. *Oratio.* Presta quesumus *ut in communi.*

¶ *Sancti Lini pape et martyris.* *Lectio j.*

Passionem fratres charissimi beati et gloriosi lini pape omni mente celebremus : quia magnis est honorandus laudibus in ecclesia : qui fideliter Jesu Christi imitatus est vestigia. Ipse enim mundum pro celestis regis amore omnino contempsit : et Christo fide syncera adhesit [4] : sed et corpus suum vitiis et concupiscentiis habuit crucifixum. Vestiebatur enim amore dei et calore Christi : quia mundus erat a dilectione mundi. *Lec. ij.*

Gloriosus vero martyr iste papa linus eterna obtinuit premia : quia in certamine ejus victoria Christus fuit et gloria. Ille autem de pena glorianter transivit ad coronam : persecutor ejus de brevi felicitate ad perpetuam raptus est penam. Et quia in ejus mente erat digna spirituisancto habitatio nulla adversus eum prevaluit furens emulorum persecutio. *Lectio iij.*

Hoc autem solum attendebat. ut hostem vinceret et Christo placeret. Dominus autem ei gratie sue exhibuit beneficia : et totum evacuavit quod implere disponebat adversariorum audacia. Miles Christi iste papa linus ita congratulabatur in sancta hominis conscientia : ut nunquam satiari ejus valuit dulcedine : cujus desiderium semper habuit in mente. *Cetera de communi unius martyris.*

¶ *Sancti Saturnini martyris.*

Deus qui nos beati [*Oratio.* saturnini martyris tui concedis natalicio perfrui : ejus nos tribue meritis adjuvari. per dominum. *Lectio j.*

Tempore quo maximianus augustus rediens de partibus affrice ad urbem romam volens placere diocliciano [5] augusto : ut in nomine ejus termas solis edificaret : cepit in invidia christianorum omnes milites sive romanos ad afflictionem operis et laboris compellere : et per varia loca : alios ad lapides : alios ad arenam fodiendam damnavit. Tenti sunt ergo a militibus paganis ciriacus et sisinius diaconi ecclesie romane : ac perducti sunt ad tribunum exuperium. Quos

[1] lucet : S. [2] inter : W.S. [3] '*sancto*' *add : S.*
[4] 'et Christo fi. syn. ad.' om. : S. [5] diocleciano : S.

Digitized by Google

suscipiens tribunus retrudit in custodia publica. *Lectio ij.*

Erat autem inter eos quidam senex saturninus nomine. Et quia senectute fuerat maceratus: ceperunt eum ad portandum adjuvare. Hoc cum viderent custodes fieri: quia ciriacus et sisinius sarcinas suas et alias adjuvante Christo portarent: mirati sunt et nunciaverunt tribuno exuperio. Tunc tribunus nunciavit maximiano dicens: quod cum hymnis et laudibus dei et omni veneratione Christo gloriam redderent. *Lectio iij.*

Tunc iratus maximianus tradidit eos laodicio[1] prefecto. Atque laodicius jussit retrudi in carcerem senem saturninum atque sisinnium diaconem. Et veniebant ad eos multi gentiles et baptizabantur cum omni fiducia. Post dies vero quadraginta duos misit et exhibuit saturninum et sisinnium. Qui post diversa supplicia depositi de eculeo: ducti sunt via numentana: miliario ab urbe roma plus minus secundo: et ibi capite truncati migraverunt ad Christum. Quorum corpora collegit trason una cum beato johanne presbytero. sub die tertio kalendas decembris: regnante domino nostro Jesu Christo: cui est honor et gloria cum deo patre in unitate spiritussancti[2] per omnia secula seculorum. Amen. *Cetera de communi unius martyris cum oratione.* Deus qui nos. *etc.*

[1] loadicio: S. (passim).

[2] 'deus' add: S.

Breviarium secundum morem et consuetudinem sancte ecclesie Eboracensis anglicane: ad laudem et gloriam sanctissime trinitatis: intemerate quoque genitricis dei virginis marie: totiusque hyerarchie celestis: Ipsiusque sacrosancte ecclesie Eboracensis cleri devotissimi reverentiam et honorem: Singulari cura ac diligentia impensisque Friderici egmundt bene revisum emendatumque: feliciter est explicitum. Impressum venetiis per Johannem hamman de Landoia dictum hertzog: limpidissimis: ut cernitis: caracteribus: Anno salutis post millesimum quaterque centesimum nonagesimo tertio. Kalendas madii.



Digitized by Google

APPENDICES.

Digitized by Google

Digitized by Google

APPENDIX I.

REGULE GENERALES.

731

¶ *Hic incipiunt regule generales.*

¶ Debes in mente : generalia dicta tenere.

*Q*uia regula generalis est : quod infra adventum domini et lxx. quando dicitur de festo aliquo vel commemoratione sive octava tunc fiet memoria de adventu sive de lxx. ad vesperas matutinas et missam que scilicet memoria in nullo festo omittitur.

¶ *De domina.*

¶ Et de domina per adventum fiet memoria ad vesperas matutinas et missam nisi in festo conceptionis et commemorationibus ejusdem : sed ab inceptione. O sapientia usque ad nativitatem domini nulla erit memoria in vesperis post antiphonam O. tamen quando dicitur de domina in crastino sancti thome apostoli tunc post vesperas sancti Thome fiet memoria de domina et de adventu cum antiphona O rex gentium. Et etiam per adventum fiet memoria de omnibus sanctis exceptis tantum dominicis festis ix lectionum et commemoratione sancti willelmi apostolorum petri et pauli et beate marie virginis nisi in vesperis quando dicitur O.

¶ *De memoria sancte marie post Circuncisionem.*

*P*ost circuncisionem domini usque ad purificationem beate marie virginis nisi in vesperis ante vigiliam

732

epyphanie quando vespere non dicuntur [1] de innocentum et in vigilia epyphanie et in die preterquam quando fit commemoratio ejusdem beate virginis fiat memoria de s. maria cum añ. O admirabile &c. Si autem infra lxx. tamen ante festum purificationis concurrant festa ix lectionum et trium lectionum et memorie fuerint faciende is sit ordo. Facto servitio ix lectionum proprio [2] sequatur [3] memoria de lxx. secundo de domina : et tertio de festo iij. lectionum ultimo de sancta Agnete. Nisi de festo fuerit in crastino cantandum infra lxx. sive non.

¶ *De memoriis infra xl.*

*I*nfra xl. quando dicitur de aliquo festo tunc dicitur memoria de xl. ad matutinas. missam. et ad utrasque vesperas sicut infra adventum et septuagesimam vel pro memoria ad missam dicatur : et legatur missa quadragesime post missam sancti Apponatur velud dum legitur missa xl. et non amoveatur, nisi dum evangelium lectum fuerit more solito.

¶ *De tempore paschali.*

*I*n tempore paschali fiant quotidie memorie de resurrectione de domina et de omnibus sanctis usque ad vesperas completas ante vigiliam ascensionis nisi de domina quando fit plenum servitium de ea : et etiam de omnibus sanctis ubi festum loci

[1] dicantur : G. [2] primo : G. [3] sequitur : G.

Digitized by Google

fuerit de illis: sic de illis in adventu fiat. Et quando dicitur de festo duplici in sabbato isto tempore: vel in die lune de festo quasi ix lectionum tunc in sabbato sive in dominica nulla fiet memoria ad vesperas de servitio dominicali: quia tunc memoria de resurrectione sufficit cum memoria de domina: et de omnibus sanctis ut supra notantur. Sed aliis temporibus anni quando aliquod festum duplex in sabbato evenerit sive die lune tunc in sabbato sive in dominica fiat memoria cum antiphona versiculo et oratione ad illam dominicam pertinentibus.

¶ *De festis trium lectionum.*

¶ Quandocunque festum alicujus sancti trium lectionum evenerit: si de eo dici possit: fiat de eo: memoria ad vesperas et ad matutinas: preterquam in cena domini: et a die illo usque ad vesperas in die sabbati in septimana pasche. et preterquam in die penthecostes cum sex diebus sequentibus et festis ascensionis et corporis Christi.

Digitized by Google

APPENDIX II.

FESTUM VISITATIONIS B. MARIE VIRGINIS.

Festum visitationis beate Marie virginis per sacram convocationem *Eborum.* Anno domini *Millesimo* quingentesimo tercio decimo statutum est celebrari *ut festum principale.* iiii. *Nonas.* Aprilis id est illius mensis die. ii. Sicque in kalendario *annotandum* hujus diei festi plenum hic sequitur servitium *secundum usum presertim Eborum.*

Festi [1] visitationis hec est regula: quod si in aliqua dominica ante diem palmarum aut in die palmarum vel ebdomada sequente contigerit consimiliter per omnia fiet de eo ut de festo Annunciationis scribitur ut sic ambrosius ebdomada palmarum contingens semper in feriam sextam anteferatur. Sic ergo hoc festo in vigilia pasche contingente dum antefertur ad sabbatum ante dominicam palmarum quod evenit [2] in crastino annunciationis tunc ad capitulum incipiatur de hoc festo visitationis deinde de annunciatione sola memoria de festo vero duplici tantum. Aut quasi duplici hoc festum precedente vel sequente in utrisque vesperis sit sola memoria. Si autem die pasche hoc festum contigerit aut tota septimana sequente semper feria quarta [3] post clausum pasche celebretur cum expositione in [4] tribus lectionibus et tribus Responsoriis scilicet primo sexto et nono et ceteris ut in annunciationis [5] cum propriis antiphonis et psalmis de primo nocturno et similiter in laudibus convenienter pro tempore paschali. Si autem dominica in albis contigerit tunc propter festum ambrosii in ipsa feria quarta [3] hoc festum in feria secunda celebretur et habeat integras primas vesperas in dominica cum memoriis illius temporis et in secundis vesperis erit de sancto Ambrosio sola memoria cum memoriis illius temporis. Contingente autem hoc festo in feria secunda post dominicam in albis speciali nobis regula opus est per mutationem paululum antique regule annunciationis. Nam tali anno ipsa annunciatione die pasche contingente Ad hunc visitationis diem debet transferri et isto die celebrari visitatione nimirum cedente annunciationi cujus ratio preter solitum ex hoc pendet sacro mysterio ut in festis genitricis dei ordo servetur historie sancti evangelii. Nam ad capitulum in secundis vesperis annunciationis incipietur de festo visitationis quasi continuo post annunciationem angelicam. Exurgens maria cum festinatione abiit etc. Similiter si festum annunciationis feria secunda pasche contigerit non ut olim in feriam tertiam sed in secundam post clausum pascha differatur. In feria vero tertia et quarta antiqua ejus servetur regula visitatione tamen immediate subsequente semper in secundis

[1] *Haec rubrica in literis rubris tota apud Sj. imprimitur.* [2] *evenerit: Sj.*

[3] *tertia: Sj.* [4] *'in' om. Sj.* [5] *annunciatione: Sj.*

Digitized by Google

vesperis annunciationis Incipiatur ad capitulum de visitatione ut prius dictum est.[1]

In festo visitationis Beate marie ad primas vesperas antiphona prima super psalmum Eterni patris filius mariam concupivit de sanctorum splendoribus in matrem introivit. *In tempore pasche.*[2] Alleluya.[3] *ps̄.* Dixit dominus. *an̄.* Lilium convallium fragrans in odorem iter ornat montium ferens celi florem. *In tempore pasche* Alleluya. *ps̄.* Laudate pueri dominum. *An̄.* Paradisus celicum fructum afferebat gravide qui puerum gaudio replevit.[4] *In tempore pasche* Alleluya. *ps̄.* Letatus sum. *an̄.* Lucernam veri luminis dominus accendit quo dragmam nostrum[5] perditam salvans apprehendit. *In tempore pasche* Alleluya. *ps̄.* Nisi dominus. *An̄.* Conforta mater filios simul et veracem totius hierusalem ponens fines pacem. *In tempore pasche* Alleluya. *ps̄.* Lauda hierusalem. *Capitulum.*

Ego mater pulchre dilectionis et timoris et agnitionis et sancte spei : in me omnis gratia vie et veritatis. in me omnis spes vite et virtutis. *Rm.* Exultat infans gaudiis in spiritu helye cujus mater mirabilis fit compos prophetie. Celi manat deliciis introitus marie. ℣ Propter archam domini benedixit domui deus zacharie. Celi manat. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Celi manat. *Hymnus.*

Festum matris gloriose plebs sancta concelebret pietatis viscerose gratiam expostulet. quam cognata copiose sensit hic elezabeth.[6] *F*ecundare[7] senectutis sterilem aggreditur. que divine jam virtutis mater clam efficitur. gratulatur cum solutis[8] consortem alloquitur. *V*ox non loquens exultavit ad verbi presentiam : sed elezabeth hoc expavit matris excellentiam. benedictamque clamavit fructus affluentiam. *U*nde michi quisquam putet hoc ait presagium : ut devote me salutet mater regis omnium, ventris mei fructum mutet in novum tripudium. *V*irgo dum sic commendatur canticum leticie. psallens pure gloriatur in amore gratie quo beata predicatur in omni progenie. *T*rine[9] deus summe pie regnans eternaliter prece virginis marie nos conserva jugiter. ut post finem hujus vie vivamus perenniter. ℣ Diffusa est gratia. *In tempore pasche.* Alleluya. *an̄a.* In psalterio decachordo psallat virgo regia dominum magnificando qui fecit magnalia pellens potentes de sede divina justicia servos humiles exaltans ex misericordia. *In tempore pasche.* Alleluya. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui sacratissimam virginem mariam unigeniti tui matrem mutue consolationis gratia beatam elezabeth visitare fecisti concede propicius nobis famulis tuis ut ex ejus visitationibus assidue consolemur et a cunctis adversitatibus tuo munimine protegamur. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum. *etc. Memoria pro tempore ut contingat Completorium non*[10] *mutatur quin*[11] *omnino fiet de quadragesima tam in festo isto quam in festo annunciationis. Ita tamen quod* Gloria patri. *infra*

[1] Haec rubrica apud S2 tota omittitur.
[2] Verba '*In temp. pasche.* All'a' hic et alibi om. : S2.
[3] 'All'a' passim add : S2.
[4] replebat : L. S1 S2.
[5] nostram : S1 S2.
[6] helizabeth (passim): S1 S2.
[7] *F*ecundate: S1 S2.
[8] salutis: S1 S2.
[9] Hunc versum om. S2. et addit '*Q*uesumus auctor omnium in hoc paschali gaudio ab omni mortis impetu tuum defende populum. *G*loria tibi domine qui natus.'
[10] *Verba a 'non' usque ad 'Rubrica' om.: S2. Addit autem in eorum vice 'ut in tempore paschali et in fine hymni dicitur* Gloria tibi domine qui natus. *Ad matutinas.*'
[11] *pro 'quin' quia : S3.*

Digitized by Google

passionem dicitur post versum. Responsorium de completorio. Si[1] *vero festum visitationis celebrari debeat tempore paschali: fiat cum antiphona et psalmis de primo nocturno: et lectiones de expositione evangelii et tribus responsoriis tantum. primo sexto et nono. et in fine ympnorum quorum metro convenit dicatur.* Quesumus auctor. Gloria tibi domine qui natus es de virgine. *Et in fine antiphonarum responsoriorum et invitatoriorum et aliorum ut in tempore paschali dicetur.* Alleluya. *Completorium non mutatur nisi in versu* Gloria tibi domine qui natus es de virgine *ut alibi notatur in Rubrica. Invitatorium.* Reginam celi glorie devote collaudemus matrem misericordie: venite adoremus. *In tempore pasche* Alleluya. *ps.* Venite exultemus. *Hym.*

Mundi salus affutura virgo mater inclita. gestu simplex mente pura. specie prefulgida cum celesti genitura processit in publica. Caput conterens drachonis, rubus qui non uritur, aaron virga gedeonis, vellus quod perfunditur, hec est mater salomonis que beata dicetur. Genitrix emanuelis. virga jesse floruit. ostium ezechielis. quod viro non patuit. mons quo lapis danielis statuam comminuit. Sic in mundo preter morem notum fecit dominus castis mater conditorem circundat visceribus terra gignit salvatorem. nubibus pluentibus. Virgo cara caritatis. fervens desiderio caste consanguinitatis. favet ministerio. gaudens hujus novitatis sancto puerperio. Felix domus zacharie. talem habens hospitem. felix cognata marie. quam suscepit comitem. sed johannis et messie. tu distinguis limitem. Laus[2] sit summo genitori. qui regnat per omnia. laus sit nostro redemptori. per quem venit gratia procedenti creatori sit equalis gloria. Amen. *In primo*[3] *nocturno añ.* Pater matris filio singula subjecit ex infantis gaudio laudemque perfecit. *In tempore paschali.* Alleluya. *ps.* Domine dominus noster. *añ.* Sol in tabernaculo solis illucescit dum sponsus in thalamo sponse requiescit. *In tempore pasche* Alleluya. *ps.* Celi enarrant. *añ.* Cepit terra domini fructu fecundari per misericordiam a deo salutari. *In tempore pasche* Alleluya. *ps.* Domini est terra. ℣ Diffusa est gratia in labiis tuis. *In paschali tempore* alleluya. *Benedictio.* Alma[4] virgo virginum intercede pro nobis ad dominum. Amen. *Lectio j.*

Celebrantibus[5] nobis nuper fratres Annunciationis dominice festivitatem: convenienter secundum ordinem evangelii subsequitur sacra visitationis solemnitas In qua ad suum sanctum officium dignata est non segniter exurgere et se preparare virgo pudica virgo preelecta et omnium beatissima maria et jam in utero habens unde certa extiterat se esse matrem dei. Est quoque ista progrediens visitatio super credibilibus attestata miraculis et divino testimonio Hec ergo celestia misteria studeamus omnes honore prosequi devotissimo ne conciliatrici generis humani. ne matri misericordie virgini marie videamur per negligentiam ingratissimi. Tu autem. *Re.* Elezabeth ut virgini senectus presentatur hanc voce venerabili salutat amplexatur. Intacta mater sterili matri congratulatur. *In tempore pasche.* alleluya. ℣ In sacris claustris viscerum precursor pueri[6] puerorum dominum protestatur Intacta

[1] *Verba a 'Si' usque ad 'dicetur* Alleluya' *omittuntur apud Si.*

[2] Hunc versum om. S2 et in ejus vice addit 'Quesumus auctor omnium &c.' ut supra: et 'Gloria tibi domine qui natus.'

[3] *'primo' om.: S2.*

[4] Pro hac benedictione legit S2 'Per marie merita prosit nobis lectio evangelica. Amen.'

[5] *Sex has primas lectiones om. S2. et tres modo offert, sc. septimam octavam et nonam: quas velut primam secundam tertiamque describit.*

[6] puer: Si.

Digitized by Google

mater. *etc. Benedictio* Christus marie filius sit nobis clemens et propicius. Amen. *Lectio secunda.*

Hujus igitur festi visitationis magnalia tractantes admiramur in virgine deiformi quod decedente ab ea nuncio angelico eo ardere mentis accensa est ut se laboribus accingeret et itineri. Sic caritas exercet opera virtutum que si operari renuisset caritas perfecta esse non possit. Ab humilitatis valle quam tu maria angelo professa es verbo conscendis montana contemplationis in opere. Ad civitatem juda properas ubi mox revelatam laudis confessionem es ipsa in ympnis[1] a te edito decantatura. Festinas in domum zacharie id est memoris domini. In qua domo omnia reperiuntur dei memorie plenissima. Et disponis cognatam elezabeth amabili salutatione preveniet. Ex qua servus dominum presentem sentiebat. ex voce virginis matris in aures directa sue provecte genitricis. Tu autem domine miserere nostri. *Re. ij.* Exultat infans gaudiis in spiritu helie cujus mater mirabilis fit compos prophetie. Celi manat deliciis introitus marie. ℣ Propter archam domini benedixit domui deus zacharie. Celi manat. *Benedictio.* Sancta dei genitrix sit nobis auxiliatrix. Amen. *Lectio tercia.*

Quam magna hec in domo zacharie id est memoris domini memoria dei mirabilium. Ubi testis effectus est sacer pusio supercelesti pusione[2] quam novo ritu revelavit. Et propter vocem sponsi amicus gavisus est. non tenerrimus[3] labellis : sed ore prolatam virginis dei genitricis. Sic prodidit testimonium a justo thoro sex mensium parvulus : parvulo vix adhuc a conceptu plene sex dierum. Unde mirabunda parens cogitur in vocem magnam erumpere et exclamare dicens. Benedicta tu inter mulieres : et benedictus fructus ventris tui. Magna quidem vox que divinis laudibus extulit simul et deum ipsum in sobole, et in predilecta[4] virgine dei parentem beatissimam. Tu autem domine miserere nostri. *Responsorium.* Benedictam predicat senex portam spei. unde hoc ut veniat ad me mater mei.[5] Voce tui jubilat infans ventris mei. *versus* Beata que credidisti, in te fient que audisti ecce signum rei. Voce tui. Gloria patri. Infans.[6] *Antiphona* Stat in regis dextera glorie regina. vide regis filia et aurem inclina. *Psalmus.* Eructavit cor meum. *Antiphona.* Dei tabernaculum quod ipse sacravit ex te vite fluvium cunctis derivavit. *Psalmus* Deus noster refugium. *Antiphona.* Florida sterilitas senex virtuosa, in te dei civitas dixit gloriosa. *ps.* Fundamenta ejus. ℣ Specie tua. *etc. Benedictio.* Sancte marie merita nos ducant ad regna celestia. Amen. *Lectio iiij.*

Ex predictorum verborum elizabeth benedictionum ubertate copiosa. perpenditur salutationis marie magnitudo. Unde meretur maria iterum audire ab homine id quod ab angelo prius audierat sese inter mulieres esse summe benedictam. Quippe in ejus benedictionem angelice et humane nature simul conspirante et consentiente testimonio. Omnium enim mortalium hec mater virgo est ad deum reconsiliatrix atque eadem angelice ruine extat reparatrix. Unde merito reparati angeli et reconsiliati homines tenentur[7] mariam supra omnes mulieres. tam exquisitis verbis quam altis precordiis benedicere. Et benedictus fructus ventris tui. Quemadmodum omnes fideles speramus et prestolamur. O dei mater et per clementiam mater nostra. In fructu ventris tui

[1] hymnis : Si. [2] pusioni : L. Si. [3] tenerrimis : Si. [4] predicta : Si. [5] dei : Si. [6] '*In ij. nocturno*' *add Si.* [7] tenetur : Si.

Digitized by Google

eternaliter benedici. Tu autem domine miserere nostri. *Re. iiij.* Laudis cum preconio culta singulari letabatur cantico suo salutari. Cum pudoris lilio parens absque pari. Versus.[1] Nam debet ab omnibus generationibus beatificari. Cum pudoris. *Benedictio.* Que peperit Christum pro nobis postulet ipsum. Amen. *Lectio quinta.*

Post istos fructus benedictionum subintulit elezabeth. Et unde hoc michi ut veniat mater domini mei ad me. Alto mentis stupore a virgine edocta humilitatem hec mulier se tam celestium secretorum revelatione arbitratur indignissimam. Ad me (inquit) domini mei mater venire dignata est regina celi. domina mundi. imperatrix inferni. voluit me honore prevenire: cui post deum omnis honor debetur in secula. unde hoc michi vetule unde tam celestis consolatio et secretorum revelatio. Quorum probatissimum sentio infra uterum meum ab infante divinum et supernaturale testimonium. Ecce enim ut facta est vox salutationis tue in auribus meis exultavit in gaudio. Infans in utero meo. Ex qua memoria maximorum dei mirabilium merito omnium mentes fidelium eriguntur ad tam grande spectaculum. Ineffabili gaudio et honore celebrandum. Tu autem. *Re. v.* Cristi[2] sanctuarium spiritus sacrarium mater pietatis. Pregnanti solatium cognate subsidium administrat gratis. ℣ Sic maria nobilis formam vere singulis dat humilitatis. Pregnanti solatium. Benedicto. Stella maria maris succurre piissima nobis. Amen. *Lectio sexta.*

Hiis[3] visitationis alme preconiis super additur donum certe prophetie cum adjecit elezabeth. Et beata que credidisti quoniam perficientur in te que dicta sunt tibi a domino. Per fidem virginis vaticinatur mulier complenda esse omnia et perficienda que a domino per angelum sibi dicta et annunciata sunt. Videlicet de partu salubri in nativitate de glorioso nomine Jesu in circuncisione de filio altissimi in passionis obedicentia[4] de sede patris eterni david in ascensione de regno ejusdem ineternum in ultima resurrectione. Post hoc virgo deigena in suum prorupit canticum singulare ubi non se aut suam efferebat dignitatem sed tota fertur in deum et in ejus laudem et magnificentiam. Nam ait maria. Magnificat anima mea dominum. In quo deo salutari meo est et erit spiritus mei justa exaltatio. Illi ergo domino deo eterno patri filioque et spiritui sancto jam hoc festo visitationis. Sit omnis honor, omnis gloria, omnis magnificentia in secula seculorum. amen. Tu autem. *Re. vj.* Dignam quam respiceret cujus concupisceret dominus decorem. Se velut pauperculam prebet et ancillulam post matris honorem. In tempore pasche. Alleluya. ℣ Nam virgo christifera gratiarum munera refert in datorem. Se velut. Gloria patri et filio. Se velut pauperculam. *In tertio nocturno añ.* Per te mater omnis terra cantat nova cantica laudans que perfecit deus in te mirabilia. *ps̄.* Cantate (*j.*) *antiphona.* Per te lux est orta justis et rectis leticia syon audit et letatur cum Judee filia. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *añ.* Dum cepit[5] virgo salutare senem piis vocibus missum suum salutare notum fecit dominus. *ps̄.* Cantate (*ij.*) ℣ Adjuvabit eam dominus.[6] *Benedictio.* Per marie merita prosit nobis lectio evangelica. amen. *Lectio vij.*[7] *Secundum lucam.*

In illo tempore. Exurgens maria abiit in montana cum festinatione in civitatem juda et intravit domum zacharie et salutavit elezabeth. Et

[1] pro 'Versus' ℣: Si. [2] Christi: Si.
[3] *H*is: Si. [4] obedientia: Si.
[5] capit: Si. [6] deus: Si.
[7] *pro 'Lectio vij.' Lectio j.: S2.*

Digitized by Google

reliqua. Evangelica lectio opera virginis patefecit unde ista sacra visitatio choruscaret. Ex quibus operibus expremuntur [1] virtutum exempla vel humilitatis vel pietatis vel consolationis vel sancte solicitudinis. Narrat quoque evangelista quod vox salutationis plausum suscitavit infanti in utero unde mater erumpebat in benedictionem [2] dicens Benedicta tu inter mulieres et [3] benedictus fructus ventris tui. Ex spiritu enim tue salutationis sentio michi revelatum quod mater dei existens me dignata es visitare. Et quod non humano semine sed per fidem impregnata es. Et quod omnia in te perficientur que dicta sunt tibi a domino. Hijs adjecit maria ympnum [4] suum salutare et ait. Magnificat anima mea dominum Qui ympnus [4] quod in ista visitatione editus est libet paulisper in ejus sacris sensibus meditando immorari. Tu autem. *Re.*[5] *viij.* Felix parens et puerperium quibus adest regina virginum. Ibi nequit esse periculum ubi salus qui curat seculum. ℣ Gabrielis juxta presagium tunc est natum multorum gaudium. Ibi nequit esse. *Benedictio* Divina solatia nobis impetret virgo maria. Amen. *Lec. viij.*[6]

Ab alta radice humilitatis ympnum suum exorsa est maria. quando ad creatorem dominum collaudandum se totam exibuit.[7] Quem confitetur magnificentissimum quia nos omnes pulvis et prorsus nisi per eam [8] nichil sumus. Quare per virginem edocti dicamus. Magnificat anima mea dominum. Et exultavit spiritus meus in deo salutari meo. Illa enim sola [9] spiritualis exultatio marie bonitatem dei contemplatur in qua suam et nostram salutem operatur[10] preeligens eam sibi ministram ut suum salutare[11] diceretur. Neque humilitatem sibi vendicat que non dixit. Quia respexit deus humilitatem meam, sed humilitatem ancille sue. videlicet quam in sua ancilla operare dignatur et conservare. Unde sine suo a se merito eam beatam dicent omnes generationes. Fecit michi magna qui potens est quod virginitas fecundatur humilitas sublimatur femina circundaret deum et hominem. Unde et nomen ejus sanctum celebratur et clara lux sue misericordie splendet in omnem progeniem. Precipue super timentes cum [12] timore sancto quo talibus ob reverentiam conferet deus sedes glorie sempiternas. Tu autem. *Re.*[13] *viij.* Gloriosa celorum domina, sponsa regis et mater inclita celi melos mundi fiducia. Nostra clemens audi precamina. ℣ Stella maris occasus nescia placa nobis mundi certamina. Nostra clemens. *Benedictio.* Ad societatem civium supernorum perducat nos regina celorum. Amen. *Lectio nona.*[14]

Fecit potentiam in brachio suo. nam in brachio id est filio incarnato in alvo virginis exercuit deus suam omnipotentiam. Et in nostra natura cum hoste dimicavit, ut detestabilis et imbecillis probetur omnis superbia. quod enim verbum caro factum est et quod in eadem carne mortem crucis toleravit, non

[1] exprimuntur : Si. S2.
[2] 'in benedict.' om. Si.
[3] 'et' bis : S2.
[4] 'hymnum' passim Si. S2.
[5] 'Re. Helizabeth ut virgini senectus presentatur hanc voce venerabili salutat amplexatur. Intacta mater sterili mater congratulatur all'a. ℣ In sacris claustris viscerum procursor puer puerorum dominium protestatur. Intacta.' *S2.*
[6] *Lectio secunda :* S2.
[7] exhibuit : Si. S2.
[8] eum : Si. S2.
[9] 'sola' om. Si.
[10] ? operatus : Si. S2.
[11] salutarem : S2.
[12] eum : Si. S2.
[13] 'Re. Dignam quam respiceret cujus concupisceret dominus decorem. Se velut pauperculam prebet et ancillulam post matris honorem all'a. ℣ Nam virgo christifera gratiarum munera refert in datorem. Se velut. Gloria. Se velut.' S2.
[14] *Lectio tertia : S2.*

Digitized by Google

imbecillitatis est opus sed immense manifestatio potentie. Sic enim quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Nam per infirmitatem mortis superavit superbos principes et potestates · tenebrarum harum. Spoliansque inferos et resurgens destruxit tandem simulacra et omnem superbam ydolatriam.[1] Nec minus potentes tyrannos ydolatras deposuit de sedibus et regnis. atque clementes principes christianos sublimavit. Esurientes implevit bonis quod qui esuriunt et sitiunt justiciam illa gloria satiabuntur cujus nullum est fastidium. Ubi divites seculi evadent inanes. nam dormierunt somnum suum et nichil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Portans quoque ulnis filios israel id est videntes deum et salutem ab eo implorantes suscepit in summa recordatione clementie et misericordie. Et sicut locutus est patribus et patriarche abrahe promiserat suam piam benedictionem hanc nunc perfecit per virginem in uno semine suo. qui est Christus Jesus redemptor et salvator et idem verus eternaliter in secula seculorum. Amen. Tu autem domine miserere nostri. *Re. nonum.*[2] Regalis stirps virginem ob sui pulchritudinem rex summus adamavit. Clandestinum connubium infans per matris uterum exultans revelavit. *In tempore pasche* Alleluya. ℣ Joseph noli metuere quod est in conjuge de spiritu manavit. Clandestinum connubium. Gloria patri et filio. Infans per matris. ¶ *In*[3] *quadragesima repetatur responsorium. sed in tempore paschali tunc psalmus.* Te deum laudamus. *℣sus sacerdotalis.* Ora pro nobis sancta dei genitrix. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. *In tempore pasche.* Alleluya. *In laudibus aña.* Scandit montes aurora gratie, luce fulgens celestis glorie justis ferens solem justicie diem monstrat nove leticie. *In tempore pasche* Alleluya. *cum sequentibus antiphonis.*[4] *Ps̄.* Dominus regnavit. *añ.* In concursu matrum cum gaudio preco parvus carens eloquio servus regem noscens in utero puer infans colludit puero. *ps̄.* Jubilate. *añ.* Senex plena celesti munere rorem fusum cernens in vellere flammam ignis rubum non urere jesse virgam clamat florescere. *ps̄.* Deus deus meus. *aña.* Salvatoris conceptus panditur virgo pura mater efficitur benedicta predigne dicitur in qua vite fructus exoritur. *ps̄.* Benedicite. *añ.* Mater pia plena virtutibus deum laudat fervore spiritus ipsi psallens cum sacris vocibus quia respexit ancillam dominus. *ps̄.* Laudate dominum de celis. *Capitulum* Ego mater pulcre dilectionis. *ut supra.*

O salutaris fulgens stella [*Hymnus.* maris generans prolem veritatis solem mater bonorum clemens famulorum suscipe votum. *C*ongratulamur et tuas conamur canere laudes que deo congaudes sed non condignis prevalemus ympnis[5] dicere totum. *Q*uam veterana traxit iñ montana gressu festina rosa matutina tibi jubilamus concelebramus hec tua festa. *V*ocem rachelis exaudi de celis que te nunc orat filiosque plorat potens regina gratia divina pellere mesta. *O* mediatrix orbis reparatrix laus angelorum salus infirmorum spes feminarum hostem animarum reprime sevum. *S*it[6] benedicta trinitas invicta per quam beata virgo coronata meruit frui fructus ventris

[1] idolatriam : Si. S2.

[2] '*nonum*' *om. Si. S2.*

[3] *Verba ab* '*In*' *usque ad* '*tunc*' *om. S2. et in eorum vice* '*Repetatur Re.*' *tantum : Si. omissis etiam verbis* '*ps̄.* Te deum laudamus.'

[4] '*cum seq. añ.*' *om. Si. S2.*

[5] hymnis : Si. S2.

[6] Vice hujus versus add. *S2.* '*Q*uesumus auctor omnium in hoc paschali gaudio ab omni mortis impetu tuum defende populum. *G*loria tibi domine qui natus es.

Digitized by Google

sui nunc et in evum. Amen. ℣ Elegit eam deus et preelegit eam. Et habitare facit eam in tabernaculo suo. *In tempore pasche.* alleluya. *añ.* Redemptor rex israel venit in virgine repletur elezabeth sacro spiramine prophetat puerulus in rerum ordine miranda fit novitas laus tibi domine. *In tempore pasche.* alleluya. *ps̄.* Benedictus. *Oratio ut supra.* Deus qui sacratissimam. *Memoria ut contingit.*[1] *Ad primam. añ.* Scandit. *ps̄.* Deus in nomine tuo. *añ.* Gratias. *ps̄.* Quicumque vult. *Re.* Jesu Christe.[2] ℣*sus* Qui de virgine. *In tempore pasche.* alleluya. *Etiam ad horas.*[3] *Ad terciam añ.* In concursu. *ps̄.* Legem pone. *Cap.* Ego mater. *ut supra. Re.* Diffusa est gratia. ℣*sus* Specie tua. *Oratio ut supra. Ad sextam añ.* Senex. *ps̄.* Defecit. *Cap.* Surge propera amica mea columba mea formosa mea veni jam enim hyems abiit et recessit flores apparuerunt in terra nostra tempus putationis advenit. *Re.* Specie tua.[4] ℣*sus* Adjuvabit eam. *Oratio ut supra. Ad nonam aña.* Mater pia. *ps̄.* Mirabilia *Capitulum.* Veni columba mea in foraminibus petre in caverna macerie ostende michi faciem tuam sonet vox tua in auribus meis vox enim tua dulcis est et facies tua decora. *Re.* Adjuvabit eam.[4] *versus.* Elegit eam deus. *Oratio ut supra. Ad secundas vesperas. añ.* Scandit. *ps̄.* Dixit dominus. *Et ceteri psalmi de sancta maria cum ceteris antiphonis de laudibus. Cap.* Ego mater. *Re.* Regalis stirps. *Hymnus* O salutaris. ℣ Elegit eam deus. *añ.* Exultat virgo virginum in deo salutari confortans semen abrahe gratia singulari quod patribus promissum est fide regulari verbum de celo missum est radio solari. *In tempore pasche.* alleluya. *ps̄.* Magnificat. *Memoria ut contingit. Completorium ut supra post primas vesperas.*

Ad[5] *missam.* *Officium.*

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore marie virginis de cujus visitatione gaudent angeli et collaudent filium dei. *In tempore pasche.* alleluya *ps̄.* Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. *Oratio.*

Deus qui sacratissimam virginem mariam unigeniti tui matrem mutue consolationis gratia beatam elezabeth visitare fecisti. concede propicius nobis famulis tuis ut ex ejus visitationibus assidue consolemur. et a cunctis adversitatibus tuo munimine protegamur. Per eundem. *Memoria ut contingit. Epistola.* Lectio libri sapientie. *Canticorum secundo.*

Ego flos campi et lilium convallium sicut lilium inter spinas. sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna silvarum. sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius quem desiderabam sedi. Et fructus ejus dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellam vinariam ordinavit in me caritatem. En dilectus meus loquitur michi. Surge propera amica mea. columba mea. formosa mea et veni. Jam enim hyems transiit ymber abiit et recessit flores apparuerunt in terra nostra[6] ficus protulit grossos suos. vinee florentes odorem dederunt. Surge propera amica mea. columba mea in foraminibus petre in caverna macerie ostende michi faciem tuam sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis. et facies tua decora. *Gradale.* Benedicta et venerabilis. *ut in commemoratione post festum trinitatis. Si in quadragesima evenerit. Tractus.* Magnificat anima mea dominum deum patrem in excelsis. ℣ Et exultavit spiritus meus in deo Jesu

[1] *contingat: S2.*
[2] '*cum* all'a' add S2.
[3] '*etiam ad hor.*' *om. S2.*
[4] 'cum *all'a*' add S2.

[5] Officium hoc omne quod sequitur om. Si. S2.
[6] 'tempus putationis advenit. vox turturis audita est in terra nostra.' add L.

Digitized by Google

salutari meo. ℣ Quia paraclitus respexit humilitatem ancille sue ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. *Versus* Dei ergo genitrix beata virgo maria intercede pro nobis. *Vel ille sequens tractus dicatur si placet.* ℣*sus* Visitante me virgine maria visitat nos oriens ex alto. *Versus* Visitante te virgine maria. visitat nos deus in salutari suo. ℣*sus* Visitante te virgine maria visionem speramus perpetuam. ℣ Visitatrix ergo nostra fac nos tantam videre gloriam. *In tempore paschali.* Alleluya. *Versus* Mater mirifica summa per gratiam dona multiplica ditans ecclesiam sacris virtutibus tollens dissidium. confer petentibus tuum presidium. *ij.* Alleluya. ℣*sus* Surgens dominus et occurrens mulienbus *etc. Ut in feria quinta ebdomade pasche. vel si placet ij.* Alleluya. *ut sequitur.* Alleluya. ℣*sus* Mariam matrem. Sic creditur Jesus salutasse. salve sancta parens, cum virginem visitavit a mortuis resurgens. *Sequentia.*

Celebremus in hac die festum domus zacharie laudibus leticie. Contemplemur ibi gestum et de festo fiat festum jam domus ecclesie. Thema jam solennitatis copiose caritatis gratia recolitur. Quam elezabeth beata senectute fecundata suscepisse scribitur. Orbis totus gratuletur corde toto veneretur dulcis visitatio. Compassivi cordis benignitas excessivi status humilitas sacra consolatio. In introitu marie prolem matrem prophetie spiritus illuminat. Confortata gemitum roborata debitum felix parens terminat. Ergo festi hanc auctricem lauda dei genitricem syon ex precordiis. Quicquid dicas de benigna minus est a laude digna debitis preconiis. Visitatrix in montanis visitatrix in hiis planis sis matris ecclesie. Medicina christiana quod non valet vis humana fiat dono gratie. Benedicta mulierum sydus maris lumen verum mestum consolare clerum. populum iradia. Benedicto ventris tui fructu dona nobis frui sicque simus semper sui in perenni gloria. Amen.

Evangelium secundum Lucam.

In illo tempore exurgens maria abiit in montana cum festinatione in civitatem juda : et intravit in domum zacharie et salutavit elizabeth. Et factum est ut audivit salutationem marie elezabeth, exultavit infans in utero ejus. Et repleta est spiritu sancto elizabeth, et exclamavit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus ventris tui. Et unde hoc michi ut veniat mater domini mei ad me. Ecce enim ut facta est vox salutationis tue in auribus meis exultavit in gaudio infans in utero meo. Et beata que credidisti, quoniam perficientur in te ea que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria Magnificat: anima mea dominum: Et exultavit spiritus meus in deo salutari meo. Credo in unum deum. *Officium.* Ave maria gratia plena dominus tecum : benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. *In temporale paschali* Alleluya. *Secreta.*

Ecclesie tue quesumus domine oblationem propicius intuere et intercedente gloriosa virgine dei genitrice maria, unitatis ac pacis eidem semper dona concede. Per eundem dominum nostrum Jesum Christum filium tuum qui tecum. *etc. Prefatio.* Et te in visitatione. *Communio.* Beata viscera marie virginis que portaverunt eterni patris filium. *In tempore pasche.* Alleluya. *Postcommunio. Oratio.*

Deus qui mediante beata virgine maria mundo succurristi perdito. ipsius gloriosis meritis et precibus intervenientibus concede placatus. ut ab ecclesie tue regno omni scandalorum perturbatione remota in tua semper pace tibi debite famuletur. Qui vivis et regnas cum deo patre in unitate spiritus sancti deus Per omnia secula seculorum. Amen.

Digitized by Google

APPENDIX III.

FESTA TRANSFIGURATIONIS ET NOMINIS JESU.

753

Festum[1] *transfigurationis domini celebratur octavo Idus augusti. Ad primas vesperas. antiphona.* Assumpsit Jesus discipulos et ascendit in montem et transfiguratus est ante eos. *ps̄.* Laudate pueri. *añ.* Dum transfiguraretur Jesus moyses et helyas cum domino loquentes discipulis apparuerunt. *ps̄.* Laudate dominum omnes gentes. *añ.* Tunc petrus dixit ad Jesum domine si vis faciamus hic tria tabernacula tibi unum moysi unum : et helye unum. *ps̄.* Lauda anima mea. *añ.* Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbravit eos. *ps̄.* Laudate dominum quoniam. *añ.* De qua vox insonuit. Hic est filius meus dilectus in quo michi complacui ipsum audite. *ps̄.* Lauda hierusalem. *Capitulum.* Salvatorem expectamus dominum nostrum Jesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue secundum operationem qua possit et subjicere sibi omnia. *Re.* Assumens Jesus petrum et jacobum et joannem fratrem ejus. In montem excelsum cum eis seorsum ascendit: ibi se transfigurans sue glorie claritatem eis ostendit. ℣ Ne videntes ejus passionem turbarentur : sed fortiori soliditate firmarentur In montem. Gloria. In. *hymnus.*

[1] *Verba a 'Festum' usque ad 'augusti' om. S. et in eorum vice legas 'Transfiguratio Jesu Christi domini nostri.'*

[2] *R*ememoranda : S.

754

Celestis formam glorie quam spes querit ecclesie in monte christus indicat : et supra solem emicat. *R*es memoranda[2] seculis, hic cum tribus discipulis : cum moyse et helya, grata promit eloquia. *A*ssistunt testes gratie, legis atque prophetie : de nube testimonium sonat patris ad filium. *G*lorificata facie, Christus declarat hodie : quis sit honor credentium, deo patre[3] fruentium. *V*isionis mysterium, corda levat fidelium : unde solenni gaudio, clamat nostra devotio. *P*ater cum unigenito, et spiritu paraclito: unus nobis hanc gloriam, largire per presentiam. ℣ Adoremus patrem et filium cum sancto spiritu. *Re.* Regnantem in majestate sua. *añ.* Visionem quam vidistis nemini dixeritis donec filius hominis resurgat a mortuis. *ps̄.* Mag. Deus qui nos sacrum transfigurationis tue diem devotis hodie laudibus preire concedis : tribue nobis quesumus ad tue divinitatis contemplationem pertingere qui nostre humanitatis dignatus es fieri particeps. Qui vivis et regnas cum deo patre in unitate spiritus sancti deus Per omnia secula seculorum[4] amen. *Memoria*[5] *de martyribus sixto felicissimo*[6] *agapito. Oratio.* Deus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum : sixti : felicissimi et agapiti natalicia colere da

[3] pro 'patre' pie : S.

[4] 'seculorum' om. S.

[5] '*sub silentio*' *add* S.

[6] '*et*' *add* N.S.

Digitized by Google

nobis quesumus in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per. *Ad matut. Invit.* Christum regem regum hodie transfiguratum Venite adoremus dominum. *ps.* Venite. *hymnus.*

O sator rerum reparator evi Christe rex regum metuende censor ad [1] preces nostras pariterque laudes aspice gratis. Noctis incursu tibi vota laudum pangimus presta tibi sint ut apta nosque concentu refove perennis luminis auctor. Inter helyam moysenque [2] vates ut jubar solis facie refulgens candida veste nimis [3] instar albe: tu micuisti. Tu dei patris patre teste proles cum sis sanctorum decus angelorum tu salus mundi via vita virtus crederis esse. Gloria virtus sit tibi creator cuncta qui solus retinens gubernans in throno regni sine fine regnans trinus et unus amen. *In primo nocturno an.* Hodie dominus Jesus Christus facie ut sol in monte resplenduit ac vestimentis tanquam nix candidus emicuit. *ps.* Domini est terra. *an.* Ecce nubes lucida obumbravit eos paterna vox audita est: hic est filius meus. *ps.* Afferte domino. *an.* Petrus et qui cum illo presentes erant a [4] Christo letificati viderunt gloriam dei. *ps.* Dominus noster refugium. ℣ Celi aperti sunt super eum. *Re.* Et vox patris intonuit hic est filius meus dilectus. *Lectio j.*

Petrus ad predicationem mortis dominice scandalizatus sententia domini fuerat increpatus: provocati disciputi ut abnegarent se et tollerent crucem suam: et morientem [5] animo sequerentur magistrum. Grandis terror audientium: et qui posset principi apostolo: perpetuo etiam aliis metum inferre [6]: idcirco tristibus leta succedunt: et dicit. Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis. Times [7] mortem audi gloriam triumphantis. Vereris crucem: ausculta angelorum mysteria. Et tunc inquit reddet unicuique secundum opera ejus. Non est distinctio judei et ethnici viri et mulieris pauperum et divitum. Ubi non persone sed opera considerantur. *Re.* Assumptis hodie dominus Jesus tribus discipulis in [8] montem ut oraret subiit excelsum solusque orans coram eis transfiguratus est: faciesque ejus ut sol resplenduit. Ac vestimenta ejus ut nix facta sunt candida. ℣ Ut autem testimonium haberet [9] a lege et prophetis hincinde cum eo moyses et helyas visi sunt in majestate. Ac. *Lectio ij.*

Amen dico vobis sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem: donec videant filium hominis venientem in regno suo. Terrorem apostolorum spe medicari voluerat promissorum [10] dicens. Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis. Insuper auctoritate judicis addita judicium addidit et reddet unicuique secundum opera sua. Poterat apostolorum tacita cogitatio istiusmodi scandalum sustinere. Occisionem et mortem nunc dicis esse venturam: quod autem promittis te affuturum in gloria patris cum angelorum ministeriis et judicis potestate: hoc in dies [11] erit: et in tempora longa differtur. Previdens ergo occultorum conditor quod [12] possent objicere: presentem timorem presenti compensat premio. Quid [13] enim dicitur? Sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis

[1] pro 'ad' et: S.
[2] moysem: N.
[3] nivis: N.S.
[4] 'a' om. S.
[5] morientium: S.
[6] inserere: S.
[7] Timens: S.
[8] 'in' om. S.
[9] haberent: S.
[10] promissorium: N.
[11] indies: S.
[12] quid: N.S.
[13] Qui: S.

Digitized by Google

venientem in regno suo. Ut qualis venturus sit postea : ob incredulitatem nostram in presenti tempore demonstretur. *Re.* Coram tribus discipulis transfiguratus dominus moyse et helya. Hincinde secum loquentibus ostendit se in majestate. ℣ Ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Hincinde.

Et post dies sex assumpsit Jesus petrum et jacobum et johannem fratrem ejus. [*Lec. iij.* Quare petrus et jacobus et johannes in quibusdam evangeliorum locis separantur a ceteris : aut quid privilegii habeant extra alios apostolos : crebro diximus. Nunc queritur quomodo post dies sex assumpserit[1] eos : et duxerit in montem excelsum cum lucas evangelista octonarium numerum ponat? Sed facilis responsio est : quia hic medii ponuntur dies : ibi primus additur et extremus. Non enim dicitur. Post dies octo assumpsit Jesus petrum jacobum et johannem : sed die octava. Et duxit eos in montem excelsum seorsum. Ducere ad montana discipulos : pars regni est. Dicuntur[2] seorsum quia multi vocati pauci electi. Et transfiguratus est ante eos : id est[3] qualis futurus est tempore judicandi : talis apostolis apparuit. *Re.* Primogenitus prodii ex ore patris : feci ut oriretur lumen in terris Ego in altissimis habitavi : et thronus meus in columna nubis. ℣ Priusquam montes fierent aut formarentur[4] orbis terre a seculo et in seculum. Ego. Gloria. Ego. *In secundo nocturno añ.* Respondens petrus ait ad Jesum domine si vis faciamus hic tria tabernacula. *ps̄.* Omnes gentes. *añ.* Accedentes discipuli ad dominum Jesum patris vocem timentes ceciderunt in facies suas. *ps̄.* Magnus deus.[5] *añ.* Ante duos vates tresque discipulos apparuit Jesus Christus ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. *ps̄.* Quam dilecta. ℣ Adorate dominum. *Re.* In aula sancta ejus.

Quod autem dicit : transfiguratus est ante eos. [*Lec. iiij.* Nemo putet pristinam eum formam et faciem perdidisse vel amisisse corporis veritatem : et assumpsisse corpus spirituale vel aereum : sed quomodo transformatus sit evangelista demonstrat dicens. Et resplenduit facies ejus sicut sol : vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Ubi splendor faciei ostenditur : et candor describitur vestium : non[6] substantia tollitur sed gloria comitatur. Resplenduit facies ejus sicut sol. Certe transformatus est dominus in eam gloriam qua venturus est postea in regno suo. Transformatio splendorem addidit : faciem non subtraxit. Et si corpus spirituale fuerit : num[7] et vestimenta mutata sunt : que in tantum fuere candida : ut alius evangelista dixerit : qualia fullo super terram non potest facere. *Re.* Claruit magnitudo dei et virtus apparuit discipulis. Quoniam sic voluit transfigurari excelsus dominus ut in ipsa claritate ostenderet majestatem. ℣ Assumpsit Jesus tres discipulos suos in montem et facta est coram eis facies sicut sol vestimenta ejus sicut nix. Quoniam. *Lectio v.*

Et ecce apparuit illis moyses et helyas cum eo loquentes : scribis[8] et phariseis tentantibus eum : et de celo signa poscentibus dare noluit : sed pravam postulationem confutavit responsione prudenti. Hic vero ut apostolorum augeat fidem dat signum de celo. Helya inde descendente quo conscenderat : et moyse ab inferis resurgente. Quod et achaz[9] per esaiam precipitur : ut petat sibi signum de excelso : vel de inferno. Nam quod dictum est :

[1] assumpserat : S. [2] Ducuntur : N.S. [3] 'id est' om. S.
[4] formaretur : N. [5] dominus : N. [6] pro 'non' nisi : S.
[7] pro 'num' non : S. [8] pro 'scribis' Scribis: N. [9] acham : S.

Digitized by Google

apparuit illis moyses et helyas cum illo loquentes. Et in alio refertur evangelio : quod [1] nunciassent ei quod hierosolymis passurus esset : lex ostendit et prophete quia et passionem domini et resurrectionem crebris vocibus nunciarunt. *Re.* Hodie in monte transfigurato domino aperti sunt celi et nubes preclara super eum descendit : et vox patris intonuit. Hic est filius meus dilectus in quo michi complacui. ℣ Intonuit de celo dominus : et altissimus super attonitos dedit vocem suam in nube tonantem.[2] *Lectio vj.*

Respondens autem petrus dixit ad Jesum. Domine bonum est nos hic esse. Qui ad montana conscenderat : non vult ad terrena descendere : sed semper in sublimibus perseverare. Si vis faciamus hic tria tabernacula : tibi unum moysi unum et helye unum. Erras petre : sicut et alius evangelista testatur : nescisque quid dicas. Noli tria tabernacula querere : cum unum sit tabernaculum evangelii in quo lex et prophete recapitulandi sunt. Si autem queris tria tabernacula : nequaquam servos cum domino conferas : sed fac tria tabernacula : immo unum patri et filio et spiritui sancto : ut quorum est una divinitas : unum sit et in pectore tuo tabernaculum. *Re.* Discipuli Christi nubis lucide splendore obumbrati : voceque [3] dei patris de nube clamantis perturbati. In faciem cecidere. ℣ Tante tamque reverende visionis novitatem non ferentes.[4] *In tertio nocturno añ.* Celi aperti sunt super eum : et vox patris audita est: hic est filius meus dilectus : hunc audite. *ps̄.* Dominus regnavit exultet. *añ.* Vox de celo sonuit : et vox patris audita est. Hic [5] est filius meus: in quo michi bene complacui. ipsum audite. *ps̄.* Cantate (*j.*) *anti.* Visionem quam vidistis nemini dixeritis : donec filius hominis resurgat a mortuis. *ps̄.* Dominus regnavit irascantur. ℣ Domine miserere nostri. *Re.* Intonuit de celo dominus. *lectio vij. secundum matheum.*

In illo tempore Assumpsit Jesus petrum et johannem et jacobum fratrem ejus et duxit illos in montem excelsum seorsum. Et reliqua.

Omelia beati leonis pape. *l. vij.*

Quoniam evangelica lectio dilectissimi que per aures corporis introiit: in interiorem mentium nostrarum auditum ad magni sacramenti nos [6] intelligentiam vocat : subtiliter eam indagare laboremus. Quam ut [7] aspirante gratia dei facilius assequamur: nos [8] considerationem nostram ad ea que paulo superius sunt narrata referamus. Salvator enim humani generis Christus deus condens eam fidem que impios ad justiciam revocat et mortuos provocat ad vitam ad hoc discipulos suos doctrine monitis et operum miraculis imbuebat ut idem et unigenitus dei et filius hominis crederetur. non unum horum sine alio proderat ad salutem. Et equalis erat periculi dominum Jesum Christum aut tantummodo sine homine deum aut sine deo solum hominem credidisse cum utrumque esset pariter confitendum. Quia sicut deo vera humanitas ita homini inerat vera divinitas. *Re.* Hodie pater de celis testificatus est filium. quo audito discipuli timuerunt valde prostratique sunt ad vocem dicentem Hic est filius meus in quo michi bene complacui. ℣ Celi aperti sunt super eum et vox patris audita est. Hic. *l. viij.*

[1] 'hi' add S.
[2] 'Hic' add N. 'Hic est filius meus dilectus' add S.
[3] pro 'voceque' voce si : S.
[4] 'In' add N. 'In faciem' add S.
[5] pro 'Hic' hic : N.
[6] 'nos' om. S.
[7] pro 'ut' quoniam : S.
[8] pro 'nos' si: S.

Digitized by Google

Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbravit eos et vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui : ipsum audite. Quia imprudenter interrogaverat propterea domini responsionem[1] non meretur sed pater respondet pro filio ut verbum domini compleretur. Ego testimonium non dico de me sed pater qui me misit ipse pro me dicit testimonium. Nubes autem videtur lucida et obumbrat eos : ut qui carnale in frondibus aut tentoriis querebant tabernaculum, nubis lucide operirentur umbraculo. Vox quoque de celo patris loquentis auditur : que testimonium perhibebat[2] filio. et petri[3] errore sublato doceat[4] veritatem immo nos[5] per[6] petrum ceterosque apostolos. Hic est ait filius meus dilectus Huic fiendum est tabernaculum huic obtemperandum. Hic est filius. illi servi sunt moyses et helias. debent et ipsi nobiscum in penetrabilibus[7] cordis sui domino tabernaculum preparare. *Re.* Descendentibus illis de monte. Precepit Jesus dicens : nemini dixeritis visionem quam vidistis : donec filius hominis a mortuis resurgat. ℣ Ne mors ejus aliquo modo impediretur: si hec visio statim in populos divulgaretur. Precepit. *lectio ix.*

Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam. et[8] timuerunt valde. Triplicem ob causam pavore terrentur. Vel quia se errasse cognoverant : vel quia nubes lucida operuerat eos aut quia dei patris vocem loquentem audierant. Humana fragilitas conspectum majoris glorie formidat : et ferre non sustinens : ac toto animo et corpore contremiscens ad terram cadit quanto quis ampliora quesierit : tanto magis ad inferiora collabitur si ignoraverit mensuram suam. Et accessit Jesus et tetigit eos. Quia illi jacebant et surgere non poterant : ipse clementer accedit et tangit eos : ut tactu fuget timorem : et debilitata membra solidentur. Dixitque eis Surgite et nolite timere Quos manu sanaverat : sanat imperio. Nolite timere. Primum timor expellitur : ut postea doctrina tribuatur. Levantes autem oculos suos : neminem viderunt nisi solum Jesum. Rationabiliter postquam surrexerant : non vident nisi solum Jesum : ne si moyses et helyas perseverassent cum domino : patris vox videretur incerta : cui potissimum daret testimonium. Vident ergo Jesum stantem ablata nube, et moysem et helyam evanuisse. Quia postquam legis et prophetarum umbra discesserat : que velamento suo apostolos texerat : verum lumen in evangelio reperitur. Et descendentibus illis de monte precepit illis Jesus dicens. Nemini dixeritis visionem donec filius hominis a mortuis resurgat. Futuri regni premeditatio: et gloria triumphantis demonstrata fuerat in monte. Non vult ergo[9] in populo predicari ne et incredibile esset rei magnitudine : et post tantam gloriam apud rudes animos sequens crux scandalum faceret. *Re.* Videns petrus moysem[10] et helyam in gloria et Jesum in medio eorum ut solem virtute fulgentem ait. Domine bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula tibi unum moysi unum et helye unum. ℣ Petrus vero et qui cum illo erant valde letificati viderunt majestatem domini et eos gloriosos hinc inde cum illo et ait ad Jesum petrus Domine. Gloria. Si. ℣ Adoremus patrem et filium cum sancto spiritu. *Re.* Regnantem in majestate sua. *In laudibus antiphona.*

[1] rationem : S. [2] perhibeat : S. [3] petrum : N.S.
[4] docebat : N. [5] 'nos' om. S. [6] 'per' om. N.
[7] penetralibus: N. [8] 'et' om.: S. [9] 'hoc' add S. [10] moysen : N.

Accessit Jesus et divine vocis pavore prostratos tetigit discipulos suos dicens surgite et nolite timere. *ps̄.* Dominus regnavit. *an̄.* Jesus ad discipulos jacentes accessit : tetigit surgere precepit ne timerent dixit eis qui surgentes preter Jesum neminem viderunt. *ps̄.* Jubilate. *an̄.* Ut testimonium haberet a lege et a prophetis in medio moysi et helye transfiguratus apparuit Jesus. *ps̄.* Deus deus meus. *an̄.* Lex per moysem[1] signata est: et prophetie per helyam qui in majestate visi sunt cum domino fulgentes in monte et loquentes. *ps̄.* Benedicite. *an̄.* Descendentibus illis de monte precepit Jesus dicens : nemini dixeritis visionem donec a mortuis filius hominis resurgat. *ps̄.* Laudate dominum. *Cap.* Salvatorem. *Hymnus.*

O nata lux de lumine Jesu redemptor seculi dignare clemens supplicum laudes precesque sumere. *Q*ui carne quondam contegi dignatus es pro perditis nos membra confer effici tui beati corporis. *P*re[2] sole vultu flameus[3] ut nix amictu candidus in monte dignis testibus apparuisti[4] conditor. *V*ates alumnis additos tuis alumnis conferens utrisque te divinitus deum dedisti cedere.[5] *T*e vox paterna celitus suum vocavit filium : quem nos fideli pectore regem fatemur glorie. *C*oncede nobis quesumus almis micare moribus ut ad polorum gaudia bonis vehamur actibus. *L*audes tibi nos pangimus eterne regum rex deus : qui es trinus et unus deus per cuncta regnans secula. Amen. ℣ Sit nomen domini. *Re.* Ex hoc nunc. *an̄.* Tribus discipulis de ejus morte turbatis ne de sibi predicta resurrectione dubitarent transfiguratus dominus gloriam quam predixerat ostendit. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.*

Deus qui unigenitum tuum hodierna die mirabiliter transfiguratum celitus utriusque testamenti patribus revelasti : da nobis quesumus beneplacitis tibi actibus ad ejus semper contemplandam pertingere gloriam : in quo tue paternitati optime complacuisse testatus es. Per eundem. *Ad primam an̄.* Accessit. *ps̄.* Deus in nomine. *Ad tertiam an̄.* Jesus. *ps̄.* Legem pone. *Cap.* Salvatorem. *Re.* Adoremus patrem et filium cum sancto spiritu All'a all'a. ℣ Regnantem in majestate sua. All'a. ℣ Dies sanctificatus. *Ad sextam an̄.* Ut testimonium. *ps̄.* Defecit. *Capitulum.*

Notam fecimus vobis domini nostri Jesu Christi virtutem et prescientiam : speculatores facti illius magnitudinis. *Re.* Dies sanctificatus illuxit nobis All'a all'a. ℣ Venite gentes et adorate dominum All'a. ℣ Adorate dominum. *Ad nonam an̄.* Descendentibus. *ps̄.* Mirabilia. *Cap.*

Accepit dominus Jesus a deo patre honorem et gloriam voce delapsa hujuscemodi ad eum a magnifica gloria. Hic est filius meus : in quo michi complacui. *Re.* Adoremus dominum All'a all'a. ℣ In aula sancta ejus All'a. ℣ Adorate deum. *Re.* Omnes angeli ejus. *Secunde vespere erunt de festo dulcissimi nominis Jesu quod celebratur septimo idus augusti : festum majus duplex.*[6] *Ad primas vesperas super psalmos. an̄.*

[1] moysen : N.
[2] *P*ro : S.
[3] flammeus : N.S.
[4] apparuisse : N.
[5] credere : S.
[6] *Hanc rubricam om.* S. *et in ejus vice legit* '*Ad secundas vesperas an̄.* Accessit Jesus. *ps̄.* Dixit dominus. *ps̄.* Confitebor. *ps̄.* Beatus vir. *ps̄.* Laudate pueri dominum. *ps.* In exitu israel. *Cap.* Salvatorem. *Re.* Confirmandis et ad veri cultus scientiam provehendis discipulis Moyses et helyas cum domino loquentes apparuere. ℣ Quoniam Christi evangelium a lege et prophetis testimonium constat habere. Moyses. Gloria. *Hym.* O nata lux. ℣ Adoremus patrem. *Re.* Regnantem. *an̄.* Hodie ad patris vocem transfigurato domino moyses et helyas affuerunt splendidi excessum ejus quem completurus

Digitized by Google

A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen domini Jesu benedictum all'a. *ps̄.* Laudate pueri. *añ.* Omnis enim quicunque invocaverit nomen domini : salvus erit all'a. *ps̄.* Dilexi. *añ.* Dirupisti domine vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis et nomen tuum[1] invocabo all'a. *ps̄.* Credidi. *añ.* Illuc enim[2] ascenderunt tribus tribus domini testimonium israel ad confitendum nomini domini all'a. *ps̄.* Letatus sum. *añ.* In conspectu angelorum psallam tibi[3] adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo domine all'a. *ps̄.* Confitebor.

Humiliavit semetipsum [(*iiij.*[4]) *Cap.* dominus Jesus factus obediens usque ad mortem : mortem autem crucis : propter quod et deus exaltavit illum : et donavit illi nomen : quod est super omne nomen : ut in nomine Jesu omne genu flectatur : celestium terrestrium et infernorum. *Re.* Magnificate dominum mecum . et exaltemus nomen ejus in idipsum. Quia in eo letabitur cor nostrum. Et in nomine sancto ejus sperabimus. ℣ Narrate omnia mirabilia ejus laudamini in nomine sancto ejus. Quia Gloria. Et in nomine.

Exultet cor precordiis [*Hymnus.* sonante Jesu nomine precellit in deliciis omni plenum dulcedine. Nomen confortans miseros Jesus qui sanat scelera : nomen deterrens inferos. nomen fugans mortifera. Nomen sonans suaviter in metro prosa carmine : quod levat nos alacriter mulcens suo solamine. Nomen excelsum resonet Jesus in ore omnium : et cor cum voce consonet : ut sanet omne vicium. Jesu salus peccantium: adesto nostris precibus: sis director errantium : et parce nostris actibus. Nomen tuum nos muniat preservans a periculis : et in bonis perficiat amotis culpe maculis. Tibi Christe sit gloria fulgens hoc sacro nomine : honor tuus sit latria Jesu benigne domine. Gloria tibi domine qui natus es. ℣ Omnis terra adoret te deus et psallat tibi. *Re.* Psalmum dicat nomini tuo domine. *añ.* Ego autem in domino gaudebo et exultabo in deo Jesu meo quia fecit michi magna qui potens est et sanctum nomen ejus. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

Deus qui gloriosissimum nomen Jesu Christi unigeniti filii tui fecisti fidelibus tuis summo suavitatis affectu amabile et malignis spiritibus tremendum atque terribile concede propicius : ut omnes qui hoc nomen Jesu devote venerantur in terris sancte consolationis dulcedinem in presenti percipiant[5] : et in futuro gaudium exultationis et interminabilis jubilationis obtineant. per eundem.[6] *Deinde fiat solennis memoria de transfiguratione. añ.* Hodie ad patris vocem[7] transfigurato domino moyses et helyas affuerunt splendidi excessum ejus quem completurus erat loquentes. ℣ Adoremus patrem et filium. *or̄.* Deus qui unigenitum. *Ad completorium añ.* Miserere mihi domine secundum judicium diligentium nomen tuum. *ps̄.* Cum invocarem. *Cap.* Tu in nobis. *Hymnus.*[8]

Alma chorus domini nunc pangat nomina summi. Messias sother emanuel sabaoth adonay. Est unigenitus via vita manus homousyon.

erat loquentes. *ps̄.* Magn. *Or̄o.* Deus qui hodierna.

Hic etiam apud S. inseritur servitium de festo sanctorum martyrum Sixti pape &c. Vide supra, col. 453.

'☾ *Festum dulcissimi nominis Jesu fiat septimo idus augusti: festum majus duplex octa.* (?) *cum regimine chori.*' *add S.*

[1] pro 'tuum' domini : N.

[2] 'enim' om. S.

[3] 'tibi' add N.

[4] '*iiij.*' *om.* S.

[5] precipiant : S.

[6] 'eundem' om. N.

[7] Verba a 'vocem' usque ad 'loquentes' om. S.

[8] *pro 'Hymnus' sequentia:* N.

Digitized by Google

*P*rincipium primogenitus sapientia virtus. *A*lpha caput finisque simul vocitatur et est o. *F*ons et origo boni paraclytus ac mediator. *A*gnus ovis vitulus serpens aries leo vermis. *O*s verbum splendor sol gloria lux et imago *P*anis flos vitis mons janua petra lapisque. *A*ngelus et sponsus pastorque propheta sacerdos. *A*thanathos kyrios[1] theos panton craton et ysus.[2] *H*ominibus[3] his *S*ignatur Jesus. *S*int domino laudes amen. ℣ Custodi nos domine.[4] *Añ.* O rex gloriose inter sanctos tuos qui semper es laudabilis et tamen ineffabilis tu in nobis domine et nomen tuum invocatum est super nos ne derelinquas nos deus noster ut in die judicii nos collocare digneris inter sanctos et electos tuos rex benedicte. *ps̄.* Nunc dimittis. *Hoc completorium non mutabitur per octavam quando de octava agitur. Ad matutinas Invitat.* Honoremus exaltemus nomen Jesu nobile Exultemus jubilemus est summe diligibile. *ps̄.* Venite. *hymnus.*

*J*esu dulcis memoria dans vera cordis gaudia sed super mel et omnia dulcis ejus presentia. *N*il canitur suavius auditur nil jocundius : nil cogitatur dulcius quam Jesus dei filius. *J*esu spes penitentibus quam pius es petentibus quam bonus te querentibus : sed quidem invenientibus. *J*esu dulcedo cordium : fons vite : lumen mentium. excedis omne gaudium et omne desiderium. *N*ec lingua potest dicere : nec littera exprimere : expertus novit credere: quid sit Jesum diligere. *J*esu rex admirabilis et triumphator nobilis : dulcedo ineffabilis, totus desiderabilis. *M*ane nobiscum domine nos tuo replens lumine pulsa noctis caligine : tua pasce dulcedine. *G*loria tibi domine. *In primo nocturno*

añ. Hi in curribus et hi in equis : nos autem in nomine domini dei nostri invocabimus. *ps̄.* Exaudiat te dominus.[5] *añ.* Memor ero nominis tui domine in omni generatione et generationem. *ps̄.* Eructavit. *añ.* Secundum nomen tuum Jesu domine sic et laus tua in fines terre. *ps̄.* Magnus dominus. ℣ Laudabo nomen dei cum cantico. *Re.* Et magnificabo eum in omni[6] laude. *Lec. j.*

*D*um festum festo succedit leta mens transfertur : et terra jubilat : diffusis gaudiis plenis honore. Heri celebravimus Jesum in celso montis vertice transfiguratum: hodie in imis terris humiliatum. Heri qualis apud patrem erat Jesus prodebat corporis sui candore : hodie celebramus quomodo latens divinitas operatur nostra sub humili natura sacramenta salutis. Heri quales erimus secundum spem suo ostendit splendore, hodie quales secundum fidem beato debemus vivere[7] more Heri suam nobis caritatem commendavit ad premium : hodie ministratur sua caritas ad meritum. Illa in patria : ista in via. Illa in gloria consummante : ista in doctrina cum gratia misericorditer cooperante. Provocat itaque sacra solennitas hujus dignissimi festi esse[8] repetenda justorum famosissima gesta et veteris ac nove sacratissima mysteria legis : ut sic eo gloriosior hujus appareat nominis institutio: quo dispar et inutilis invenitur comparatio omnis que non sub hujus Jesu nominis agatur cultu. *Re.* Tu es ipse rex meus et deus meus qui mandas salutes jacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. ℣ Exurge domine adjuva nos et redime nos propter nomen tuum. In te. *Lectio ij.*

[1] kyros : S.
[2] isus : N.
[3] *N*ominibus : N.
[4] '℣ Custodi nos dom.' om. N.

[5] domine : S.
[6] 'omni' om. S.
[7] vicere : S.
[8] 'esse' om. S.

Digitized by Google

In hac solennitate carissimi nostra spes tota erigitur fides augetur: caritas diffunditur: summe et individue trinitatis alma majestas magnifice commendatur. Et jubilantibus celestis curie ordinibus. in mentis excessu famulantur etherei cives. Rosei applaudunt martyres quia dum Jesus est in animo robur victores se inclytos noscunt. Et confessores candidi laudant cum canore jubilo dum Jesus ut mel dulcescit in ore. At dum melos suavis Jesus pulsat virgineas aures: filie hierusalem canentes cursitant: hymnidice gaudent: catervatim exultant et in simul[1] omnes primordia salutis dicentes Jesu nostra redemptio amor et desiderium. Hec est illa preclara festivitas quam patres diu suspirarunt longe ante predixerunt prophete: mystice significaverunt figure. At tandem ille paranymphus gabriel celestis nunciavit marie. Quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius dei et nomen ejus Jesus. *Re.* Salvos fac nos domine deus noster et congrega nos de nationibus. Ut confiteamur nomini tuo sancto et gloriemur in laude tua. ℣ Et sperent in te qui noverunt nomen tuum quoniam non dereliquisti querentes te domine. Ut. *Lectio iij.*

Jesus[2] fons vite signatus qui quattuor in rivos se diffundit per plateas Jesus a deo nobis factus est sapientia justicia sanctificatio atque redemptio. In predicatione sapientia: justicia in peccatorum absolutione in conversatione sanctificatio: in passione redemptio. Unde scriptum est Tres rivi fluxerunt a Jesu verbum doloris in quo confessio sanguis aspersionis in quo afflictio: aqua emundationis in qua compunctio designatur. Hoc est nomen quod Paulus portabat coram gentibus et regibus ut lucernam super candelabrum. Mirabile est enim ac suavissimum. Unde quidam ait. Si scribas: si conferas non sapit mihi nisi legero ibi Jesum. Si disputes aut conferas: non sapit mihi nisi sonuerit ibi Jesus. Jesus ergo nomen dulce et delectabile: nomen confortans peccatorem: et nomen beate spei. Ergo Jesu esto mihi Jesus. Ne pretereat nos hujus sacratissìmi nominis multa virtuositas. Hoc est nomen quod cecis contulit visum surdis auditum claudis gressum sermonem mutis vitam mortuis totamque diaboli potestatem de obsessis corporibus virtus hujus nominis effugavit. Nec profecto minoris excellentie et sublimitatis est quam virtutis. Unde scriptum est. Nomen salvatoris mei: fratris mei carnis mee: sanguinis mei. Nomen seculis absconditum sed in fine seculorum revelatum. Nomen mirabile nomen ineffabile: nomen inestimabile: immo eo mirabilius quam[3] inestimabile eo magis gratum quam[3] gratuitum. Hoc autem nomen impositum ei est[4] ab eterno: ab angelo et a patre joseph. Ab eterno: cum Jesus a potentia salvandi salvator interpretatur. Ab angelo cum ab habitu salvandi salvator dicitur: quod ei[5] convenit a sue conceptionis principio. A patre suo joseph hoc nomen impositum est cum ab actu passionis et nostre redemptionis future Jesus salvator appellatus est. Tu. *Re.* Osculetur me osculo oris sui[6] quia meliora sunt ubera tua vino fragrantia unguentis optimis Oleum effusum nomen tuum Ideo adolescentule dilexerunt te. ℣ Trahe me post te curremus simul in odorem unguentorum tuorum. Oleum. Gloria. Ideo. *In secundo nocturno añ.* Deus in nomine tuo salvum me fac et in virtute tua judica me. *ps. Ipsum.* *Añ.* Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi ut reddam vota mea de die in diem.

[1] insimul: N.S. [2] *Jesu*: S. [3] quo: N.S.
[4] est ei: N. [5] enim: S. [6] suis: S.

Digitized by Google

ps. Exaudi deus deprecationem. an. Sit nomen ejus benedictum in secula qui natus est de virgine maria. ps. Deus judicium. ℣ Benedic anima mea domino. *Re.* Et omnia que intra me sunt nomini sancto ejus. *Lectio quarta.*

Oleum effusum nomen tuum. Et proculdubio inter oleum et nomen sponsi nostri Jesu similitudo. Nec ociose spiritus sanctus alterutrum comparavit. Oleum lucet oleum pascit oleum ungit. Fovet ignem: nutrit carnem lenit dolorem. Oleum ergo lux cibus et medicina. Sic quidem nomen sponsi lucet predicatum: pascit recogitatum invocatum lenit et ungit. Unde putas aliunde in toto orbe tanta et tam subita lux fidei: quam de predicato Jesu nomine? In hujus nominis luce vocavit nos deus in admirabile lumen suum. Unde scriptum est. Fuistis aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Preterea est et cibus hoc nomen Jesus. An non totiens confortaris quotiens recordaris? Quid eque mentem cogitantis impinguat? Quid ita excecatos reparat sensus: virtutes roborat: bonos mores vegetat: castas fovet affectiones? Aridus est omnis anime cibus: si oleo isto non infundatur.[1] Insipidus est si non hoc sale condiatur. Jesus est mel in ore: in aure melos: in corde jubilus. *Re.* In semita judiciorum tuorum domine sustinuimus nomen tuum et memoriale tuum[2] in desiderio anime mee.[3] Anima mea desideravit te in nocte sed et spiritus meus in precordiis meis de mane vigilabo ad te. ℣ Vere tu es deus absconditus deus israel salvator. Anima. *Lec. quinta.*

Quod reliquum est prosequamur diximus nomen dei esse medicinam. Tristatur aliquis vestrum veniat in cor ejus[4] et inde saliat in

os: et ecce ad exortum nominis lumen nubilum omne diffugit redit serenum. Labitur quis in crimen currit insuper ad laqueum mortis desperando. nonne si invocet nomen vite confestim respirabit ad vitam Cui aliquando stetit ante faciem salvatoris nominis duricia[5] ut assolet cordis: ignavie torpor: rancor animi: languor accidie. Cui fons lachrimarum exhaustus invocato Jesu non continuo erupit uberior: fluxit suavior? Cui in periculis palpitanti[6] et trepidanti invocatum virtutis nomen non statim fiduciam prestitit et depulit metum? Dubiis estuanti et fluctuanti emicuit semper certitudo Adversis diffidenti jamjamque deficienti hoc invocato nomine nunquam defuit fortitudo. Denique scriptum est. Invoca me in die tribulationis: eruam te et honorificabis me. Nichil tam ire impetum cohibet: superbie tumorem sedat sanat livoris vulnus restringit luxurie fluxum: extinguit libidinis flammam: sitim temperat avaricie ac totius indecoris fugat pruriginem Nempe cum Jesum michi nomino hominem michi propono mitem et humilem corde, benignum sobrium: castum misericordem et omni denique honestate ac sanctitate conspicuum eundemque ipsum deum omnipotentem qui me suo exemplo sanet et roboret adjutorio. Hec omnia michi sonant cum sonuerit Jesus. Sumo michi itaque exempla de homine sed auxilium a potente. Illa tanquam pigmentarias species hoc unde acuam eas. Et facio confectionem cui similem medicorum nemo facere possit. *Re.* Obsecro autem vos fratres per nomen domini nostri Jesu Christi. Ut idipsum dicatis omnes et non sint in vobis scismata. ℣ Discedat ergo ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini. Ut. *Lectio sexta.*

[1] infundetur: S. [2] 'et memor. tuum' om. S. [3] 'mee' om. S.
[4] pro 'ejus' Jesus: S. [5] duritia: N. [6] palpiti: N.

Digitized by Google

Hoc tibi electuarium habes o anima mea reconditum in vasculo vocabuli hujus quod est Jesus: salutiferum certe quodque nulli unquam pesti tue inveniatur inefficax. Semper tibi in sinu sit: semper in manu et omnes tui in Jesum sensus dirigantur et actus. Ad hoc te invitat cum dixit. Pone me ut signaculum in corde tuo ut signaculum in brachio. Sic ergo habes unde et brachio medearis et cordi. Habes inquam in nomine Jesu unde tuos actus vel pravos corrigas vel minus perfectos adimpleas: unde tuos sensus ut serves ne corrumpantur aut si corrumpantur sanes. O quam pulcher es angelis tuis domine Jesu in forma dei: in die eternitatis tue in splendoribus sanctorum ante luciferum genitus splendor et figura substantie patris et quidem perpetuus minimeque fucatus candor vite eterne quam michi decorus es domine mi in ipsa hujus positione decoris eterni[1] ubi te exinanisti ubi naturalibus radiis lumen indeficiens exivisti: ibi caritas[2] magis emicuit: ibi caritas[3] plus effulsit: ibi amplius gratia radiavit. Quam clara michi oritur stella ex jacob: quam lucidus flos de radice jesse egrederis quam jocundum lumen in tenebris visitasti me oriens ex alto. Quam spectabilis et stupendus etiam virtutibus supernis in conceptu de virgine: in vite innocentia[4] in doctrine affluentia in choruscationibus miraculorum in revelationibus sacramentorum. Quam rutilans post occasum sol justicie de corde terre resurgis. quam formosus in stola[5] tua demum rex glorie in alta celorum te recipis. Quare non pro his omnibus omnia ossa mea dicent: domine quis similis tui? *Re.* Jesus nazarenus rex judeorum fili dei vivi miserere mei Jesu fili david miserere mei. Ut videam voluntatem dei Et visitem templum ejus. ℣ Aspice in me et miserere mei secundum judicium diligentium nomen tuum domine. Ut videam. Gloria. Ut. *In tertio nocturno añ.* Adjuva nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos et propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum. *ps̄.* Deus venerunt gentes. *añ.* Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo et glorificabo nomen tuum in eternum. *ps̄.* Inclina domine. *añ.* Afferte domino patrie gentium afferte domino gloriam et honorem afferte domino gloriam nomini ejus. *ps̄.* Cantate (*j.*) ℣ Non nobis domine non nobis. *Re.* Sed[6] nomini tuo da gloriam. *Secundum mattheum.*

In illo tempore Angelus [*lectio vij.* domini apparuit in somnis joseph dicens. Joseph fili david noli timere accipere mariam conjugem tuam. Et reliqua. *Omelia Origenis.*

Joseph mariam noluit traducere noluit eam diffamare: sed voluit eam occulte dimittere. Occulte eam a se[7] dimittere volebat sicut pius: sicut mansuetus: sicut misericors. Juste humilians se in omnibus cavebat et timebat sibimet illius ante sanctitatis conjunctionem adhibere. Idcirco dixit dimittam eam: et a me longe faciam eam: et a cognitione[8] mea. Major enim est ejus dignitas superexcellit ejus sanctitas: nec mee congruit dignitati. Hec autem eo cogitante: angelus domini per visum apparuit illi dicens Quare dubitas joseph? Quare imprudenter cogitas? Quare irrationabiliter meditaris: Deus est enim qui generatur? Quod enim nascetur ex ea de spiritu sancto est: quia scilicet hujus nativitatis cooperator spiritus sanctus est. Ille quidem est de quo scriptura pronunciavit[9] dicens Puer natus est nobis et

[1] etenim: N.S.
[2] 'charitas' add N.
[3] pietas: S.
[4] nocentia: S.
[5] stolla: N.
[6] 'in' add N.
[7] 'se' om. N.
[8] cogna: N.
[9] prenunciavit: N.

Digitized by Google

filius datus est nobis. Pariet inquit filium: et vocabis nomen ejus Jesum. Virgo generat: et tu joseph hunc genitum vocabis Jesum qui interpretatur salvator. · Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Vocabis inquit nomen ejus hoc quod ante fuit: quod ante secula nominatum est. Non tu ei impones nomen nec ex te ei vocabulum constitues: sed nomina et voca exultando Jesum id est salvatorem eum esse testare. *Re.* Ecce concipies et paries filium Et vocabitur nomen ejus Jesus. ℣ Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur: et dabit illi dominus deus sedem david patris ejus. Et vocabitur. *L. viij.*

Ex tempore Jesum cepisse salvare ne consideres sed etiam antiquissimum salvatorem. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Duo etenim per hoc verbum preclara designantur: quod et deus fuerit et dominus prius ante incarnationem Christus et quod populus ejus ab eo salvandus jam tunc annunciabatur. Et ideo dictum est. Ipse salvet populum suum a peccatis eorum ut vere deus. Dei enim est virtutum[1] a peccato salvare vel peccata dimittere. Juste ergo filius dei habens populum suum venit ut dictum est[2] ipsum liberare a peccatis atque salvare sive ex judeis sive ex gentibus. De quo ipse per prophetam jam fuerat elocutus dicens Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Pete a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terre. Ipse salvabit populum suum a peccatis eorum: sanguine videlicet suo cunctos redimens: morte sua de mortis eos liberans potestate. Ipse salvabit hoc est[3] salvator omnium hominum atque credentium: Hoc autem totum factum est. Quid totum? Hoc de unigeniti descensione. hoc de domini incarnatione: hoc porro de angeli ad virginem destinatione: hoc de ipsius virginis desponsatione et castitate: hoc de hujus sacratissimi Jesu nominis exaltatione: hoc enim totum factum est ad totius mundi salutem. Hoc autem totum factum est ut unum compleretur et unum consummaretur. Quid? Illud quod virgo genuit. quod virgo permansit: et intacta virgo perseveravit Ecce inquit virgo in utero concipiet et pariet filium. Pariet filium ad denuo reparandum adam ad inobedientiam eve per marie obedientiam excludendam. Ad erigendum jacentium genus quod per mulieris temerariam crudelitatem fuerat ante dejectum. *Re.* Cum appropinquasset Jesus hierosolymis turbe autem que precedebant et que sequebantur clamabant dicentes osanna filio david benedictus qui venit in nomine domini. Rex israel osanna in excelsis.[4] Domine salvum me fac o domine beneprosperare benedictus qui venit in[5] nomine domini. Rex israel.[6]

Et vocabunt nomen ejus emanuel: quod interpretatur nobiscum deus. Vocant nomen ejus prius angeli psallentes in ejus generatione atque gaudentes sicut deum omnium et regem pacis ad hominem venientem. Deinde apostoli unigeniti dei dominationem atque virtutem omnibus gentibus predicantes. Adhuc et sancti martyres contra ignes et gladios usque ad mortem resistentes Deinde cuncti credentes hocipsum nomen usque ad consummationem seculi memorantes atque laudantes. Et vocabunt nomen ejus emanuel quod interpretatur nobiscum deus. Qui vocabunt? nisi justi quorum vocabitur in terra nomen novum. Non sicut prius in figuris et in imaginibus: sed facie ad faciem apparentem nobiscum deus Abrahe patri credentium tribus horis temporis

[1] virtuti: N. [2] 'est' om. N. [3] 'est' om. N.
[4] '℣': N. [5] 'in' om. N. [6] *Lectio ix.*: N.

Digitized by Google

licet non per ipsam ineffabilem deitatis sue substantiam sed potius per angelicam speciem a meridie visus est. Nobis triginta tribus annis in terra apparuit : et cum hominibus conversari dignatus est Jacob brevi tempore per angelum nichilominus apparuit colluctans cum eo : quamquam se ab eo superari permisit [1] ut hunc mundum corde merito benediceret atque israel nominaret. Nobiscum deus amplius magisque pro nobis magnificum certamen adimplens et usque ad mortem accedens ut morte sua mortem occideret et benedictionem atque immortalitatem mundo corde populo condonaret. Qui fiducialiter dicit nobiscum deus. Per evangelistarum et apostolorum predicationem per sancti sui corporis sacramentum ; per gloriose crucis signaculum : per gloriosi nominis sui exaltationem. Per ista ergo omnia nobiscum deus. Ipsi honor et gloria in secula seculorum Amen.[2] Hec autem scripta sunt ut credatis quia Jesus est Christus filius dei : et ut credentes vitam habeatis. In nomine ejus.[3] Confitemini domino et invocate nomen ejus annunciate inter gentes opera ejus. Ut. Gloria. In.[4] Te deum.[5] Adjutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit celum et terram.[6]

Vocatum est nomen ejus Jesus quod vocatum est ab angelo priusquam in utero conciperetur all'a.[7] Dominus regnavit. *añ.* Laudate nomen domini nostri Jesu Christi quoniam suavis est ipse et in eternum misericordia ejus all'a. *ps̄.* Jubilate. *añ.* Benedicam te domine Jesu in vita mea et in nomine tuo levabo manus meus all'a. *ps̄.* Deus deus. *añ.* Justi tulerunt spolia impiorum et decantaverunt nomen tuum domine et victricem manum tuam laudaverunt pariter domine deus noster. *ps̄.* Benedicite. *añ.* Juvenes et virgines senes cum junioribus laudent nomen domini quia exaltatum est nomen ejus solius all'a. *ps̄.* Laudate. *Cap.*

Omnibus qui invocant nomen domini nostri Jesu Christi in omni loco ipsorum et nostro [8] gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino Jesu Christo. *Hymnus.*

Jesu auctor clementie totius spes leticie dulcoris fons et gratie vere cordis delicie. *J*esu decus angelicum in aure dulce canticum in ore mel mirificum in corde nectar celicum. *J*esu flos matris virginis: favus mire dulcedinis : decus humani generis da lucem veri luminis. *J*esu sole serenior et balsamo suavior omni dulcore dulcior pre cunctis amabilior. *J*esu summa benignitas mira cordis jocunditas : incomprehensa bonitas nos stringat tua caritas. *R*ex virtutum rex gloria rex insignis victorie : Jesu largitor gratie : honor celestis curie. *T*e celi chorus predicat et tuas laudes replicat Jesus orbem letificat : et nos deo pacificat. *G*loria tibi domine qui natus es de virgine. ℣ Sit nomen domini Jesu benedictum. *Re.* Ex hoc nunc et usque in seculum. *añ.* Joseph fili david noli timere accipere mariam conjugem tuam : quod enim in ea natum est de spiritu sancto est : pariet autem filium et vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. *ps̄.* Benedictus. *Oratio.* Deus qui gloriosissimum. *Ad primam añ.* Vocatum est. *Re.* Jesu Christe fili dei vivi miserere nobis.[9] ℣ Tu patris verbigena factus caro deum nobis homo placa deus et da veniam. *Ad tertiam añ.* Laudate. *ps̄.* Legem pone. *Cap.* Omnibus qui invocant. *Re.* Laudabo nomen dei cum cantico

[1] permansit : N. [2] *Re. : N.* [3] ℣ : N.
[4] *Ante Laud.* ℣ : N. [5] *Re. : N.* [6] *In Laud. aña. : N.*
[7] ℣ : S. [8] nostra : N. [9] 'Qui sedes ad dexteram patris' add N.

Digitized by Google

all'a all'a. ℣ Et magnificabo eum in laude all'a all'a. ℣ Benedic anima mea domino. *Re.* Et omnia que intra me sunt nomini sancto ejus. *Oro.* Deus qui gloriosissimum. *Ad sextam an.* Benedicam.[1] Defecit.

Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri Jesu Christi facite gratias agentes deo et patri per ipsum. *Re.* Benedic anima mea domino All'a. alleluya. ℣ Et omnia que intra me sunt nomini sancto ejus. Alleluya. ℣ Non nobis domine non nobis. *Re.* Sed nomini tuo da gloriam. *Ad nonam an.* Juvenes. *ps.* Mirabilia.[2]

Denunciamus autem vobis fratres in nomine domini nostri Jesu Christi ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. *Re.* Non nobis domine non nobis All'a all'a. ℣ Sed nomini tuo da gloriam. All'a. ℣ Sit nomen domini Jesu benedictum. *Re.* Ex hoc nunc. *Oratio.* Deus qui. *Ad secundas vesperas an.* Vocatum est. *Psalmi feriales. Capitulum.* Omnibus qui. *Re.* Hec autem scripta. *Hymnus* Exultet corpore. ℣ Omnis terra. *an.* Exurgens autem joseph a somno fecit sicut preceperat ei angelus domini et accepit conjugem suam et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum et vocavit nomen ejus Jesum all'a. *ps.* Magnificat. *Oratio* Deus qui gloriosissimum. *Memoria de sancto petro. an.* Petrus ad se reversus. ℣ Tu es petrus. *Oro.* Deus qui beatum petrum. *Memoria de sanctis martyribus. an.* Gaudent in celis. ℣ Euxultent. *Oro.*

Deus qui nos annua beati ciriaci martyris tui: sociorumque ejus solennitate letificas: concede propicius ut quorum natalicia colimus: virtutem quoque passionis imitemur. Per dominum.

[1] *ps.: N.*

[2] *Cap.: N.*

Digitized by Google

APPENDIX IV.

RUBRICA DE DEDICATIONE ECCLESIE.

[*Hæc Rubrica, quæ nonnisi in Breviario R. invenitur, locum in hac Appendice habeat.*]

Rubrica de festo Dedicationis ecclesie et ejus octavis varie contingentibus: de novo constituta secundum usum Eboracensem.

Festum vero dedicationis ecclesie semper fiet dominica proxima post commemorationem sancti Pauli apostoli videlicet Dominica prima mensis Julii. tanquam duplex festum principale. Nichilominus ad primas vesperas dedicationis fiat memoria de festo novem lectionum in sabbato contingenti et de octava apostolorum Petri et Pauli. ¶ Sed si forte aliqua ecclesia sita fuerit in nomine alicujus sancti: et in sabbato festum ejus evenerit tunc vespere in sabbato erunt de sancto usque ad capitulum quod de festo dedicationis erit cum memoria de sancto. ¶ Si tale festum in dicta dominica contigerit In cujus nomine ecclesia fundata fuerit: tunc ibidem solenniter de festo Dedicationis totum erit servitium: et differatur festum sancti in crastinum. et die dominica vespere erunt de dedicatione usque ad capitulum quod erit de festo sancti: cum memoria de dedicatione. Et in secunda feria si tale festum contigerit incipietur ad capitulum de eo die dominica cum memoria de festo dedicationis. ¶ Si autem festum novem lectionum in festo dedicationis contigerit: differatur in crastinum et post secun-

das vesperas dedicationis fiat memoria de festo novem lectionum et de octavis apostoli si infra octavas fuerit. Eodemque modo fiat de festo novem lectionum si in crastino evenerit: tamen si dies octavarum apostolorum in dominica evenerit anticipetur servitium ipsarum octavarum et fiat die sabbati precedenti cum novem lectionibus et ad primas vesperas dedicationis fiat tantum memoria de octavis apostolorum. Non omittantur memorie de octavis apostolorum infra octavas eorundem vel de octavis sancti Johannis baptiste sive de martino processo et martiniano in festo dedicationis contingentibus. ¶ Quandocunque autem dicitur de aliquo festo infra octavas dedicationis sive fuerit duplex sive simplex novem lectionum omnes versiculi et Responsoria Horalia dicantur alleluiatice. ¶ Si vero infra octavas apostolorum vel dedicationis tale festum duplex ut predicitur contigerit totum fiat de festo duplici: cum memoria de apostolis et de dedicatione ad matutinas missam et utrasque vesperas. ¶ Quando vero festum novem lectionum infra octavas dedicationis tamen ante diem octavarum apostolorum contigerit: fiat de festo cum mediis lectionibus de apostolis et memoria de eis et dedicatione. et ad primas vesperas sancti novem lectionum dicuntur antiphone et psalmi de apostolis sicut in festis infra octavas apostolorum contingentibus notantur.

Digitized by Google

Sed in secundis vesperis sancti antiphone proprie vel communes cum psalmis ferialibus dicuntur. ℭ Diebus vero vacantibus usque ad diem octavarum apostolorum fiat de apostolis cum memoria de dedicatione quia iste octave dedicationis cedent octavis apostolorum. ℭ Diebus autem vacantibus a festo novem lectionum ab octavo die apostolorum usque ad octavum diem dedicationis fiat servitium de dedicatione cum regimine chori quia octave omnino sunt precipue. Si festum trium lectionum infra istas octavas evenerit de eo tantum memoria fiat. ℭ Octavo vero die apostolorum et aliis festis novem lectionum post octavas apostolorum infra istas octavas contingentibus fiant medie lectiones de dedicatione cum memoria de eadem. Et in primis vesperis de sancte Everilide [sic] dicuntur antiphone et psalmi de dedicatione sed in secundis vesperis ejusdem antiphone de laudibus cum psalmis ferialibus dicuntur. ℭ Quando vero festum sancti thome martyris differtur a dominica in secundam feriam : medie lectiones de dedicatione fient: cum memoria de eadem et de sancto Gribaldo [sic] : et tunc ad vesperas antiphone et psalmi de sancto thoma erunt usque ad capitulum quod erit de sancte Everilide. ℭ Octavo vero die dedicationis totum servicium de ipsis octavis fiet nisi festum septem fratrum ibidem evenerit de quibus medie lectiones fient. Et nisi E. ii. iii. iiii. vel v. fuerit dominica : quia tunc anticipentur octave dedicationis propter unam dominicam dominicaliter dicendam de hystoria *Deus omnium*. ℭ Si festum sancte Everilidis in dominica evenerit differatur in crastinum : et in dominica videlicet octavo die dedicationis incipiatur ad capitulum de sancta Everilide cum memoria de octavis tunc versiculi dicuntur sine *alleluia* et memoria de martyribus. ℭ Die vero lune dicatur de sancte Everilde sine mediis lectionibus de martyribus. De nulla autem commemoratione dicatur infra istas octavas. Exequie defunctorum non dicuntur : neque suffragia consueta. Amen.

Nota. In servitio 'In Commemoratione apostolorum petri et pauli,' finita prima lectione quam in Vol. primo col. 698–9 *invenies, addit R. fuse descripta sex Responsoria: quae totidem verbis in 'Communi Apostolorum' locum habent* (*Vol. ii. col.* 3, 4). *Insuper autem R. haec tria addit quae sequuntur, scilicet,*

Responsoria de apostolis in tempore paschali. Primum Re. Virtute[1] magna reddebant apostoli. Testimonium resurrectionis domini nostri Jesu Christi alleluia alleluia. ℣ Repleti quidem spiritu sancto loquebantur cum fiducia. Testimonium. *ij. Resp.* Ibant[2] gaudentes a conspectu consilii quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati all'a, all'a all'a. ℣ Erant gaudentes et alacres apostoli domini gratias agentes deo et patri. Testimonium [? Ibant] *iij. Resp.* Candidi[3] facti sunt nazarei ejus alleluia splendorem deo dederunt. Et sicut lac coagulati sunt all'a all'a. ℣ In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum. Et.

[1] Cf. supra i. 415 et ii. 266.
[2] Cf. ii. 267.
[3] Cf. supra i. 433 et ii. 268.

Digitized by Google

APPENDIX V.

OFFICIUM DE S. RICARDO DE HAMPOLE.

Officium de Sancto Ricardo heremita, postquam fuerit ab ecclesia canonizatus, quia interim non licet publice in ecclesia cantare de eo horas canonicas, vel solempnizare festum de ipso. Potest tamen homo evidenciam [c]habens[c] [1] sue eximie sanctitatis et vite [c]eum[c] venerari, et in orationibus privatis ejus suffragia petere, et se suis precibus commendare.

Ad vesperas. Super Psalmos feriales. Antiphona. Exultet sancta mater ecclesia, resultet plaudens nova leticia : letetur felix Anglorum patria, sanctus Ricardus dotatur [c]gloria.[c] *añ.* Sanctus Ricardus doctus per Spiritum [c]prudens vitat[c] omne prohibitum, ut sic [c]adquirat virtutum habitum.[c] *añ.* Bellum gerit contra nequicias, carnem terit, spernit divicias, [c]solus querit[c] celi delicias. *añ.* Amat ardenter, in astra rapitur, orat [c]frequenter, sancta persequitur, et permanenter in bonis figitur.[c] *añ.* Monstrat sui virtutem operis [c]cecis, surdis, mutis, et miseris, curans morbos cujusque[c] generis. *Capitulum* Quemadmodum de- [*Ps. xli.* 1, 2]. siderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum. quando veniam et apparebo ante faciem Domini.[2] *Re.* Amor monstrat [*v. Re. ad matutinas*]. *Ympnus.* Totis precordiis festum tam inclitum Ricardi premiis preclare preditum canamus fortiter, cogit nos debitum,[3] orat pro nobis jugiter. Cuncta carnalia vincens edomuit, [c]pressit[c] demonia, mundana respuit, quesivit celica, superna sapuit, habens dona magnifica. Calens incenditur amoris facula, sentit et patitur amoris jacula : amore [c]languit[c] vir sine macula set amore prevaluit. Labor dulcissimus apis eligitur, instructor optimus mellita loquitur, docet dulcissona, [c]favus[c] exprimitur, vita fit verbis consona. Mortalis rapitur factus extaticus, in celo figitur homo seraphicus, orat attentius mente magnificus levans manus frequentius. Firmus proposito, constans in opere, [c]crevit[c] in merito divino [c]munere,[c] semper sollicitus bonis insistere [c]instinctu[c] Sancti Spiritus. Te trina Deitas [c]ferventer[c] petimus, ut nobis probitas [c]ac[c] purus animus insint et caritas, qui te percolimus, [c]sancteque[c] vite veritas. Amen. ℣ Sub umbra illius quem desideravi sedi. *Re.* Et fructus ejus dulcis gutturi meo. *Antiphona.* O quam te magnificant exempla caritatis, scriptis tuis emicant fomenta sanctitatis : facta mira [c]predicant

[1] Words marked thus ([c]) are taken from the remains of the Cottonian MS. (Tiberius A. xv.), which supplies some words where the Lincoln MS. is utterly spoiled. The first part of this office is taken from a previous and imperfect copy of the Lincoln MS. (see Early English Text Society Publication, No. 20, Preface, pp. xv. sqq.) corrected by the Cotton MS.

[2] Dñi : L. ; Dei : C. et Vulg.

[3] 'debitum' om. C.

Digitized by Google

vim ° tue potestatis, ° et egris multiplicant medelas ° suavitatis. *ps̄.* Magnificat. *Oratio.*

*D*eus qui per exempla sanctissimi heremite Ricardi docuisti ° nos terrena despicere ° et sincero corde ad celestia ° suspirare : da nobis, quesumus, ejus meritis et precibus ipsum veraciter imitari, et cum eo in eterna beatitudine voluptatis tue torrente potari. Per Dominum.° [1] *Ad completorium.*[2] Pater noster. Ave Maria. Converte nos. Et averte. Deus in adjutorium. Gloria Patri. [*Ps. iiij.*] Cum invocarem exaudivit me Deus. [*Ps. xxx.*] In te Domine speravi. [*Ps. xc.*] Qui habitat in adjutorio altissimi. [*Ps. cxxxiij.*] Ecce nunc benedicite. *Antiphona.* Miserere michi Domine et exaudi orationem meam. *Capitulum* [*Hierem. xiiij.*

*T*u in nobis es Domine, et nomen sanctum tuum et gloriosum invocatum est super nos : ne derelinquas nos Domine Deus noster. Deo gratias. *Ympnus.*

*T*e lucis ante terminum rerum Creator poscimus : ut solita clemencia sis presul ad custodiam. *P*rocul recedant somnia et noctium fantasmata : hostemque nostrum comprime, ne polluantur corpora. *P*resta, Pater omnipotens, per Jesum Christum Dominum, qui tecum in perpetuum regnat cum Sancto Spiritu. Amen. ℣ Custodi nos Domine ut pupillam oculi. *Re.* Sub umbra alarum tuarum protege nos. *Antiphona.* Salva nos. *ps̄.* Nunc dimittis. Gloria Patri. Sicut erat. *añ.* Salva nos, Domine, vigilantes, custodi nos dormientes : ut vigilemus cum Christo, et requiescamus in pace. Kyriel'. Xp̄el'. Kyriel'. Pater noster. Et ne nos. Set libera. In pace in idipsum. Dormiam et requiescam. Credo in Deum. Carnis resurreccionem. Et vitam eternam. Amen. Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu. Laudemus et superexaltemus eum in secula. Benedictus es Domine in firmamento celi. Et laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula. Benedicat et custodiat nos omnipotens Pater pius et misericors Dominus. Amen. Confitemini Domino quoniam bonus. Quoniam in seculum misericordia ejus. Confiteor Deo celi. Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimittat vobis omnia peccata vestra, liberet vos Deus ab omni malo, salvet et confirmet in omni opere bono, et perducat vos ad vitam eternam. Amen. Absolucionem et remissionem omnium peccatorum vestrorum, spacium vere penitencie et emendacionem vite, graciam et consolacionem Sancti Spiritus tribuat vobis omnipotens Pater pius et misericors Dominus. Amen. Dignare Domine nocte ista : sine peccato nos custodire. Miserere nostri Domine : miserere nostri. Fiat misericordia tua Domine super nos : Quemadmodum speravimus in te. Domine Deus virtutum converte nos : Et ostende faciem tuam et salvi erimus. Domine exaudi oracionem meam : Et clamor meus ad te veniat. *Oratio.*

*I*llumina, quesumus Domine Deus, tenebras nostras : et tocius noctis insidias tu a nobis repelle propicius. Per Dominum nostrum Jesum. Domine exaudi oracionem meam : Et clamor meus ad te.[3] Benedicamus [Domino] Deo [gratias]. *Ad*

[1] Here in C. and L. follows '*Ad Matutinas, Invitatorium.*'

[2] The Bodleian MS. (e Mus. 193) which contains this office, has lost one or more leaves at the beginning. The present fol. i. a. begins with the first words of this Psalm, *Cum invocarem.* The Psalms in this MS. are written at length. The text of all that follows of this office is taken from this MS. except where otherwise noted.

[3] This Versicle is repeated here by the scribe, instead of 'Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.'

Digitized by Google

Matutinas. Invitatorium. Regem summum seculi venite adoremus: Ricardi sui famuli laudes decantemus. *ps.* Venite exultemus. *Ympnus.* *P*ange lingua graciosi[1] hominis[2] preconium, pii, puri, preciosi, odientis vicium, celsi, sancti, gloriosi, felicis per premium. *F*lorem mundi marcescentem habebat contemptui, carnem fecit fatiscentem servire spiritui, mundam semper servans mentem bono datam actui. *S*camnum sibi lecti locus, ut sic vigil fieret: fames quoque sibi cocus, ne gula succresceret: odiosus fuit jocus qui boni quid minueret. *D*um devota meditatur, rapitur in jubilum: vana cuncta detestatur, reputat in nichilum: totus Deo conformatur vitans vite nubilum. *D*eo Patri Genitori laus, et ejus Genito, sit spirato Creatori honor pari debito: qui Ricardo confessori celum dat pro merito. Amen. *In primo Nocturno. añ.* In lege sancta. *Ps.* [*j.*] Beatus vir. *añ.* In lege sancta Domini Ricardus meditatur, et suo sancto nomini totus dedicatur. *añ.* In monte. *Ps.* [*ij.*] Quare fremuerunt. *añ.* In monte Dei constitutus Ricardus sublimatur, ab insultu semper tutus cum sanctis letatur. *añ.* Susceptor. *Ps.* [*iij.*] Domine quid multiplicati. *añ.* Susceptor suus Dominus ipsum exaltavit: vite sue terminus eternam inchoavit. ℣ Amavit eum Dominus et ornavit eum. Stola glorie induit eum. Pater noster. Et ne nos. Jube domine benedicere. Benedictione perpetua benedicat nos Pater eternus. Amen.

[*Lectio j.*

*S*anctus Dei heremita Ricardus in villa de Thornton juxta Pikering,[3] Eboracensis diocesis, accepit sue propagacionis originem.[4] Oportuno autem tempore de parentum industria positus est ad literas addiscendas.[5] Cumque adultioris etatis fieret, magister Thomas de Nevile[6] olim archidiaconus Dunolmensis ipsum honeste exhibuit in universitate Oxonie, ubi valde proficiens in studio pocius desideravit plenius et profundius imbui theologicis sacre Scripture doctrinis, quam physicis[7] aut secularis scientie disciplinis. Demum decimo nono vite sue anno, considerans tempus vite mortalis incertum, et terminum tremebundum maxime his qui vel vacant carnis lasciviis, vel solum laborant pro querendis diviciis, et pro his[8] student dolis atque fallaciis, fallentes tamen maxime semetipsos, cogitavit Deo inspirante provide de seipso memorans sua novissima ne peccatorum laqueis caperetur. Proinde dum[9] de Oxonia redisset ad domum paternam, una dierum allocutus est sororem suam que ipsum tenera affeccione dilexit. Soror, inquit, michi dilecta, duas habes tunicas, unam albam, alteram griseam,[10] quas avide concupisco. Rogo te quatinus velis eas michi grate conferre, et crastina die ad illud nemus vicinum michi deferre,[11] una cum pluviali capucio patris mei. Annuit illa gratanter, et juxta promissa ad dictum nemus ea in crastino deportavit, ignorans omnino quid intenderet frater ejus. Ut autem ipse accepisset ea, illico manicas grisee tunice detruncavit, et albe tunice botones[12] abscidit, et modo quo poterat albe tunice manicas consuit, ut suo[13] proposito aliqualiter aptarentur.[14] Deposuit igitur vestes proprias quibus erat indutus, et albam sororis tunicam ad carnem

[1] gloriosi: C. [2] Ricardi: L.
[3] 'juxta Pikering,' added by a later hand.
[4] The Lincoln MS. begins here to be legible.
[5] adiscendas: L., and B. *prima manu.*
[6] Neville: L. [7] phisicis: L.
[8] hiis: L. passim. [9] 'dum' om. L.
[10] gresiam: L. [11] deferre michi: L.
[12] butones: L. [13] sue: B.
[14] adaptarentur: L.

Digitized by Google

induit, griseam autem truncatis manicis supervestivit, et per truncationis aperturam [1] exposuit brachia: capuciavitque se pluviali capucio supradicto, ut sic aliquantum,[2] juxta modum sibi pro illa hora possibilem, effigiaret confusam similitudinem heremite. Cum hec igitur soror ejus fuisset intuita, stupefacta clamavit, Frater meus insanit, frater meus insanit. Quo audito comminatorie fugavit eam a se, et ipse protinus sine mora ne comprenderetur ab amicis et notis affugit.[3] *j. Re.* Sanctus fugit ad solitudinem, intrat ibi celestem ordinem: Sancte vite querens dulcedinem. ℣ Illuc tenet perfectam regulam, abbas amor dat morum formulam: Sancte vite. Jube domine. Deus Dei Filius nos benedicere et adjuvare dignetur. *Lec. ij.*

Post accepcionem igitur habitus heremite et reliccionem parentum perrexit ad quandam ecclesiam, in Vigilia Assumptionis[4] beatissime virginis matris Dei, in qua se posuit ad orandum in loco ubi consors cujusdam probi armigeri Johannis de Dalton nomine consuevit orare. Postquam autem illa ad Vesperas audiendas intravit ecclesiam,[5] familiares de domo armigeri ipsum de loco sue domine amovere volebant, sed illa ex humilitate ne interrumperetur orantis devotio non permisit. Finitis vero Vesperis, dum surrexisset ab oratione, filii predicti armigeri, qui erant scolares et in universitate Oxonie studuerunt, habentes ipsius noticiam dixerunt quod ipse esset filius Willelmi Rolle, quem[6] in Oxonia agnoverunt. In die autem predicti festi Assumptionis iterum intravit eandem ecclesiam, et sine mandato cujuscunque superpellicium induens Matutinas et Officium Misse cum aliis decantavit. Cum autem in Missa Evangelium esset lectum, petita prius benedictione presbyteri,[7] pulpitum predicantium adiit, et sermonem mire edificacionis fecit ad populum, in tantum ut multitudo audientium sic esset de ipsius predicatione compuncta, ut se non posset a lacrimis continere, dicebantque omnes se sermonem tante virtutis et efficacie per antea non audisse. Nec mirum, cum ipse esset speciale Sancti Spiritus organum, et ejus afflatu resonans cujus est, ut ait apostolus ad Romanos, gratias dividere prout vult, et gemitus inenarrabiles procurare. *ij. Re.* Ardet pectus ex flamma Spiritus, calor fortis sentitur afforis: Ex quo patet fervoris exitus, et quod amor sit magni roboris. ℣ Melos canorus ardorem sequitur, et dulcor ingens: Deo laus redditur. Ex quo. Jube domine. Spiritus Sancti gratia illuminet corda et corpora nostra.

[*Lectio iij.*

Post Missam igitur predictus armiger ipsum ad prandium invitavit. Cum autem intrasset ejus manarium,[8] posuit se in quadam domo abjecta[9] et antiqua, nolens aulam intrare, sed pocius doctrinam evangelicam adimplere curavit que dicit, Cum invitatus fueris ad nupcias recumbe in novissimo loco, ut[10] cum venerit qui te invitavit dicat tibi, Amice, ascende superius: quod et[11] in eo completum est. Nam ipso diligenter requisito et tandem in predicta domo reperto, armiger ipsum supra proprios filios collocavit ad mensam. Ipse autem in prandio tam perfectus erat custos silencii, ut nec verbum quidem de ore ejus

[1] I am told that the MS. B. has *aparturam*, as it has *apartus;* L. has the ordinary contraction for aperturam.

[2] aliquantulum: L.

[3] aufugit: L.

[4] assumpsionis: L.

[5] intravit in ecclesiam: L.

[6] quem ipsi in: L.

[7] presbiteri: L.

[8] The word is so written at length in Lect. viij. in B. The contraction in L. represents *manerium.*

[9] subjecta: L.

[10] et: L.

[11] et' om. L.

Digitized by Google

procederet. Cum vero ad sufficienciam comedisset, surrexit priusquam mensa subtraheretur, et abire disposuit. Armiger autem qui eum vocaverat dixit hoc non esse consuetudinis, et sic iterato eum residere coegit. Finito vero prandio iterum voluit abscessisse, sed armiger querens cum eo privatum habere colloquium ipsum detinuit donec evacuatis aliis qui affuerunt in domo interrogasset eum an esset filius Willelmi Rolle. At ille satis illibenter et cum difficultate [1] respondit Forte sum. Timuit siquidem ne propter agnitionem intentioni sue quam firmavit in animo obstaculum poneretur. Armiger enim ille [2] patrem suum veluti familiarem grata affectione dilexit. Ricardus autem noviter heremita factus, ignorante patre et preter ipsius voluntatem, plus Deum quam patrem carnalem diligens statum illum assumpsit. *iij. Re.* Dum Ricardus spirat suspiria, orat, plorat, petens solacia: Christus donat optata gaudia. ℣ Transit in jubilum luctus et gemitus: mens sentit sibilum divini Spiritus. Christus donat. *In secundo nocturno.* añ. Exaudivit. Ps. [*iiij.*] Cum invocarem. añ. Exaudivit Dominus Ricardum deprecantem: dedit ei protinus fervorem oblectantem. añ. Verba sua percipit. Ps. [*v.*] Verba mea. añ. Verba sua percipit, quod vult Deus prestat: sic mercedem recipit que beatis [3] restat. añ. Coronatur gloria. Ps. [*viij.*] Domine Dominus noster. añ. Coronatur gloria, honor ei datur: in beata patria semper colletatur. *Versiculus.* Justum deduxit. Pater noster. Et ne nos. Jube domine. Omnipotens Dominus sua gratia nos benedicat. Amen. *Lectio iiij.*

Postquam autem predictus armiger eum in secreto examinasset, et ex perfectis evidenciis cognovisset sanctitatem sui propositi, vestivit eum sumptibus suis juxta voluntatem suam vestibus convenientibus heremite, et ipsum in domo sua diu retinuit, dans sibi locum mansionis solitarie, et providens sibi de omnibus necessariis sui victus et vite. Tunc itaque cepit cum omni diligencia die et [4] nocte perfectioni vite studere, et quomodo oportunius posset in vita contemplativa proficere, et in amore divino fervere. Quam excellentem autem perfectionem in hac arte Deum ardenter amandi tandem obtinuit,[5] ipsemet non ad sui jactanciam aut vanam gloriam conquirendam,[6] sed [7] pocius exemplo gloriosi et humilis apostoli Pauli enarrantis raptum suum ad tertium celum ubi audivit archana que non licet homini loqui, qui eciam fatetur magnitudinem revelacionum sibi factarum a Deo,[8] et publice pretulit labores suos omnium apostolorum laboribus, que omnia ad aliorum profectum et edificacionem [9] in epistolis suis scripsit et aliis legenda reliquit: [10] ita et iste sanctus heremita Ricardus in libro suo primo de Incendio Amoris, capitulo primo, narrat ad quam altas et mellifluas dilectationes attigit contemplando, ut alii per hoc spem similiter proficiendi in actibus contemplacionis et amoris Dei accipiant, si tamen vigilanter, instanter et perseveranter insistant illis occupacionibus que ad adipiscendum hujusmodi perfectionem desiderabilissimam ordinantur, et impedimenta contemplacionis velut [11] venenum abhorreant et abscidant. *iiij. Re.* Patent aperto [12]

[1] This portion from 'respondit' to 'voluntatem' is missing in L., the lower part of a leaf being torn away.
[2] Armiger ille enim: B. *prima manu.*
[3] qui beatus: L.
[4] ac: L.
[5] optinuit: L.
[6] conquerendam: L.
[7] set: L.
[8] adeo et: L.
[9] edificacionem: L.; edificacionum: B.
[10] This portion from 'ita et' to 'occupacionibus' is lost in L., the lower part of a leaf being torn.
[11] velud: L.
[12] operto: L.

Digitized by Google

hostio pulcra, mira, suavia, excedunt omni precio mundana visibilia, conduntur cordis scrinio, Mulcent sua presencia. ℣ Hec que tantum eminent cor Ricardi detinent, et firmant in leticia, Mulcent sua presencia.

In libro siquidem predicto [*Lectio v.* sic ait. Admirabar amplius quam enuncio quando sentivi cor meum primitus incalescere, et vere, non ymaginarie, sed [1] quasi sensibili igne estuare. Eram equidem attonitus quemadmodum eruperat ardor ille in animo, et de insolito solacio propter inexperienciam hujus habundancie sepius pectus meum si forte esset fervor ex aliqua causa exteriori palpavi. Cumque cognovissem quod ex interiori solummodo efferbuisset, et non esset a carne incendium illud amoris, sed [2] donum esset conditoris, letabundvs liquefactus sum in affectu amplioris dileccionis, et precipue propter influenciam dilectacionis suavissime et suavitatis interne, que cum ipso caumate spirituali mentem meam medullitus irroravit. Nec enim putavi prius talem ardorem mellifluum et consolatorium in hoc exilio evenire. Ecce ergo [3] ex his verbis qualiter proficerat [4] in adepcione suavissimi amoris Dei: quia autem multa sunt [5] preparatoria ad accensionem hujus [6] amoris, ut puta ea que diminuunt et tollunt amores contrarios, ideo sanctus iste carnis attrivit lascivias,[7] in quarum amorem multi impetu bestiarum [8] et vesano feruntur. Mundum eciam sprevit cum suis diviciis, solum contentus artis [9] vite necessariis, ut liberius vacare posset amoris veri deliciis. His igitur ex causis maceravit carnem suam multis jejuniis, crebris vigiliis, insistendo singultibus atque suspiriis, deserens omnem strati molliciem, scamnum durum habens pro lecto, brevem casellam pro domo, mentem semper figens in celo,[10] cupiens dissolvi et esse cum Christo dilecto suo dulcissimo. *v. Re.* Amor monstrat mentis incendium sacris factis, scriptis, alloquiis: amor tollit omne dispendium quod turbaret mundanis tediis: amor vite sue compendium Quo repletur summis deliciis. ℣ Amor dilecti cor ejus vulnerat, amor zelotis langorem generat, Quo repletur. Jube domine. Intus et exterius nos purget Spiritus almus. *L. vj.*

Admirande autem et utiles nimis erant hujus sancti occupaciones in sanctis exhortacionibus quibus quam plurimos convertit ad Deum, in scriptis eciam suis mellifluis et tractatibus ac [11] libellis ad edificacionem proximorum compositis, que omnia in cordibus devotorum dulcissimam resonent [12] armoniam, et inter cetera vehementis admiracionis esse videtur quod dum semel sederet in cella sua in uno die post prandium [13] venerunt ad eum domina domus et multe alie persone cum ea, et invenerunt eum scribentem multum velociter, petiveruntque ab eo ut a scribendo desisteret, et eis verbum edificacionis proponeret. Qui statim faciens eis exhortaciones optimas ad virtutes et ad declinandum seculi vanitates, et ad firmandum amorem cordis ad Deum, in nullo tamen propter hec destitit a scribendo per duas horas continuas, sed eque velociter sicut prius continuavit scripturam, quod nullo modo fieri potuisset nisi Spiritus Sanctus eo tempore direxisset et manum et linguam, presertim cum essent occupaciones ab invicem distrahentes, et sermo omnino discrepans a significacione verborum que scripsit. Adeo eciam erat interdum sanctus iste absortus in spiritu dum oraret,

[1] set: L. [2] set: L. [3] vero: L. [4] sic: B.L. [5] 'sunt' om. L. [6] hujusmodi: L. [7] lascivi vias: L. [8] bestiali: L. [9] arcis: L. [10] Domino: B. *prima manu.* [11] et: L. [12] resonant: L. [13] in uno post prandium: B. *prima manu.* in uno postprandio: L.

Digitized by Google

quod aliquando pallium ejus[1] quo opertus erat detrahebatur nec sensit, quod postquam resarcitum[2] erat atque consutum et super ipsum repositum non advertit. *vj. Re.* Solvi cupit a carnis carcere, clamat, mors veni, festina propere : Curre, vola, noli pigrescere. ℣ Dulcis mors, en diu langui, fac me meo dilecto perfrui : Curre. *In tertio nocturno. añ.* Ingressus. *Ps.* [*xiiij.*] Domine quis habitabit. *añ.* Ingressus sine macula loquens veritatem, ardebat quasi facula monstrans caritatem. *añ.* Datur quod desiderat. *Ps.* [*xx.*] Domine in virtute. *añ.* Datur[3] quod desiderat, quod anima sitivit, dum ad Deum properat, et in celum ivit. *añ.* Junctus celi. *Ps.* [*xxiij.*] Domini est terra. *añ.* Junctus celi civibus, carens omni sorde, innocens hic manibus scandit mundo corde. ℣ Justus ut palma florebit. Et sicut cedrus Libani multiplicabitur. Pater noster. Et ne nos. Jube domine. Per evangelica dicta deleantur nostra delicta. *Evangelium Secundum Lucam* [xii. 35]. Sint lumbi vestri precincti. *L. vij.*

Quanto autem beatus iste heremita Ricardus operosius et efficacius studuit ad perfectionem[4] sanctitatis vite querendam, tanto callidius humani generis inimicus diabolus ipsum suis deceptoriis laqueis impedire curavit. Unde sicut[5] ex scriptura manus proprie hujus sancti reperta post mortem in uno libello de suis operibus compilato, ipsum per speciem cujusdam mulieris funiculis libidinose concupiscencie conabatur subvertere. Unde in libello predicto[6] sic ait. Dum ego propositum singulare percepissem, et relicto habitu seculari Deo pocius quam homini deservire decrevissem, contigit quod quadam nocte, in principio conversionis mee, michi in stratu meo quiescenti apparuit[7] juvencula valde pulcra, quam ante videram et[8] que me in bono amore non modicum diligebat. Quam cum intuitus essem et mirarer cur in solitudine ad me eciam in nocte venerat, subito sine mora vel loquela juxta me se immisit. Quod ego senciens, et ne me ad malum alliceret timens, dixi me velle surgere et nos signo crucis benedicere invocata Sancta Trinitate. At illa tam fortiter me strinxit, ut nec os ad loquendum nec manus in me sentirem ad movendum. Quod videns perpendi ibi non mulierem, sed diabolum in forma mulieris me temptasse. Verti ergo me ad Deum, et cum in mente mea dixissem, O Jesu,[9] quam preciosus est sanguis tuus, crucem imprimens in pectore cum digito qui quodammodo jam mobilis esse inceperat, et ecce subito totum disparuit, et ego gratias egi Deo qui me liberavit. Deinceps ergo Jesum amare quesivi, et quanto in amore ejus profeci, tanto nomen Jesu michi dulcius et suavius sapiebat, et eciam usque hodie non recedit[10] a me. Ergo benedictum sit nomen Jesu in secula seculorum. Amen. *vij. Re.* Mentem simul diversis applicat, manu scribens verbis edificat : Actum mentis sic Deus duplicat.[11] ℣ Audientes verbi vis attrahit, nec loquela scribentem distrahit : Actum. Jube domine benedicere. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. *Lectio viij.*

Sanctus eciam iste heremita Ricardus ex abundancia[12] caritatis sue solitus[13] erat se multum familiarem exhibere reclusis et hiis qui spirituali indigebant consolacione, et qui turbaciones et vexaciones operacione et malignitate malorum spirituum paciebantur in anima vel in carne. Contulitque sibi Deus gratiam

[1] 'dilaceratum' add L.
[2] resarsitum : L.
[3] Datus : L.
[4] perfeccionis : L.
[5] 'sicut' om. L.
[6] in predicto libello : L.
[7] apparuit quedam juvencula : L.
[8] eciam : L.
[9] O bone Jhu. : B. *prima manu.*
[10] recessit : L.
[11] dupplicat : L.
[12] habundancia : L., et B. *prima manu.*
[13] sollicitus : L.

Digitized by Google

singularem subveniendi taliter tribulatis. Unde semel contigit quod cum quedam domina appropinquaret ad mortem, in cujus manario[1] idem Ricardus cellam habebat longe a familia separatam, ubi ipse solitarius residere consuevit et contemplacioni vacare, convenit ad cameram ubi domina decumbebat magna demonum horribilium multitudo, propter quod nec mirum ipsa dum eos aperte conspiceret incidit in timorem nimium et tremorem. Aspergunt assistentes aquam benedictam in camera, orationes devotas faciunt, nec tamen illi discedunt, sed incepte vexacioni vehementer insistunt. Tandem provido et sano amicorum consi io vocatus est beatus Ricardus ad cameram, ut si posset eidem domine consolacionis et quietacionis remedium adhiberet: qui cum ad eam consolandam accessisset,[2] et ei sanctas admoniciones fecisset, ac ad spem omnem ponendam in superabundanti[3] Dei misericordia et ipsius exuberantissima gratia concitasset, demum ad orandum Deum ferventi corde se contulit, petens ut auferret ab ea terrorem demonum et aspectum. Exaudivit autem[4] eum illico Dominus, et oratione dilecti sui Ricardi placatus omnem illam turmam terribilem coegit ad fugam. Fugientes ergo demones reliquerunt transitus sui stupenda vestigia. Viderunt siquidem omnes assistentes quod in fundo camere consperso[5] paleis ubi transierant palee apparuerunt combuste et in cineres nigros redacte, in ipsisque cineribus figuras quasi pedum bovinorum impressas. Cum autem predam quam ibidem concupiverant demones perdidissent, moliebantur[6] vindictam accipere de suo fugatore Ricardo. Unde ad ipsius cellam protinus accesserunt, et adeo eum inquietaverunt ad tempus, quod locus ille contemplacioni sue redderetur ineptus. Sanctus autem Dei constans in fide, ad presidium orationis iterato confugiens illorum iteratam fugam a Domino suis precibus impetravit. Ad consolacionem autem amicorum domine memorate nunciavit eis eam salvam esse, et regni celi[7] coheredem futuram post exitum ab hac vita.

Post[8] hec sanctus Dei Ricardus ad alias partes se transtulit, non dubium ex divina providencia, ut in multis demoratus locis multis proficeret ad salutem, et interdum eciam ut sibi impedimenta contemplacionis auferret, sicut in libro de vitis patrum multi sanctissimorum patrum in heremo fecisse leguntur. Nec enim crebra loci mutatio semper ex levitate procedit, prout calumpniantur quidam homines proni et faciles ad perverse judicandum de proximis, propter quorum tamen pravas interpretaciones et consuetudinem detrahendi, nullus sensatus debet pretermittere ea que per experienciam sibi percipit esse bona et promovencia ad virtutem. Siquidem in canone et decretis ecclesie plures assignantur cause pro quibus est aliquando loci mutacio facienda: quarum una est, cum necessitas persecucionis loca eorum gravaverit[9]: secunda, cum difficultas locorum fuerit: Et tertia, cum sancti malorum societate gravantur. Cum itaque sanctus iste ex causis necessariis et multum utilibus se ad morandum in comitatu

[1] The word is so written in B. In L. it is the ordinary contraction for *manerio*.

[2] accepisset: L.

[3] superhabundanti: L. et B. *prima manu*.

[4] 'autem' om. L.

[5] consparso: L.

[6] molliebantur: L.

[7] celici: L.

[8] All that follows in this section is from the Lincoln MS. It is not in B. In the Cotton MS. it is added after the *propria* of the mass. This may suggest the question whether it was intended to be a *Lectio post Primam in capitulo*.

[9] gravaverint: L.

Digitized by Google

Richmundie transtulisset, contigit dominam margaretam olim reclusam apud Anderby Eborum diocesis in ipsa die Cene Domini gravi nimis passione infirmitatis urgeri, ita ut per tresdecim dies continuos penitus privaretur potestate loquendi. Et propter hoc tot sustinuit cruciatus et puncturas in corpore quod nullicubi valebat consistere. Quidam igitur paterfamilias ejusdem ville, sciens sanctum heremitam Ricardum eam perfecta caritatis affeccione diligere, utpote qui ipsam de arte amoris Dei consuevit instruere, et in modo vivendi sua sancta institucione dirigere, ad ipsum qui per duodecim miliaria ab habitacione recluse tunc temporis morabatur celeriter properavit in equo, rogans quod ad eam festinanter accederet et sibi consolacionem in tanta necessitate prestaret. Veniens itaque ad reclusam invenit eam mutam et vexacionibus acerrimis perturbatam. Cumque resideret ad fenestram domus ejusdem recluse, et simul comederent,[1] contigit ut completo prandio reclusa desideraret dormire. Oppressa itaque sompno capud suum decidit ad fenestram ad quam se reclinavit sanctus Dei Ricardus : et sic cum modicum dormivisset appodiando se aliqualiter super ipsum Ricardum, subito cum impetu vehementi apprehendit eam in ipso sompno tam gravis vexacio, ut videretur velle violenter fenestram domus sue dirimere, et in ipsa vexacione tam forti evigilavit de sompno, et cum magna devocione, potestate loquendi sibi concessa, in hec verba prorupit, Gloria tibi Domine, et beatus Ricardus versum inceptum complevit dicens, Qui natus es de Virgine, et cetera que secuuntur Completorii versu. Ait illi : modo restitutum est tibi labium, utere eo sicut mulier bene loquax. In brevi eciam postea, iterum cum ea comedens ad fenestram predictam per omnem eundem modum ut prius post prandium incidit in sopore se ad predictum sanctum appodians, et reversa est ad eam eadem vexacio, et quasi amens facta est, et seipsam miris et violentis motibus agitabat. Dum autem sanctus Ricardus quereret modo quo potuit eam suis manibus detinere, ne se ipsam discerperet vel alia domus incommoda moliretur, subito dilapsa est de manibus ejus, et in ipso dilapsu de sompno excitata est et vigil effecta. Et tunc ait ad eam Ricardus : putavi veraciter quod si fuisses diabolus ego te tenuissem, verumptamen hoc verbum consolacionis tibi denuncio, quod quamdiu ego in hac vita mortali superstes fuero, nunquam vexacionem hujus egritudinis pacieris. Transactis tamen postea quibusdam annorum curriculis reversa est ad eam predicte egritudinis passio, preterquam quod linguam liberam habuit ad loquendum : vocari ergo fecit reclusa predictum patremfamilias, rogans eum ut in equo concito[2] properaret apud domum Sanctimonialium de Hampole, qui locus multum a sua habitacione distabat, ubi dictus Ricardus illis diebus solitariam vitam egit, ut videret quid accidisset de eo, quia non dubitavit ipsum de mundo migrasse. Scivit enim ipsum in promissis fidelem : promiserat autem ei quod eo vivente in carne talem vexacionem nullatenus pateretur. Venit itaque dictus homo ad Hampole, et ipsum huic mundo mortuum comperit, dumque diligenter de hora sue migracionis perquireret invenit quod parum post horam sui transitus redisset ad eam egritudo predicta. Postea autem eadem reclusa se transtulit apud Hampole, ubi sacrum corpus ejusdem heremite fuit traditum sepulture,

[1] commederent : L.

[2] concio : L.

Digitized by Google

et nunquam deinceps gravata est illa horribili egritudinis passione. *viij. Re.* Dum lapis tumuli magnus advehitur, fit clamor populi, vector opprimitur: Set vi miraculi sospes efficitur. ℣ Deus suspendit actum gravedinis et sic ostendit vim sanctitudinis. Set vi. *Lectio ix.*

Verum autem ne lateat homines, maxime eos qui devotis et attentis studiis circa vite perfeccionem adipiscendam insistunt, [1] qualiter et quibus mediis beatus iste Dei zelotipus heremita Ricardus gradum [2] perfecti amoris et caritatis prout promittit [3] status mortalium adeptus est, ita ut omnis alius amor ei vilesceret et [4] horrorem abhominabilem generaret. Est sciendum quod ipsemet in libro suo primo De Incendio Amoris, cap. xiii°., ita dicit: Per processus, inquit, temporum magnus datus est michi profectus [5] spiritualium gaudiorum. Ab inicio namque alteracionis vite mee et mentis usque ad apercionem hostii celestis, ut revelata facie oculis cordis superos contemplaretur, et videret qua via amatum suum quereret, et ad ipsum anhelaret, effluxerunt tres anni exceptis tribus vel quatuor mensibus. Manente siquidem aperto [6] hostio usque ad tempus in quo in corde veraciter senciebatur calor eterni amoris, annus unus pene pertransivit. Sedebam quippe in quadam capella, et dum suavitate orationis vel meditacionis multum delectarer, subito sensi in me ardorem insolitum et jocundum. Sed cum prius fluctuarem dubitando a quo esset per longum tempus, expertus sum non a creatura sed a creatore esse, quia fervenciorem et jocundiorem inveni. Flagrante autem sensibiliter calore illo inestimabiliter suavi usque ad infusionem et percepcionem soni celestis vel spiritualis qui ad canticum pertinet laudis eterne et suavitatem invisibilis melodie, quia sciri et audiri non potest nisi ab eo qui accipit, quem oportet esse mundatum et segregatum a terra, dimidius annus et tres menses et aliquot ebdomade effluxerunt. Dum enim in eadem capella sederem, et in nocte ante cenam psalmos prout potui decantarem, quasi tinnitum psallencium vel pocius canencium supra me ascultavi. Cumque celestibus etiam [7] orando toto desiderio intenderem, nescio quomodo mox in me concentum canorum sensi, et delectabilissimam armoniam celitus excepi mecum manentem in mente. Nam cogitacio mea continuo in carmen canoris commutabatur, et quasi odas habui meditando. Ac eciam in orationibus ipsis et psalmodia eundem sonum edidi, deincepsque ad canendum que prius dixeram pre affluencia interne suavitatis prorupi. Occulte quidem, quia tantummodo coram Conditore. Non cognitus eram ab his qui me cernebant, ne si scivissent supra modum me honorassent, et sic perdidissem partem floris pulcherrimi, et decidissem in desolacionem. Interea mirum me arripuit eo quod assumptus essem ad tantam jocunditatem dum exul essem. Tum [8] et quia dederat michi Deus dona que petere nescivi, nec putavi tale quid eciam nec sanctissimum in hac vita accepisse. Proinde arbitror hoc nulli datum meritis, sed gratis cui voluerit Christus. Puto tamen neminem illud accepturum nisi specialiter nomen Jesu diligat et in tantum honoret, ut ab ejus memoria nunquam excepto sompno recedere permittat.

[1] circa qualiter: B. *prima manu.*
[2] gradum et perfecti: L.
[3] permittit: L.
[4] et ad horrorem: L.
[5] perfectus: L.
[6] aparto: B.
[7] et: L.
[8] The scribe of L. has omitted the words, 'ad tantam jocunditatem dum exul essem. Tum.'

Digitized by Google

Cui autem [1] facere datum est estimo quod et illud assequetur. Unde ab inicio mutati animi usque ad supremum amoris Christi gradum quem ego attingere Deo donante valebam. in quo gradu cum canoro jubilo divinas laudes personarem, quatuor annos et circa tres menses habui. Hic nempe cum prioribus dispositivis [2] ad ipsum status permanet usque in finem, verum eciam post mortem erit perfectior, quia hic gaudium amoris et caritatis incipitur, et in celesti regno gloriosissimam accipiet consummacionem. *ix. Re.* Mersos in aquis vite restituit, mutis, contractis medelas tribuit. Pie petitis benignus annuit. ℣ Lex amoris sic Deum illicit, que vult Ricardus hec Deus efficit. Pie petitis. *ps̄.* Te Deum laudamus. ℣ Inveni quem diligit anima mea. *Re.* Tenui eum nec dimittam. *In Laudibus. an̄.* Regem regum. *Ps̄.* [*xcij.*] Dominus regnavit. *an̄.* Regem regum omnium videt in decore: O quam plenum premium pro suo labore. *an̄.* Servivit. *Ps̄.* [*xcix.*] Jubilate. *an̄.* Servivit in leticia, Deo jubilavit: exultat nunc in gloria habens quod amavit. *an̄.* Ad te de luce.[3] *Ps̄.* [*lxij.*] Deus Deus meus. [*Ps̄. lxvj.*] Deus misereatur. Gloria patri. *an̄.* Ad te de luce vigilans sitit carne, mente: nunc est in celo rutilans luce refulgente. *an̄.* Benedicit Dominum. *ps̄.* Benedicite. *an̄.* Benedicit Dominum gratias agendo, laudat Patrem luminum hymnos concinendo. *an̄.* Preclara. *Ps̄.* [*cxlviij.*] Laudate Dominum de celis. *Ps̄.* [*cxlix.*] Cantate Domino. *Ps̄.* [*cl.*] Laudate Dominum in sanctis. Gloria Patri. *an̄.* Preclara laudis themata vivens prelibavit: tolluntur jam enigmata, videt que laudavit. *Capitulum ut in primis Vesperis.* Quemadmodum desiderat cervus. *Ympnus.*

Verbum eternum explicat Ricardum dignum laudibus, dum ipsum sic magnificat fama, signis, virtutibus. *I*n vita totus innocens carnem affligit, macerat, ultro devotos edocens amore Deo federat. *Q*ue sunt superna sapuit, conformans se celestibus, in illis semper studuit crescens sanctis profectibus. *S*anctitatis compendio fit mundo pulcrum speculum, caritatis incendio inflammat Dei populum. *O*mnipotenti Domino salus, honor, imperium, qui nobis sine termino det cum Ricardo premium. Amen. ℣ Ego dilecto meo, et dilectus meus [4] michi. *Re.* Qui pascitur inter lilia. *In Evangelio Antiphona.* O pulcer flos. *ps̄.* Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit. *an̄.* O pulcer flos Libani languens ex amore, tui melos organi sonat cum dulcore: ignis tui clibani flammat ex ardore, nos qui sumus orphani poscas tecum fore. *Oratio ut prius. Ad Primam. Antiphona super Psalmos.* Regem regum. *Sicut ad Laudes. Ad Tertiam. Antiphona super Psalmos.* Servivit in leticia. *Sicut prius ad Laudes. Capitulum ut in primis Vesperis. Collecta.* Deus qui per exempla. *Responsoria, Psalmi, etc. ceterarum Horarum de Communi Unius Confessoris non Pontificis. Ad Sextam. Antiphona super Psalmos.* Ad te de luce vigilans. *ut ad Laudes. Capitulum* [*Cantic. v.* 8].

Adjuro vos filie Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut nuncietis ei quia amore langueo. *Collecta ut supra. Ad Nonam. Antiphona super Psalmos.* Preclara laudis themata. ut prius ad Laudes.

Qualis [*Capitulum Cantic. v.* 9, 10]. est dilectus tuus quia sic adjurasti nos? Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex milibus. *Collecta ut supra. Ad secundas Vesperas. Antiphone super Psalmos, sicut prius*

[1] Cui autem hoc facere: L.

[2] dispositis: L.

[3] The scribe of B. has written here in error *an̄.* Benedicit Dñm.

[4] 'meus' om. L.

Digitized by Google

ad Laudes. Capitulum Quemadmodum. *sicut prius. Antiphona super* Magnificat. O custos innocencie, coruscans gemmis morum, O lumen sapiencie, solamen devotorum, O fotor continencie, forma perfectorum, sis nostre consciencie lima delictorum. *Oratio.* Deus qui per exempla. *Ad missam. Officium.* Os justi meditabitur. *Collecta ut supra. Epistola* [*Sapientie, vii.* 7]. Optavi et datus est michi sensus. *Gradale.* Domine prevenisti. Alleluya. ℣ Pater olim heremita, nunc civis celorum, fac nos puros hic in vita et bonorum morum. *Sequencia.*

*L*audis odas decantemus, toto corde jubilemus, festum est leticie: pauper olim heremita nunc predives est in vita et in statu glorie. *V*itam illam hic mercatus carnis tulit cruciatus datus penitencie : mundi pompas abhorrebat, cuncta vana contempnebat dono sapiencie. *A*rdens intus caritate foris fulsit pietate, docens morum regulam : amor thema fit doctrine et celestis discipline, cor vertens in faculam. *F*ons dulcoris, pir fervoris, vox canoris, vis amoris, sanctum istum efferunt: miris vita presignita,[1] mens mellita, mors munita, celum ei conferunt. *A*d superna conscendit celitus, ubi[2] fixus ejus intuitus, mira vidit, gaudebat spiritus, fiebat hillaritas: dulces voces ad aures intonant, miri meli ympnorum resonant, melis cantus Ricardi consonant, O sancta suavitas. *H*is intentus exultans jubilat, amena lux in mente rutilat, sacros flatus Deus insibilat, dans instinctus optimos : studet, legit, scribit, et supplicat, Deo totum se factis dedicat, mundi dolos et carnis abdicat ut hostes nequissimos. *P*langit hujus vite moram, citam petit mortis horam, vocem oris dat sonoram, Deus lucem da decoram qua te clare videam : summa merces te videre, tibi semper inherere, tu es dulcor vite vere, fons felicitatis mere, fac ut tibi placeam. *M*editando raptus abstrahitur, mente metas carnis egreditur, ut Helias in sursum vehitur curru amoris igneo : rote currus sunt evangelia, venter currus vite mundicia, currum[3] trahunt Christi consilia motu multum idoneo. *P*ellit nocens detrimentum, prestat potens juvamentum,[4] fractis reddens firmamentum, hinc est patens argumentum quod celum hereditat : sanat morbos, favet mestis, et succurrit in molestis, signa supplent vicem testis, cedit ei mortis pestis, defunctos resuscitat. *P*otens pater, nos attende, nos accende, nos defende, ad nos manum tu extende, bona nobis tu impende sanctis tuis precibus : fac nos Deo servitores, da dulcores, auge mores, et post nostros hic labores pande nobis poli fores, jungens celi civibus. *Evangelium Secundum Lucam* [*xij.* 35]. Sint lumbi vestri. *Offertorium.* Desiderium anime ejus tribuisti ei Domine, et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum. *Secreta.* Has nostras oblaciones, quesumus Domine, beati Ricardi heremite precacio sancta tibi reddat acceptas: ut et earum virtute a cunctis protegamur periculis, et indeficienter in tui nominis amore firmemur. Per Dominum. *Communio.* Beatus servus, quem cum venerit Dominus invenerit vigilantem. Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. *Postcommunio.* Sacri corporis et sanguinis Jesu Christi repleti libamine quesumus, Pater omnipotens, ut beati heremite Ricardi precibus tam preciosum convivium nobis salubre reddatur, nutriatque nos medulla suavissime caritatis et pacis quam sumpta sacrificia representant. Per eundem Dominum nostrum.[5]

[1] presignata : L.
[2] 'ubi' om. L.
[3] currunt : L.
[4] juramentum : L.

[5] After this, in the Cotton MS., follows the large portion of *Lectio viij.* (above, p. 36) commencing :—'Post hec sanctus Dei Ricardus.'

Digitized by Google

Incipiunt miracula beati Ricardi heremite.

Dominica infra. *Lectio j.*

Post migracionem autem hujus Sancti Deo tam care dilecti Ricardi Deus non destitit sanctitatem ipsius et gloriam preclaris miraculis hominibus demonstrare. Erat siquidem in villa vicina domui Sanctimonialium de Hampole quidam paterfamilias Rogerus nomine, qui in nocte festi Assumpcionis Virginis matris Dei Marie et duabus sequentibus vidit in sompnis beatum Ricardum heremitam ad se venientem, qui cum eo conferebat[1] de multis. Postea sex noctibus continuis ipso plene vigilante eidem apparuit, et de multis secretis eum aperte edocuit, et in amorem Dei et conceptum sancte devocionis accendit. Statuit igitur in corde suo quod deinceps voluit eundem sanctum gratis obsequiis venerari. Credebat autem quod in hoc ei specialiter complacere posset, si labore suo et jumentorum suorum adveheret lapides pro tumuli sui constructione in ecclesia Sanctimonialium de Hampole, ubi nunc sanctum ipsius corpus reconditur.

[*Lectio ij.*

Dum itaque una dierum predicte pie operacioni insisteret, et duodecim boves pro vectura preparasset, contigit quod cum ad portam cimiterii de Hampole advehendo grandes lapides perveniret, jumenta sua miserabili casu a recto tramite vie declinancia ipso vehiculo ad latus porte colliso predictos lapides super eundem Rogerum cum magno impetu dejecerunt, ipso nullatenus per hoc leso nec conquassionem sui corporis vel dolorem aliquem sencientе, set et pedem ipsius inter illos lapides valde constricte detentum sine ulla pedis vel tibie lesione levavit. Ad continuandam autem memoriam hujus miraculi alter illorum lapidum ad portam cimiterii dimissus est ut ab advenientibus videatur, alter autem in predicti sancti tumulo collocatur. Si quis igitur huic sancto, qui totus dum viveret in amore divino fervebat nichil querens nisi ut Jhesu Christo dilecto suo dulcissimo complaceret, devota servicia velit impendere et ipsum mediatorem et intercessorem ad eundem Christum Jhesum devotis precibus procurare, efficacissimum habet argumentum ex ista historia. Quodsi se ipsum non prebeat obicem suum salubre propositum impetrabit. *Lec. iij.*

Anno eciam Domini milesimo trecentesimo octogesimo primo quidam nomine Johannes compugnando in die Epiphanie Domini cum quodam viro ipsum atrociter impugnante vulneratus est cultello sui adversarii sub mamilla sinistra, ita ut cultellus judicio astancium usque ad cor diceretur infixus. Decidit igitur statim ad terram et mortuus clamabatur ab omnibus: accessit autem ad vulneratum sacerdos ut ei sacramenta salutis more religionis Christiane conferret in casu quo ea suscipere potuisset: set cum percepisset quod in eo nullum vite signum apparuit, plane dixit: Iste homo mortuus est, nec restat nisi orare pro ipsius anima clemenciam Dei nostri. Tunc quidam de assistentibus fortem confidenciam habens in precibus sancti heremite Ricardi dixit sacerdoti: Plica denarium super mortuum offerendum in honorem beati Ricardi, et jube presenti populo ipsius auxilium implorare, ut mortuus iste resuscitetur ad vitam. Fecit sacerdos

[1] From this place to the middle of *Lectio viij.* the text is from the Bodleian MS. alone. The Cotton MS. is injured by fire: and the Lincoln MS. has lost the leaves which contained this portion.

Digitized by Google

juxta verba monentis, et invocabant omnes qui aderant instanter et constanter sanctum Dei Ricardum, et infra spacium unius miliarii revixit homo clamans et asserens se precibus ipsius sanum et incolumem esse factum. Dantur igitur laudes Deo qui pro dilecto suo Ricardo hujusmodi predicanda magnalia operatur.

Quedam mulier vocata [*Lectio iiij.* Johanna vexata demoniis perdidit usum loquele et viribus corporis adeo destituta est et exinanita, quod ab omnibus eam videntibus crederetur non posse ipsam mortem evadere. Una igitur dierum apparuit ei beatissima virgo mater Dei Maria in vestibus valde speciosis et candidis, appropinquans ad ipsam, et in manu sua ducens beatum heremitam Ricardum, qui videns demones vexantes crudeliter mulierem medium se posuit inter ipsam et illos, et abire coegit. Posuitque beatus Ricardus anulum in digito mulieris in signum miraculi et sui salutaris auxilii. Quibus peractis mulier deinceps demonum vexacionem non sensit, set et usum libere loquendi recepit, et ab omni sua infirmitate convaluit.

Simile eciam contigit [*Lectio v.* cuidam mulieri in villa de Wrangbroke prope Hampole, que subito tali infirmitate percussa est quod et sensum perderet et loquelam, nec poterat se movere. Dum ergo jaceret in lecto vidit in plena vigilia sanctum heremitam Ricardum in habitu heremite griseo ad eam venientem et sciscitantem de statu suo et qualiter secum esset. Que confestim ut vocem ejus audivit restituta est sensui et loquele. Mandavit igitur huic mulieri beatus Ricardus quod in crastino convocaret vicinos, qui cum ea venirent aput Hampole et testimonium perhiberent tam sue pristine infirmitatis quam sibi reddite sanitatis. *Lectio vj.*

Aput Morehows eciam Eboracensis diocesis quidam vocatus Thomas Belle permultum tempus infirmatus decubuit, de cujus vita uxor ejus et omnes vicini pariter disperabant. Quadam autem nocte audivit vocem dicentem sibi: Thoma, jube fieri candelam de cera ad pondus dimidie libre, quam statui facias coram ymagine beate virginis in choro ecclesie Sanctimonialium de Hampole, ubi sanctus heremita Ricardus translatus jacebit. Et si hec feceris, scias te recepturum tui corporis sanitatem. Thomas autem hec omnia sue uxori per ordinem enarravit. Paravit illa candelam deferendam aput Hampole tempore oportuno. Post hec uxor ejusdem Thome cum famulis domus adivit ecclesiam, nullo derelicto in domo preter predictum Thomam decumbentem in lecto qui sic solus existens vidit sanctum heremitam Ricardum domum intrantem et ad eum appropiantem, et ipsum de statu suo interrogantem. Qui respondit quod in omnibus bene illi erat preterquam in dorso, in quo graves sensit punctiones et afflictiones. Quo dicto sanctus Ricardus statim se applicavit ad dorsum ipsius decumbentis, et continuo omnis dolor abscessit, et ipse restitutus est integre sanitati.

Anno eciam Domini [*Lectio vij.* millesimo ccc° octogesimo tertio, in festo Assumpcionis virginis gloriose, quedam mulier de Leycestria Ysabella nomine filium quendam habuit etatis quatuor annorum, qui dum ad ludendum pergeret contigit ipsum appropiare ad quendam fontalem puteum, quem dum inspiceret apparuit quod in illo videret fratrem suum, quem quadam naturali compassione commotus querebat extrahere. Cumque ad hoc niteretur et se inclinaret ad fontem, pes ipsius lapsus est et ipse in fontem corruit, in quo jacebat ab hora merediana illius diei usque ad horam tertiam diei immediate sequentis. Tunc autem extractus positus est super

Digitized by Google

ripam fontis, prebens omnibus intuentibus miserandum spectaculum quod talis innocens tali infortunio perderetur. Affuit autem astantibus, non dubium ex divina providencia volente in locis remotis magnificare famam et gloriam sancti sui Ricardi, peregrinus quidam extraneus qui dixit se visitasse sepulcrum sancti heremite Ricardi aput Hampole, ubi Deus ad preces ejus multa stupenda miracula operatur, et quod si vellent amici defuncti pueri rogare ferventer eundem sanctum et promittere sibi aliquem singularem honorem impendere, Deus ad ipsius preces que valde sunt ei in precio puerum resuscitaret ad vitam. Plicabant igitur amici pueri, prout moris est, denarium offerendum pro ipso ad sancti sepulcrum et deprecabantur[1] ipsum devotis precibus et attentis pro puero, et statim revixit puer, et domum incolumis est regressus. *Lectio viij.*

Simile eciam miraculum factum est in villa de Fyselake Eboracensis diocesis de quodam puero Hugone nomine etatis trium annorum, qui corruit in quemdam puteum in quo jacebat per duas horas. Quem mater anxia[2] diligenter perquirens tandem in dicto puteo mortuum reperit eciam omni signo vite privatum. Venit autem in mentem matris ejulantis et flentis quod beatus heremita Ricardus posset sibi filium mortuum reddere vivum, si pro ipso Dominum precaretur. Mensuravit itaque usitato more ad sanctum Ricardum candelam ceream longitudinis defuncti pueri, quam ad tumulum ipsius se peregrinando delaturam promisit: et sine mora puer revixit. Mater autem pueri veniens apud Hampole in festo sancti Johannis Baptiste cum gaudio magno ad laudem Dei et sancti sui Ricardi hoc miraculum omnibus publicavit. *Lectio ix.*

Quidam juvenis nomine Willelmus filius Radulphi filium habuit etatis decem annorum, qui missus erat a patre ad pascendum[3] pecora in pascuis: ubi a serpente in manu dextera morsus, invalescente vigore veneni dissoluta est ejus complexio, et pallor tanquam hominis mortui ipsius faciem occupavit: et ille exsanguis effectus non valens super pedes consistere decidit, ita ut per duas horas ab omnibus circumstantibus mortuus crederetur. Tunc unus assistencium ait: faciamus votum beato heremite Ricardo, quod peregrinando visitabimus ejus tumulum apud Hampole, et confitebimur publice magnificenciam sue potencie apud Deum, si puerum istum procuret a Deo restitui pristine sanitati. Voverunt ergo, et deprecati sunt sanctum pro puero, et statim venenum exiit de vulnere ubi intravit, et puer statim ex toto curatus est. Et illi vota complentes feria tertia in ebdomada Pentecostes venerunt apud Hampole, et sub juramento veritatem hujus miraculi affirmabant.

Feria Secunda. *Lectio j.*

Quidam Johannes nomine filius Willelmi Spynke,[4] octo annos etatis habens, totus contractus in brachiis et cruribus effectus est, in tantum ut super pedes suos stare non posset: qui tandem utens sano consilio vovit Deo et beato heremite Ricardo quod singulis annis peregrinacionem faceret ad ipsius Ricardi sepulcrum, si eum suis precibus restitueret sanitati. Completo autem voto sanus factus est, et in festo apostolorum Philippi et Jacobi primam peregrinacionem complevit, veniens apud Hampole et se plene curatum omnibus manifestans. Quedam eciam mulier Isabella nomine, que per septem annos obsurduit, accedens ad predicti sancti tumulum opem remedii petitura, cum se ibi

[1] et deprecabanturque: B.
[2] The Lincoln MS. contains all the rest of the office.
[3] pascenda: L.
[4] Spynk: L.

Digitized by Google

suis precibus ferventi animo commendasset, in continenti beneficium curacionis accepit. *Lectio ii.*

Quedam mulier vocata Beatrix de civitate Eborum perdidit in festo sanctissime Trinitatis post horam diei undecimam usum omnem et potestatem loquendi usque ad sabbatum quod de proximo sequebatur : quo sabbato predicta Beatrix de matris sue consilio una cum matre venit apud Hampole pro impetracione restitucionis loquele deperdite, ubi procumbens ad tumulum beati Ricardi, et in corde votum faciens, quod si eam sanaret singulis annis sepulcrum ejus visitaret : soluta sunt vincula lingue ejus, et loquebatur diserte et recte magnificans Deum in sancto suo Ricardo qui ei impetraverat gratiam sanitatis.

[*Lectio iij.*

Quedam mulier nomine Juliana de eadem civitate Eboraci, vexata graviter a spiritu demonii muto per dies duodecim, adducta est apud Hampole in Vigilia beati Johannis Baptiste. Cumque ad tumulum beati heremite Ricardi procumberet, sompnus eam arripuit quasi[1] per spacium trium horarum : vidit autem in sompnis, ut sibi apparuit, beatissimam virginem matrem Dei celorum reginam, et beatum Ricardum heremitam eam concomitantem, qui consolatoriis verbis ipsam dormientem alloquebatur, et dixit : advoca sacerdotem cui confitearis ex integro peccata tua, et tunc mente et corpore plene sanaberis. Post hec evigilans recepta loquela ista narravit astantibus, adjungens quod claritas circumfulgens beatissimam virginem et sanctum Dei Ricardum erat tam intensi[2] et tam radiantis splendoris, quod pre fulgore nimio non poterat in ipsis diu defigere aciem oculorum.

Feria Tertia. *Lectio j.*

Quidam nomine Johannes in villa de Sutton prope Hampole, qui per decem annos notorie surdus erat, orans ad Sancti Ricardi tumulum curatus est. Simile miraculum contigit de quadam muliere de civitate Eborum, que ad sancti sepulcrum surda accessit, beneficium audiendi deposcens : cumque cum magna devocione deprecaretur sanctum Ricardum, quedam mulier[3] existens in eadem ecclesia non longe a tumulo predicti sancti audivit strepitum quasi rupture cujusdam pellis membranalis nimis violenter tense. Post quam dirupcionem et strepitum mulier que prius obsurduit se asseruit distinctum sonorum et vocum auditum continuo accepisse. Mulier eciam quedam Alicia nomine a festo beate Katerine usque post Pascha usum loquele perdiderat, veniens in ipsa ebdomada Pasche, et orans ad sancti tumulum perfectum usum loquendi recepit.[4] *Lectio ij.*

In eadem ebdomada Pasche quidam Johannes nomine qui alienatus a sensu totus amens effectus est. Amici autem ejusdem provido utentes consilio ipsum ad sancti Ricardi tumulum adduxerunt orantes devote sanctum Ricardum pro eo : qui statim compos mentis factus est, et domum sanus[5] rediit ad magnam consolacionem omnium amicorum. Simile miraculum virtute Dei factum est ad preces Sancti Ricardi de quadam muliere civitatis Eboraci[6] Agnete nomine, que per tres menses passione amencie tenebatur, que dum per amicos mensurata est[7] ad eundum sanctum, et candela cerea sue longitudinis ad ipsius tumulum deferretur, statim est suo sensui restituta. *Lectio iij.*

Quedam mulier nomine Isabella viginti annis usu alterius oculi omnino erat privata, quesivitque

[1] qd. : L. [2] incensi : L.
[4] cepit : L. [5] statim : L.
[3] mulier is added in the margin of B.
[6] Eborum : L. [7] esset : L.

diligenter beneficio naturalis medicine curari nec[1] poterat. Tandem venit ei in mentem ut peregre proficisceretur ad sepulcrum sancti heremite Ricardi ipsius adjutorium petitura. Fecit ergo quod corde concepit, et veniens ad tumulum precesque devotas effundens ut pro sanitate sua ad Dominum intercedere dignaretur, statimque in eodem loco miraculose recepit ejusdem oculi sanitatem. Mulier eciam quedam de Auston Agnes nomine, que per tres annos obsurduit,[2] ad ejus tumulum orans perfectum recuperavit auditum.

Feria Quarta. *Lectio j.*

In quodam festo beate Marie Magdalene veniens de locis remotis quidam nomine Robertus, qui per tres annos privatus omnino erat lumine oculorum, qui juramento asseruit quod quadam nocte dum jaceret in lecto, et esset quasi[3] inter soporem et vigiliam constitutus, audivit vocem dicentem sibi: Roberte, de mane consurge, et versus Hampole iter tuum arripe, ubi ad tumulum heremite[4] Ricardi clarum visum recipies. Qui letanter complens quod erat sibi admonitum, orans ad tumulum sancti visum recepit fideli sibi revelacione promissum. *Lec. ij.*

Quidam puer quinquennis etate, pulpam pomi masticare querens nec prevalens, propter dilectacionem quam persensit in gustu ipsam voluit deglutire. Sed cum ipsam in guttur attraheret, tractam non potuit deglutire. Sed in ipso gutture per tres dies continuos infixa remansit, unde cum non posset eam vel ejcere vel deglutire, tandem suffocatus est et mortuus. Dum itaque parentes vehementer anxiarentur et dolerent pro puero per spacium medietatis unius diei defuncto, plicaverunt denarium super caput pueri offerendum beato heremite Ricardo: et in brevi revixit, et pulpam sanguinolentam atque abominabilem[5] ad videndum ejecit, restitutus pristine sanitati. *Lectio iij.*

Quidam infans mamillam matris sugere solitus, et quartam[6] anni in etate habens, incipiebat graviter egrotare, in tantum ut alimentum lactis non posset de mamillis matris per plures dies attrahere. Habebat enim in ore ulcus gravissimum quod viam alitus interclusit. Cumque de morte pueri parentes verisimiliter formidarent, sano consilio ducti plicaverunt super puerum unum denarium in honore beati Ricardi. Et in continenti ulcus evanuit, puer lac suxit et plene convaluit.

Feria Quinta. *Lectio j.*

In festo beati Petri ad vincula quedam mulier nomine Johanna veniens apud aquaticum molendinum de Sprotburgh, et pedes incaute ponens decidit prope rotam molendini in fluvium, et per spacium medietatis unius hore vel amplius ibi jacens tandem adjutorio advenientium est extracta, nec aliquod signum vite vel motus in ea apparuit. De consilio autem[7] astancium mensurata est ad sanctum heremitam Ricardum, et statim vite restituta est, gratias agens Deo et sancto pro se[8] deprecatori Ricardo. *Lectio ij.*

Quedam mulier de civitate Dunolmie, duobus annis surditate detenta, peregrinando ad sanctum Dei Ricardum de tam remotis partibus venit ad sancti Ricardi tumulum: ubi ferventi desiderio impetrande salutis orans cum magna devocione

[1] non: L.
[2] obsorduit: B.
[3] 'quasi' om. L.
[4] heremite: added interlineally in B.
[5] abhominabilem: L.
[6] feriam has been added in B., but marked as error.
[7] 'autem' om. L.
[8] L. has been rubbed and altered here by the scribe, so it reads:—'sancto suo deprecatori.'

Digitized by Google

procubuit, et priusquam de sancti sepulcro discederet est curata. Simile eciam contigit de quodam surdo Johanne nomine, qui in festo Purificacionis beate virginis a diutina surditate curatus est, meritis et precibus hujus sancti Dei Ricardi, dum ipsum devotius invocasset. *Lec. iij.*

Quedam mulier graviter laborans in partu tandem peperit abortivum et mortuum, qui per medietatem diei jacebat mortuus et omni signo vite privatus. Cumque mensuratus esset ad sanctum Dei Ricardum, statim ipsius precibus Deo donante vitam accepit. Quidam eciam Johannes nomine prope domum Sanctimonialium de Hampole habitans filiam habuit quatuor annorum nomine Isabellam, que ignorantibus omnibus de domo patris sui casu se posuit super quandam congeriem palearum : ubi cum sompno esset oppressa projecte sunt super eam acervus et strues palearum. Cumque postea fuisset diligenter quesita nec inventa, tandem predictus palearum acervus ab inquirentibus est apertus,[1] et puella nec mirum apparuit mortua. Parentes itaque vehementer ejulabant et flebant, sed in tanta necessitate prudenti et sano sunt usi consilio, mensurantes filiam mortuam ad sanctum heremitam Ricardum : quod cum ex magna confidencia et devocione fuisset completum, statim puella restituta est vite.[2]

[*Antiphone per octavas.*]

An. Mundum immundum mundus considerat, ab ejus curis se plene liberat, soli Deo servire desiderat. *an.* Felix commercium Ricardus efficit, linquens carnalia superna respicit, in hiis letatur et summe proficit. *an.* Pluit Ricardo manna de superis, quo delectatus impendit ceteris sensum dulcedinis divini muneris. *an.* Auget bona, fugat fastidium, horret vana velud excidium, vite sancte querit fastidium.

[*Responsoria ferialia.*]

Re. Homo Dei dum solus habitat, sacris armis tunc Deo militat : Hasta penne hostes suppeditat. ℣ Scutum portat aurate fidei cum quinis rosis coloris rubei : Hasta. *Re.* Paupertas queritur totis precordiis, plene diligitur spretis diviciis : Qua sanctus utitur velud deliciis. ℣ Quo minus possidet major fit dominus, in pace residet, celum est terminus. Qua sanctus. *Re.* Currit per gratiam sanctus in stadio : odit pigritiam fugato ocio. Sic tenet gloriam accepto bravio. ℣ Certans legitime ornatur premio, letatur intime suppremo gaudio. Sic tenet etc.

Finito libro sit laus et gloria Christo. Amen.

[1] apartus : B.

[2] This office in the Bodleian MS. ends here. The ferial Antiphons and Responsories that follow are taken from the Lincoln MS.

Digitized by Google

INDEX ANTIPHONARUM.[1]

[1] In every index what is printed in roman type will be found in the first vol.; while all that is in italic belongs to vol. ii.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX CAPITULORUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX HYMNORUM
ET
SEQUENTIARUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX INVITATORIORUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX PROSARUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX VERSICULORUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THE SURTEES SOCIETY.

REPORT FOR THE YEAR MD.CCC.LXXXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

THE SURTEES SOCIETY.

REPORT FOR THE YEAR MD.CCC.LXXXII.

The Surtees Society has been in existence nearly fifty years, and has issued more than seventy volumes which have been of the utmost value to students in every branch of antiquarian research. Stimulated by her energy, and following her example, kindred Societies have permeated the length and breadth of the land, and the result has been that national as well as local history is beginning to be understood in a way which was quite unknown to the most advanced and able students of the previous generation.

The following publications have been issued since the last Report was drawn up:—1. Two volumes of the Chartulary of Whitby, containing a large number of most valuable evidences, many of them of a very early date. 2. A curious Historical Poem, written in the twelfth century by Lawrence Prior of Durham, describing the condition of that place during the usurpation of William Cumin, the intruding Bishop of that See. 3. The first volume of the York Breviary, a large and important work, a continuation of the old Service Books after the York use. 4. The first volume of the Diaries and Letters of William Stukeley, the antiquary, kinsman of the Gales, and a friend of many of the leading

Digitized by Google

scholars of the day. This volume throws considerable light upon antiquarian discovery and feeling during the last century. 5. The first volume of a Series of Documents illustrating the history of the ancient Minster of Ripon.

The Society regards with especial regret the loss of the valuable services of the Treasurer, Mr. Rowlandson, who, for a long series of years, has been a most efficient officer. Ill-health has at length compelled him to resign the post which he has occupied so long to the advantage of the Society.

Digitized by Google

THE SURTEES SOCIETY,

ESTABLISHED IN THE YEAR 1834,

IN honour of the late Robert Surtees, of Mainsforth, esquire, the author of the History of the County Palatine of Durham, and in accordance with his pursuits and plans; having for its object the publication of inedited Manuscripts, illustrative of the intellectual, the moral, the religious, and the social condition of those parts of England and Scotland, included on the east between the Humber and the Frith of Forth, and on the west between the Mersey and the Clyde, a region which constituted the ancient Kingdom of Northumbria.

NEW RULES AGREED UPON IN 1849; REVISED 1868.

I.—The Society shall consist of not more than three hundred and fifty members.

II.—There shall be a Patron of the Society, who shall be President.

III.—There shall be twenty-four Vice-Presidents, a Secretary, and two Treasurers.

IV.—The Patron, the Vice-Presidents, the Secretary, and the Treasurers shall form the Council, any five of whom, including the Secretary and a Treasurer, shall be a quorum competent to transact the business of the Society.

V.—The twenty-four Vice-Presidents, the Secretary, and the Treasurers shall be elected at a general meeting, to continue in office for three years, and be capable of re-election.

VI.—Any vacancies in the office of Secretary or Treasurers shall be provisionally filled up by the Council, subject to the approbation of the next general meeting.

VII.—Three meetings of the Council shall be held in every year, on the first Tuesday in the months of March, June, and December; and the place and hour of meeting shall be fixed by the Council, and communicated by the Secretary to the members of the Council.

VIII.—The meeting in June shall be the anniversary, to which all the members of the Society shall be convened by the Secretary.

Digitized by Google

IX.—The Secretary shall convene extraordinary meetings of the Council, on a requisition to that effect, signed by not less than five members of the Council, being presented to him.

X.—Members may be elected by ballot at any of the ordinary meetings, according to priority of application, upon being proposed in writing by three existing members. One black ball in ten shall exclude.

XI.—Each member shall pay in advance to the Treasurer the annual sum of one guinea. If any member's subscription shall be in arrear for two years, and he shall neglect to pay his subscription after having been reminded by the Treasurer, he shall be regarded as having ceased to be a member of the Society.

XII.—The money raised by the Society shall be expended in publishing such compositions, in their original language, or in a translated form, as come within the scope of this Society, without limitation of time with reference to the period of their respective authors. All editorial and other expenses to be defrayed by the Society.

XIII.—One volume, at least, in a closely-printed octavo form, shall be supplied to each member of the Society every year, free of expense.

XIV.—If the funds of the Society in any year will permit, the Council shall be at liberty to print and furnish to the members, free of expense, any other volume or volumes of the same character, in the same or a different form.

XV.—The number of copies of each publication, and the selection of a printer and publisher, shall be left to the Council, who shall also fix the price at which the copies, not furnished to members, shall be sold to the public.

XVI.—The armorial bearings of Mr. Surtees, and some other characteristic decoration connecting the Society with his name, shall be used in each publication.

XVII.—A list of the officers and members, together with an account of the receipts and expenses of the Society, shall be made up every year to the time of the annual meeting, and shall be submitted to the Society to be printed and published with the next succeeding volume.

XVIII.—No alteration shall be made in these rules, except at an annual meeting. Notice of any such alteration shall be given, at least as early as the ordinary meeting of the Council immediately preceding, to be communicated to each member of the Society.

Digitized by Google

PUBLICATIONS OF THE SURTEES SOCIETY,

WITH THEIR RESPECTIVE SALE PRICES.

N.B.—Of several of these Volumes the number of copies on hand is very small; some will not be sold except to Members of the Society under certain conditions, and all applications for them must be made to the Secretary.

---

1. Reginaldi Monachi Dunelmensis Libellus de Admirandis Beati Cuthberti Virtutibus. 15s. Edited by Dr. Raine.
2. Wills and Inventories, illustrative of the History, Manners, Language, Statistics, etc., of the Northern Counties of England, from the Eleventh Century downwards. (Chiefly from the Registry of Durham.) Vol. I. Edited by Dr. Raine. (*Only sold in a set.*)
3. The Towneley Mysteries, or Miracle Plays. 15s. Edited by Mr. J. Gordon. The Preface by Joseph Hunter, F.S.A.
4. Testamenta Eboracensia; Wills illustrative of the History, Manners, Language, Statistics, etc., of the Province of York, from 1300 downwards. Vol. I. 25s. Edited by Dr. Raine.
5. Sanctuarium Dunelmense et Sanctuarium Beverlacense; or, Registers of the Sanctuaries of Durham and Beverley. 10s. Edited by Dr. Raine. The Preface by the Rev. T. Chevalier.
6. The Charters of Endowment, Inventories, and Account Rolls of the Priory of Finchale in the County of Durham. 15s. Edited by Dr. Raine.
7. Catalogi Veteres Librorum Ecclesiæ Cathedralis Dunelm. Catalogues of the Library of Durham Cathedral at various periods, from the Conquest to the Dissolution; including Catalogues of the Library of the Abbey of Hulme, and of the MSS. preserved in the Library of Bishop Cosin at Durham. 10s. Edited by Dr. Raine. The Preface by Beriah Botfield, Esq.
8. Miscellanea Biographica; a Life of Oswin, King of Northumberland; Two Lives of Cuthbert, Bishop of Lindisfarne; and a Life of Eata, Bishop of Hexham. 7s. 6d. Edited by Dr. Raine.
9. Historiæ Dunelmensis Scriptores Tres. Gaufridus de Coldingham, Robertus de Greystanes, et Willelmus de Chambre, with the omissions and mistakes in Wharton's edition supplied and corrected, and an Appendix of 665 original Documents, in illustration of the Text. 15s. Edited by Dr. Raine.
10. Rituale Ecclesiæ Dunelmensis; a Latin Ritual of the Ninth Century, with an interlinear Northumbro-Saxon Translation. 15s. Edited by the Rev. J. Stevenson.
11. Jordan Fantosme's Anglo-Norman Chronicles of the War between the English and the Scots in 1173 and 1174. Edited, with a Translation, Notes, etc., by Francisque Michel, F.S.A. 10s.
12. The Correspondence, Inventories, Account Rolls, and Law Proceedings of the Priory of Coldingham. 10s. Edited by Dr. Raine.
13. Liber Vitæ Ecclesiæ Dunelmensis; necnon Obituaria duo ejusdem Ecclesiæ. 10s. Edited by Rev. J. Stevenson.
14. The Correspondence of Robert Bowes, of Aske, Esq., Ambassador of Queen Elizabeth to the Court of Scotland. 10s. Edited by Rev. J. Stevenson.
15. A Description or Briefe Declaration of all the Ancient Monuments, Rites, and Customs belonging to, or being within, the Monastical Church of Durham, before the Suppression. Written in 1593. 10s. Edited by Dr. Raine.
16. Anglo-Saxon and Early English Psalter, now first published from MSS. in the British Museum. Vol. I. 10s. Edited by Rev. J. Stevenson.
17. The Correspondence of Dr. Matthew Hutton, Archbishop of York. With a selection from the Letters of Sir Timothy Hutton, Knt., his son, and Matthew Hutton, Esq., his grandson. 10s. Edited by Dr. Raine.
18. The Durham Household Book; or, the Accounts of the Bursar of the Monastery of Durham, from 1530 to 1534. 10s. Edited by Dr. Raine.
19. Anglo-Saxon and Early English Psalter. Vol. II. 10s. Edited by Rev. J. Stevenson.
20. Libellus de Vita et Miraculis S. Godrici, Heremitæ de Finchale, auctore Reginaldo, Monacho Dunelmensi. 10s. Edited by Rev. J. Stevenson.

Digitized by Google

21. Depositions respecting the Rebellion of 1569, Witchcraft, and other Ecclesiastical Proceedings, from the Court of Durham, extending from 1311 to the reign of Elizabeth. 10s. Edited by Dr. Raine.

22. The Injunctions and other Ecclesiastical Proceedings of Richard Barnes, Bishop of Durham (1577-87). 15s. Edited by Dr. Raine.

23. The Anglo-Saxon Hymnarium, from MSS. of the Eleventh Century, in Durham, the British Museum, etc. 10s. Edited by Rev. J. Stevenson.*

24. The Memoir of Mr. Surtees, by the late George Taylor, Esq. Reprinted from the Fourth Vol. of the History of Durham, with additional Notes and Illustrations, together with an Appendix, comprising some of Mr. Surtees' Correspondence, Poetry, etc. Edited by Dr. Raine. (*Only sold in a set and to a Member.*)

25. The Boldon Book, or Survey of Durham in 1183. 10s. 6d. Edited by Rev. W. Greenwell.

26. Wills and Inventories illustrative of the History, Manners, Language, Statistics, etc., of the Counties of York, Westmerland, and Lancaster, from the Fourteenth Century downwards. From the Registry at Richmond. 14s. Edited by Rev. J. Raine. (*Only sold in a set and to a Member.*)

27. The Pontifical of Egbert, Archbishop of York (731-67), from a MS. of the Ninth or Tenth Century in the Imperial Library of Paris. 11s. Edited by Rev. William Greenwell.

28. The Gospel of St. Matthew, from the Northumbrian Interlinear Gloss to the Gospels contained in the MS. Nero D. IV., among the Cottonian MSS. in the British Museum, commonly known as the Lindisfarne Gospels, collated with the Rushworth MS. 7s. 6d Edited by Rev. J. Stevenson.†

29. The Inventories and Account Rolls of the Monasteries of Jarrow and Monkwearmouth, from their commencement in 1303 until the Dissolution. 10s. Edited by Dr. Raine.

30. Testamenta Eboracensia; or, Wills Illustrative of the History, Manners, Language, Statistics, etc., of the Province of York, from 1429 to 1467. Vol. II. 25s. Edited by Rev. J. Raine.

31. The Bede Roll of John Burnaby, Prior of Durham (1456-64). With illustrative Documents 10s. Edited by Dr. Raine.

32. The Survey of the Palatinate of Durham, compiled during the Episcopate of Thomas Hatfield (1345-82). 10s. Edited by Rev. W. Greenwell.

33. The Farming Book of Henry Best, of Emswell, E.R.Y. 12s. Edited by Rev. C. B. Norcliffe. (*Only sold in a set and to a Member.*)

34. The Proceedings of the High Court of Commission for Durham and Northumberland. 12s. Edited by Mr. W. H. D. Longstaffe.

35. The Fabric Rolls of York Minster. 25s. Edited by Rev. J. Raine.

36. The Heraldic Visitation of Yorkshire, by Sir William Dugdale, in 1665. Edited by Mr. Robert Davies. (*Only sold in a set and to a Member.*)

37. A Volume of Miscellanea, comprising the Letters of Dean Granville, the Account of the Siege of Pontefract by Nathan Drake, and Extracts from the Rokeby Correspondence. Edited by Rev. George Ornsby, Mr. W. H. D. Longstaffe, and Rev. J. Raine. (*Only sold in a set and to a Member.*)

38. A Volume of Wills from the Registry at Durham; a continuation of No. 2. Edited by Rev. W. Greenwell. (*Only sold in a set and to a Member.*)

39. The Gospel of St. Mark, from the Northumbrian Interlinear Gloss to the Gospels contained in the MS. Nero D. IV., among the Cottonian MSS. in the British Museum, commonly known as the Lindisfarne Gospels, collated with the Rushworth MS.; a continuation of No. 28. 7s. 6d. Edited by Mr. George Waring.

40. A Selection from the Depositions in Criminal Cases taken before the Northern Magistrates; from the Originals preserved in York Castle. Sæc. XVII. Edited by Rev. J. Raine. (*Only sold in a set and to a Member.*)

41. The Heraldic Visitation of the North of England, made in 1530, by Thomas Tonge, with an Appendix of Genealogical MSS. Edited by Mr. W. H. D. Longstaffe. (*Only sold in a set and to a Member.*)

42. Memorials of Fountains Abbey. Vol. I. Comprising the Chronicle relating to the Foundation of the House, written by Hugh de Kirkstall; the Chronicle of Abbats, etc.; and an Historical description of the Abbey, with Illustrations. Edited by Mr. J. R. Walbran. (*Only sold in a set and to a Member.*)

43. The Gospel of St. Luke, from the Northumbrian Interlinear Gloss to the Gospels contained in the MS. Nero D. IV., among the Cottonian MSS. in the British Museum, commonly known as the Lindisfarne Gospels, collated with the Rushworth MS.; a continuation of Nos. 28 and 39. 7s. 6d. Edited by Mr. George Waring.

* *Members have the privilege of purchasing the first Twenty-three Volumes, or any of them except Nos. 1, 2, 3, and 4, at one-third of the Prices mentioned above.*

† *The four Volumes which make up this Series will be sold together for £1 1s.*

Digitized by Google

44. The Priory of Hexham, its Chronicles, Endowments, and Annals. Vol. I. Containing the Chronicles, etc., of John and Richard, Priors of Hexham, and Aelred Abbat of Rievaux, with an Appendix of Documents, and a Preface illustrated with Engravings, pp. 604. £2 2s. Edited by Rev. J. Raine.

45. Testamenta Eboracensia; or, Wills illustrative of the History, Manners, Language, Statistics, etc., of the Province of York, from 1467 to 1485. Vol. III. 21s. Edited by Rev. J. Raine.

46. The Priory of Hexham. Vol. II. Containing the Liber Niger, with Charters and other Documents, and a Preface illustrated with Engravings. 10s. Edited by Rev. J. Raine.

47. The Letters, etc., of Dennis Granville, D.D., Dean of Durham, from the Originals recently discovered in the Bodleian Library. Part II. 16s. Edited by Rev. George Ornsby.

48. The Gospel of Saint John, from the Northumbrian Interlinear Gloss to the Gospels in the MS. Nero D. IV. (A continuation of Nos. 28, 39, and 43.) 14s. With Preface and Prolegomena. Edited by Mr. George Waring.

49. The Survey of the County of York, taken by John de Kirkby, commonly called Kirkby's Inquest. Also Inquisitions of Knights' Fees, the Nomina Villarum for Yorkshire, and an Appendix of illustrative Documents, pp. 570. 15s. Edited by Mr. R. H. Skaife.

50. Memoirs of the Life of Ambrose Barnes, Merchant and sometime Alderman of Newcastle-upon-Tyne. 10s. Edited by Mr. W. H. D. Longstaffe.

51. Symeon of Durham. The whole of the Works ascribed to him except the History of the Church of Durham. To which are added the History of the Translation of St. Cuthbert, the Life of S. Margaret, Queen of Scotland, by Turgot, Prior of Durham, etc. Edited by Mr. John Hodgson Hinde. 10s.

52. The Correspondence of John Cosin, Bishop of Durham. Vol. I. 10s. Edited by Rev. George Ornsby.

53. Testamenta Eboracensia. Vol. IV. From 1485 to 1509. (A continuation of Nos. 4, 30, and 45.) 21s. Edited by Rev. J. Raine.

54. The Diary of Abraham De La Pryme, the Yorkshire Antiquary. 15s. Edited by Mr. Charles Jackson.

55. The Correspondence of John Cosin, Bishop of Durham. Vol. II. 15s. Edited by Rev. George Ornsby. (*Only sold in a set and to a Member.*)

56. The Register of Walter Gray, Archbishop of York, 1215-55. 15s. Edited by Rev. J. Raine. (*Only sold in a set and to a Member.*)

57. The Register of the Guild of Corpus Christi in the City of York, containing a full List of its Members. 21s. Edited by Mr. R. H. Skaife. (*Only sold in a set and to a Member.*)

58. Feodarium Prioratus Dunelmensis; a Survey of the Estates of the Prior and Convent of Durham in the 15th Century. 15s. Edited by Rev. W. Greenwell.

59. Missale ad usum insignis Ecclesiæ Eboracensis. The York Missal. Vol. I. 15s. Edited by Dr. Henderson.

60. The same. Vol. II. 15s. By the same Editor.

61. Liber Pontificalis Chr. Bainbridge Archiepiscopi Eboracensis. The York Pontifical. 15s. Edited by Dr. Henderson.

62. The Autobiography of Mrs. Alice Thornton, of East Newton, co. York. Sæc. XVII. 12s. Edited by Mr. Charles Jackson.

63. Manuale et Processionale ad usum insignis Ecclesiæ Eboracensis. The York Manual and Processional. 15s. Edited by Dr. Henderson.

64. Acts of Chapter of the Collegiate Church of SS. Peter and Wilfrid, Ripon, 1452-1506. 15s. Edited by Rev. J. T. Fowler.

65. Yorkshire Diaries and Autobiographies in the Seventeenth and Eighteenth Centuries. 16s. Edited by Mr. Charles Jackson.

66. Cartularium Abbatiæ de Novo Monasterio (Newminster). 15s. Edited by Rev. J. T. Fowler.

67. Memorials of Fountains Abbey. Vol. II., Part 1. Comprising the Royal Charters, and some of the Papal Grants, etc. 10s. Edited by Mr. J. R. Walbran and the Secretary.

68. Selections from the Household Books of the Lord William Howard, of Naworth Castle. 25s. Edited by Rev. George Ornsby.

69. The Chartulary of Whitby. Vol. I. Edited by Rev. J. C. Atkinson. 15s.

70. A Selection from the Poems of Lawrence, Prior of Durham. Sæc. XII. Edited by Rev. J. Raine. 10s.

71. The York Breviary. Vol. I. Edited by Hon. and Rev. Stephen Lawley.

72. The Chartulary of Whitby. Vol. II. Edited by Rev. J. C. Atkinson. 15s.

73. The Life and Correspondence of the Rev. William Stukeley, M.D., the Antiquary. Vol. I Edited by Rev. W. C. Lukis. 25s.

74. Memorials of the Church of Ripon. Vol. I. Edited by Rev. J. T. Fowler. 25s.

Digitized by Google

The Council propose to select their future Volumes out of the following Manuscripts or materials, or from others of a similar character.

1. **The York Breviary. Vol. II. Now being prepared by the Hon. and Rev. Stephen Lawley.**
2. **Yorkshire Diaries, etc. Vol. II. Prepared by Mr. Charles Jackson.**
3. **The Correspondence of William Stukeley, M.D. Vol. II. Now being prepared by Rev. W. C. Lukis.**
4. **Memorials of Ripon. Vol. II. Now being prepared by Rev. J. T. Fowler.**
5. **The Chartulary of Rievaulx. Now being prepared by Rev. J. C. Atkinson.**
6. **The Chartulary of Gisborough. Now being prepared by Mr. William Brown.**
7. **The Correspondence of Thomas Comber, Dean of Durham. Now being prepared by Rev. George Ornsby.**
8. **Testamenta Eboracensia, or York Wills. Vol. V. Now being prepared by Rev. J. Raine.**
9. **The Diaries or Biographical Notices of Archbishops Matthew and Neile, and Lord Crewe, Bishops of Durham. To be edited by Rev. E. H. Adamson.**
10. **The Account Rolls, etc., of Durham (Trinity) College, Oxford. To be edited by Rev. Canon Stubbs.**
11. **The Lords of the Soil of the County of Durham, from the earliest period to the Reformation, comprising the descent of the estates, with engravings of seals, etc. To be edited by Mr. W. H. D. Longstaffe and Rev. W. Greenwell.**
12. **A Life of St. Cuthbert, in English Verse, from the Original in the Library at Castle Howard.**
13. **The Articles and Injunctions of the Bishops and Archdeacons within the Province of York from the earliest period to 1662.**
14. **The Inquisitions Post Mortem for the North of England, from the Originals at London.**
15. **A Volume of Extracts from the Depositions preserved in the Ecclesiastical Court at York, from the Fourteenth Century downwards.**
16. **Bishop Hatfield's Register.**
17. **A Collection of Letters and Papers relating to the Dissolution of the Northern Monasteries, the Proceedings of the Visitors, and the Opposition of the Monks.**
18. **The Annals of the Pilgrimage of Grace, derived from Unpublished Documents of the greatest interest and curiosity in the State Paper Office and the British Museum.**
19. **Memorials of Kirkstall Abbey; the History of its Foundation; the Chronicle of Kirkstall; and Extracts from the Charter Book of that ancient House.**
20. **Selections from the Yearly Rolls of the Bursar of the Monastery of Durham, beginning in 1270.**
21. **The Charters, Account Rolls, and Chronicle of Selby Abbey.**
22. **St Mary's Abbey, York, its Annals, by Abbot Simon de Warwick; with Extracts from the Chartularies.**
23. **The Evidences of the ancient Family of Calverley, from the Originals in the British Museum.**
24. **The Autobiography of Anne, Countess of Pembroke, Dorset, and Montgomery, with other Documents relating to the House of Clifford.**
25. **The Correspondence of Thomas Baker (the "Coll. Jo. socius ejectus") with the Literary Men of his day.**
26. **A Glossary of Ancient North Country Words to illustrate and explain, especially, the Works already published by this Society.**

Digitized by Google

LIST OF OFFICERS AND MEMBERS, 1883.

PATRON AND PRESIDENT.

His Grace the Duke of Buccleuch and Queensberry, K.G., etc.

VICE-PRESIDENTS.

J. W. Barnes, Durham.
William Beamont, Warrington.
John Booth, Durham.
Thomas Brooke, Armitage Bridge, Huddersfield.
Rev. Provost Consitt, Durham.
James Crossley, President of the Chetham Society, Manchester.
Rev. Canon Cundill, Durham.
The Lord Bishop of Durham, Auckland Castle.
Rev. J. T. Fowler, Durham.
Rev. William Greenwell, Durham.
Edward Hailstone, Walton Hall, Wakefield.
William Henderson, St. Leonards-on-the-Sea.
Rev. W. G. Henderson, Leeds.
The Lord Houghton.
The Very Rev. W. C. Lake, Dean of Durham.
W. H. D. Longstaffe, Gateshead.
Rev. H. R. Luard, Cambridge.
Rev. Canon Ornsby, Fishlake, Doncaster.
Richard Lawrence Pemberton, Hawthorn Towers, Seaham.
T. W. U. Robinson, Houghton-le-Spring, Durham.
Rev. Canon Stubbs, Oxford.
Rev. Canon Whitley, Bedlington, Newcastle-on-Tyne.

SECRETARY.

Rev. James Raine, York.

TREASURERS.

J. W. Barnes, Durham.
Rev. J. T. Fowler (Junior).

MEMBERS, WITH THE DATES OF THEIR ADMISSION.*

Rev. E. H. Adamson, M.A., St. Alban's Parsonage, Gateshead. 14th December, 1860.
Sidney Oldall Addy, Sheffield. 7th December, 1880.
William Aldam, Frickley Hall, Doncaster. 13th December, 1862.
William Amhurst Tyssen Amherst, M.P., Didlington Hall, Brandon, Norfolk. 1st December, 1868.
John Reed Appleton, F.S.A., Western Hills, Durham. 15th December, 1859.
George John Armytage, F.S.A., Kirklees Park, Brighouse. 2nd June, 1868.

* The number of three hundred and fifty members, to which the Society is limited, is generally full. Judging from past experience there will be ten or twelve vacancies every year, and these will be regularly filled up. New Members will be elected by the Council according to priority of application, unless the son or representative of a deceased Member wishes to be chosen in his place. This list is corrected up to Jan. 1883.

Digitized by Google

Rev. J. C. Atkinson, Danby, Yarm. 7th December, 1869.
J. E. Backhouse, Middleton-Tyas, Richmond. 5th June, 1877.
J. E. Bailey, F.S.A., Egerton Villa, Stretford, Manchester. 3rd June, 1879.
Charles Baker, F.S.A., 11 Sackville Street, London. 13th December, 1861.
E. B. Wheatley Balme, Cote Walls, Mirfield. 8th December, 1863.
Rev. J. Barmby, B.D., Pittington, Durham. 4th March, 1873.
J. W. Barnes, F.S.A., Durham. 7th March, 1865. (*Vice-President*, 1870–83. *Treasurer*, 1882–3.)
William Beamont, Oxford Hall, Warrington. 28th December, 1843. (*Vice-President*, 1881–3.)
Wentworth B. Beaumont, M.P., Dilston Hall, Corbridge-on-Tyne. 14th March, 1862.
Alfred Bell, 49 Lincoln's Inn Fields, London. 31st May, 1849.
George Bell, York Street, Covent Garden, London. 1st March, 1864.
Rev. W. R. Bell, Mickleton Vicarage, Darlington. 1st June, 1869.
Edmund Bishop, 4 Lancaster Terrace, Regent's Park, London. 1st December, 1874.
Sir Edward Blackett, Bart., Matfen, Newcastle-on-Tyne. 15th December, 1859.
Robert Blair, South Shields. 4th December, 1877.
John Booth, Durham. 18th June, 1862. (*Vice-President* and *Local Secretary*, 1864–83.)
Rev. W. Consitt Boulter, F.S.A., Inchgarth, Malvern Link. 1st June, 1869.
John Bowes, Streatlam Castle, Durham.†
Robert Bowes, Cambridge. 5th March, 1878.
The Ven. Archdeacon Boyd, M.A., Arncliffe, Skipton-in-Craven. 7th March, 1865.
The Viscount Boyne, Brancepeth Castle, Durham. 4th June, 1873.
William Bragge, F.S.A., Shirle Hill, Hamstead Road, Birmingham. 1st December, 1874.
Thomas Brooke, F.S.A., Armitage Bridge, Huddersfield. 14th December, 1860. (*Vice-President*, 1881–3.)
Douglas Brown, Q.C., 7 Marloes Road, Kensington, London. 11th March, 1858.
Rev. John Collingwood Bruce, LL.D., F.S.A., etc., Newcastle-on-Tyne. 6th June, 1856.
George Buchannan, Whitby. 6th June, 1876.
The Duke of Buccleuch and Queensberry, K.G., etc., Dalkeith. (*The first President of the Society*, 1834–7. *President*, 1865–83.)†
Rev. W. E. Buckley, M.A., Middleton Cheney, Banbury. 13th March, 1851.
Robert Anthony Burrell, Fairthorne, Botley, Hants. 17th June, 1861.
Thomas Burton, Turnham Hall, Selby. December, 1857.
C. H. Cadogan, Brinkburn Priory, Morpeth. 4th June, 1867.
Rev. Thomas Calvert, B.A., 92 Lansdown Place, Brighton. 13th December, 1862.
Rev. T. W. Carr, Barming Rectory, Maidstone. 13th December, 1861.
William Carr, M.A., Little Gomersal, Leeds. 5th December, 1865.
Edward John Cayley, Wydale, Scarbro'. 13th December, 1861.
Rev. Reginald Arthur Cayley, Scampton, Lincoln. 13th December, 1861.
S. J. Chadwick, The Knowle, Mirfield. 6th December, 1881.
William Chadwick, Arksey, Doncaster. 5th December, 1865.
Edmund Chambers, The Hurst, Alfreton, Derbyshire. 7th December, 1869.
H. M. Chapman, 5 Sheffield Gardens, Kensington, London. 6th June, 1882.
J. H. Chapman, 38 St. Charles' Square, North Kensington, London. 6th March, 1877.
Rev. Edward Cheese, M.A., Haughton-le-Skerne, Darlington. 6th December, 1870.

† Those gentlemen to whose names a cross is appended have been Members of the Society since its foundation in 1834. Three only of the original Members survive, viz.—the President Mr. John Bowes, and Mr. Whitley.

Digitized by Google

Thomas Chorlton, 32 Brazenose Street, Manchester. 2nd December, 1879.
Edward Thomas Clark, Cowick, Selby. 7th December, 1880.
G. D. A. Clark, Belford Hall, Belford. 1st December, 1874.
Rev. John Haldenby Clarke, M.A., West Dereham, Brandon, Norfolk. 5th December, 1865.
J. W. Clay, Rastrick, Brighouse. 2nd June, 1868.
John Clayton, The Chesters, Hexham. 8th December, 1853.
The Duke of Cleveland, Raby Castle, Staindrop. September 1841.
Rev. H. G. Wandesford Comber, Scarbro'. 2nd March, 1875.
Thomas Comber, Leighton, Parkgate, Chester. 1st June, 1875.
Rev. Provost Consitt, Durham. 1st June, 1869. (*Vice-President*, 1881–3.)
W. H. Cooke, M.A., Q.C., F.S.A., 42 Wimpole Street, London. 6th June, 1855.
R. W. Cooper, Newcastle-on-Tyne. 5th December, 1882.
John Coppin, Bingfield House, Corbridge-on-Tyne. 2nd June, 1874.
Rev. G. E. Corrie, D.D., Master of Jesus College, Cambridge. 28th December, 1837.
Hugh Cowie, Chancellor of the Diocese of Durham, 2 Temple Gardens, London. 6th December, 1881.
Joseph Crawhall, Newcastle-on-Tyne. 3rd March, 1868.
Ralph Creyke, M.P., Rawcliffe Hall, Goole. 7th December, 1880.
R. Cross, Melford House, Bakewell. 6th December, 1864.
James Crossley, F.S.A., President of the Chetham Society, Stocks House, Chetham Hill, Manchester. 11th March, 1858. (*Vice-President*, 1861–83.)
Rev. Canon Cundill, D.D., Durham. 31st May, 1849. (*Vice-President*, 1849–83.)
J. B. Dale, Westoe, South Shields. 7th June, 1881.
Rev. James J. Dand, Chieveley Vicarage, Newbury. 6th June, 1876.
Rev. J. W. Darnbrough, M.A., South Otterington, Thirsk. 6th December, 1864.
Rev. William Darnell, M.A., 46 Pevensey Road, St. Leonards-on-the-Sea. 5th December, 1865.
Rev. H. Deane, St. John's College, Oxford. 2nd December, 1873.
Robert Richardson Dees, Wallsend, Newcastle-on-Tyne. 15th December, 1859.
John Norton Dickons, Bradford. 4th June, 1873.
Sir George Duckett, Bart., Newington House, Wallingford, Oxon. 7th December, 1869.
The Lord Bishop of Durham, Auckland Castle. 3rd June, 1879. (*Vice-President*, 1883.)
Rev. Joseph Edleston, D.C.L., Gainford, Darlington. 8th December, 1863.
Edmund Viner Ellis, Gloucester. 17th June, 1861.
William Viner Ellis, Minsterworth, Gloucester. 30th December, 1858.
Ralph Carr Ellison, Dunstan Hill, Gateshead. 26th September, 1844.
Charles Elsley, New Building, Thirsk. 5th December, 1865.
Mrs. Errington, High Warden, Hexham. 2nd December, 1879.
The Most Rev. Archbishop Eyre, Beamont Gardens, Glasgow. 11th December, 1856.
F. R. Fairbank, M.D., Doncaster. 3rd December, 1878.
Rev. M. T. Farrer, Ingleborough, Lancaster. 2nd December, 1879.
Miss ffarrington, Worden Hall, Preston. 2nd December, 1860.
Chr. J. F. Fawcett, 8 King's Bench Walk, Temple, London. 5th December, 1882.
Rev. W. A. Fearon, M.A., Head Master of the Grammar School, Durham. 5th December, 1882.
R. S. Ferguson, M.A., F.S.A., Lowther Street, Carlisle. 7th December, 1875.
Gerard Ford, 8 Lincoln's Inn Fields, London. 5th December, 1865.
Rev. J. T. Fowler, M.A., F.S.A., Bishop Hatfield's Hall, Durham. 4th June, 1872. (*Vice-President*, 1872–83. *Treasurer*, 1883.)
Alfred Scott Gatty, Rouge Dragon, Heralds' College, London. 7th March, 1876.
Henry H. Gibbs, St. Dunstan's, Regent's Park, London. 15th December, 1859.
Rev. William Greenwell, D.C.L., F.R.S., etc., Durham. 28th September, 1843. (*Treasurer*, 1843–9; *Vice-President*, 1849–83.)

Digitized by Google

W. Gregson, Baldersby, Thirsk. 1st March, 1881.
Edward Hailstone, F.S.A., Walton Hall, Wakefield. May, 1846. (*Vice-President*, 1874-83.)
Philip Charles Hardwick, F.S.A., 2 Hereford Gardens, Park Lane, London. 14th March, 1850.
William Harrison, Ripon. 2nd June, 1868.
Rev. S. Curling Hayward, Irvinestown, Fermanagh. 6th December, 1881.
Alfred Heales, F.S.A., The Chimes, Streatham Common, London. 3rd December, 1867.
John Carlen Heath, 11 Westbourne Crescent, London. 4th June, 1873.
William Henderson, 24 Warrior Square, St. Leonards-on-the-Sea. 27th May, 1847. (*Treasurer*, 1847-58; *Vice-President*, 1858-83.)
Rev. W. G. Henderson, D.D., Head Master of Leeds Grammar School. 31st May, 1849. (*Secretary*, 1849-52; *Vice-President*, 1872-83.)
Sir Farrer Herschell, Q.C., M.P., H.M. Solicitor-General, 11 New Court, Lincoln's Inn, London. 1st June, 1875.
J. R. Westgarth Hildyard, Hutton Bonville Hall, Northallerton. 1st December, 1868.
Richard Wellington Hodgson, North Dene, Gateshead. 11th December, 1856.
Rev. Henry Holden, D.D., South Luffenham, Stamford. 16th June, 1858.
Rev. H. C. Holmes, Birkby Rectory, Northallerton. 4th December, 1877.
The Right Hon. A. J. B. Hope, M.P., etc., Connaught Place, Hyde Park, London. 15th December, 1859.
Rev. H. J. Hotham, Trinity College, Cambridge. 5th December, 1871.
The Lord Hotham, Dalton Holme, Hull. 3rd December, 1872.
The Lord Houghton, Fryston Hall, Pontefract. 30th December, 1858. (*Vice-President*, 1876-83.)
George Howard, M.P., Castle Howard, York. 2nd December, 1879.
W. E. Howlett, Kirton-in-Lindsey. 5th December, 1876.
Rev. G. A. W. Huddart, Kirklington, Ripon. 5th December, 1882.
Henry Arthur Hudson, Clifton, York. 7th March, 1865.
William Hughes, 140 Wardour Street, London. 7th March, 1865.
Mrs. Humble, Athole Street, Perth. 4th March, 1879.
Edward Hutchinson, Darlington. 7th December, 1869.
Joseph Hutchinson, Durham. 6th December, 1864.
Joshua H. Hutchinson, 42 Lancaster Gate, London. 5th March, 1878.
John Hutton, Solberge, Northallerton. 4th June, 1878.
John Darcy Hutton, Marske Hall, Richmond, Yorkshire. 6th December, 1881.
Rev. Dr. Hymers, Brandesburton, Hull. 30th December, 1858.
Sir Henry Ingilby, Bart., Ripley Castle, Ripon. 15th December, 1859.
William Jackson, Fleetham House, St. Bees, Whitehaven. 7th March, 1865.
Sir Walter James, Bart., Betteshanger, Sandwich. 5th December, 1865.
Henry Jenkyns, Riverside, Palace Road, East Moulsey. 4th March, 1879.
Hubert E. H. Jerningham, M.P., Longridge Tower, Berwick-on-Tweed. 1st March, 1881.
Rev. J. Johnson, Hutton Rudby, Yarm. 11th December, 1856.
James Joicey, Orchard House, Gateshead-on-Tyne. 5th December, 1882.
Thomas Jones, Durham. 7th December, 1880.
Rev. J. W. Kemp, M.A., St. John's, Kennington. 8th December, 1853.
John Henry Le Keux, Durham. 13th December, 1861.
John Kidson, Sunderland. 4th June, 1873.
Rev. Francis Kirsopp, Hexham. 7th March, 1865.
Rev. C. Knowles, Wintringham, Brigg. 1st December, 1874.
The Very Rev. W. C. Lake, D.D., Dean of Durham. 1st March, 1870. (*Vice-President*, 1870-83.)
The Hon. and Rev. Stephen Willoughby Lawley, M.A., Baynards, Horsham. 8th December, 1863.
William Lawton, Nunthorp, York. 1st March, 1870.

Digitized by Google

Edward Leadbitter, The Spital, Hexham. 1st December, 1874.
J. D. Leader, Oakburn, Broomhall Park, Sheffield. 7th December, 1875.
John T. Leather, Middleton Hall, Belford. 9th December, 1869.
Rev. Thomas Lees. Wreay Vicarage, Carlisle. 6th June, 1871.
William Lees, 10 Norfolk Street, Manchester. 1st December, 1874.
LIBRARIES AND PUBLIC INSTITUTIONS:
The University of Aberdeen. 1st March, 1881.
The Imperial Library, Berlin. 14th March, 1863.
The Birmingham Free Library. 3rd March, 1874.
The Boston Athenæum, U.S.A. 1st March, 1870.
The Peabody Institute, Boston, U.S.A. 4th March, 1873.
Christ's College, Cambridge. 13th December, 1862.
Trinity College, Cambridge. 5th June, 1866.
The Royal Library at Copenhagen. 14th March, 1863.
The Dean and Chapter of Durham. 1st June, 1869.
The University of Durham. 16th June, 1858.
The Advocates' Library, Edinburgh. 13th March, 1851.
The Signet Library, Edinburgh. 6th December, 1864.
The Mitchell Library, Glasgow. 4th December, 1877.
The University of Glasgow. 3rd March, 1874.
The University of Göttingen. 8th December, 1863.
The Hull Subscription Library. 14th March, 1862.
The Leeds Library, Commercial Street, Leeds. 11th December, 1856.
The Dean and Chapter of Lincoln. 7th June, 1881.
The Liverpool Athenæum. 6th June, 1855.
The Liverpool Free Library. 3rd March, 1874.
The Society of Antiquaries, London. 1st March, 1864.
The Athenæum Club, Pall Mall, London. 13th December, 1861.
The Honourable Society of Gray's Inn, London. 2nd June, 1874.
The Guildhall Library, London. 1st December, 1874.
The Honourable Society of Lincoln's Inn, London. 13th March, 1851.
The London Library, 12 St. James's Square, London. 13th March, 1851.
The Library of the Oratory, South Kensington, London. 7th June, 1881.
The Royal Institution, London. 4th June, 1872.
Sion College, London. December, 1857.
The Statistical Society, 12 St. James's Square. London. 30th December, 1858.
The Honourable Society of the Inner Temple, London. 3rd December, 1867.
The Honourable Society of the Middle Temple, London. 1st December, 1868.
The Chetham Library, Manchester. December, 1857.
The Manchester Free Library. 3rd December, 1867.
Owen's College, Manchester. 7th March, 1871.
The Royal Library at Munich. 14th March, 1863.
The Society of Antiquaries, Newcastle-on-Tyne. 24th September, 1853.
The Literary and Philosophical Society, Newcastle-on-Tyne. 17th March, 1855.
The Nottingham Free Library. 1st March, 1881.
St. Mary's College, Oscott. 4th December, 1877.
Exeter College, Oxford. 5th March, 1878.
St. John's College, Oxford. 14th March, 1863.
Magdalen College, Oxford. 18th June, 1862.
Queen's College, Oxford. 2nd March, 1875.
La Bibliothèque Nationale, Paris. 6th December, 1881.
The Imperial Library, St. Petersburgh. 14th March, 1863.
The Corporation of Philadelphia, U.S.A. 5th December, 1882.
Dr. Shepherd's Library, Preston. 6th December, 1864.
The Dean and Chapter of Ripon. 3rd March, 1874.
The Proprietors of the Ripon Public Rooms. 14th December, 1860.
The Scarborough Philosophical Society. 7th December, 1880.
The Sheffield Free Library. 1st March, 1881.

Digitized by Google

LIBRARIES AND PUBLIC INSTITUTIONS—*continued.*

The South Shields Free Library. 1st June, 1875.
St. John's College, Stonyhurst. 4th March, 1873.
The President of St. Cuthbert's College, Ushaw, Durham. September, 1838.
The Imperial Library, Vienna. 14th March, 1863.
St. Edmund's College, Old Hall Green, Ware. 8th December, 1863.
The Library of the Congress, Washington, U.S.A. 2nd December, 1873.
Yale College, Connecticut, U.S.A. 7th March, 1876.
The Dean and Chapter of York. 13th March, 1857.
The Literary and Philosophical Society, York. 7th December, 1880.
The Subscription Library, York. 16th March, 1861.
The Yorkshire Archæological Association. 3rd March, 1868.
The Yorkshire Architectural Society. 7th March, 1871.

The Marquis of Londonderry, Wynyard, Durham. 17th March, 1855.
William Hylton Dyer Longstaffe, Gateshead. 17th March, 1855. (*Vice-President*, 1859-83 ; *Local Secretary*, 1858-83.)
Rev. J. L. Low, M.A., Whittonstall, Stocksfield-on-Tyne. 16th June, 1858.
Rev. Dr. Luard, Registrary of the University of Cambridge. 24th June, 1859. (*Vice-President*, 1878-83.)
Rev. W. C. Lukis, Wath, Ripon. 7th June, 1881.
Rev. Dr. Lumby, Merton House, Grantchester, Cambridge. 5th March, 1872.
David Macbeath, Old Charlton, Kent. 15th March, 1860.
Rev. W. C. Macfarlane, M.A., Dorchester, Wallingford. 7th June, 1864.
John Whitefoord Mackenzie, W.S., Vice-President S.A. Scotland, and M.R.S.N.A. Cop., 16 Royal Circus, Edinburgh. 14th July, 1835.
R. Bownas Mackie, M.P., St. John's, Wakefield. 7th March, 1871.
Messrs. Macmillan and Co., Cambridge. 7th March, 1865.
Henry Maddison, The Lindens, Darlington. 7th March, 1871.
Samuel Margerison, Calverley, Leeds. 1st March, 1881.
E. Gleadowe Marshall, Durham. 5th December, 1882.
James Melrose, Clifton Croft, York. 7th December, 1875.
John Henry Metcalfe, The Cottage, Leyburn. 6th June, 1871.
Walter Charles Metcalfe, F.S.A., 10 Lupus Street, London, S.W. 13th Dec. 1862.
J. T. Micklethwaite, F.S.A., 15 Dean's Yard, London. 1st December, 1874.
R. Middlemas, Alnwick. 2nd December, 1873.
Samuel Milne Milne, Calverley House, Leeds. 3rd December, 1878.
C. T. J. Moore, Frampton Hall, Boston. 25th February, 1859.
M. T. Morrall, Balmoral House, Matlock Bank, Derbyshire. 16th March, 1861.
W. W. Morrell, York. 3rd March, 1868.
Walter Morrison, 77 Cromwell Road, London. 1st March, 1864.
Henry Thomas Morton, Biddick Hall, Durham. 5th December, 1882.
W. Magson Nelson, Wood Lea, Cliff Road, Leeds. 4th June, 1867.
The Lord Bishop of Newcastle, Benwell Towers, Newcastle-on-Tyne. 5th December, 1882.
William Newsome, Major R.E., Gravesend. 7th December, 1869.
Thomas S. Noble, Lendal, York. 5th December, 1865.
Rev. Charles Best Norcliffe, M.A., Langton Hall, Malton. 12th March, 1852.
The Duke of Northumberland, Alnwick Castle. 6th June, 1865.
John R. Ord, Haughton Hall, Darlington. 30th December, 1858.
Rev. George Ornsby, M.A., Canon of York, Fishlake, Doncaster. 24th June, 1858. (*Vice-President*, 1873-83.)
Rev. Sir F. A. G. Ouseley, Bart., M.A., Christ Church, Oxford. 11th Dec. 1856.
Rev. Thomas Parkinson, North Otterington, Northallerton. 5th March, 1872.
J. W. Pashley, Morton Hall, Gainsborough. 4th December, 1877.
Edward Peacock, F.S.A., Bottesford Manor, Brigg. 10th June, 1857.
Albert H. Pearson, 29 Ashley Place, Westminster. 4th June, 1867.
Sir Joseph Whitwell Pease, Bart., M.P., Hutton Hall, Guisborough. 6th June, 1876.

Digitized by Google

Richardson Peele, Durham. 1st June, 1869.
Richard Lawrence Pemberton, Hawthorn Tower, Seaham. 13th December, 1855. (*Vice-President*, 1857-83.)
Hugh Penfold, Rustington, Littlehampton. 14th March, 1862.
Rev. G. H. Philips, M.A., Canon of York, Brodsworth, Doncaster. 30th December, 1858.
T. R. M. Plews, The Woodlands, Darlington. 5th March, 1878.
Sir Henry Pottinger, Bart., The Hermitage, Chester-le-Street. 3rd June, 1879.
Francis S. Powell, Old Horton Hall, Bradford. 7th June, 1864.
John Proud, Bishop-Auckland, Durham. 6th June, 1871.
Mrs. Pulleine, Clifton Castle, Bedale. 3rd June, 1879.
The Very Rev. Arthur P. Purey-Cust, D.D., Dean of York. 7th December, 1880.
Rev. James Raine, D.C.L., Canon of York. 12th March, 1852. (*Secretary*, 1854-83.)
J. R. Raines, Burton Pidsea, Hull, 14th December, 1860.
Sir J. W. Ramsden, Bart., M.P., Byrom Hall, South Milford, Yorkshire. 14th March, 1862.
Peter Redpath, Montreal. 6th June, 1876.
Rev. H. R. Reynolds, Exeter. 7th June, 1881.
Godfrey Rhodes, Westhaugh, Pontefract. 1st March, 1864.
Henry Richardson, Penrith. 2nd June, 1874.
The Marquis of Ripon, Studley Royal, Ripon. 15th December, 1859.
William Rivington, 29 Phillimore Gardens, London. 15th December, 1859.
T. W. U. Robinson, F.S.A., Houghton-le-Spring, Durham. 14th December, 1860. (*Vice-President*, 1876-83.)
Henry Robson, Durham. 5th June, 1877.
Rev. Thomas Rogers, M.A., Durham. 2nd June, 1874.
Ralph Rookby, Cecil Cottage, Ware. 2nd December, 1879.
Samuel Rowlandson, Durham. September, 1841. (*Treasurer*, 1858-82.)
J. B. Rudd, Tollesby Hall, Middlesborough. 13th March, 1857.
John Sampson, York. December, 1857.
Simon Thomas Scrope, Danby Hall, Bedale. 16th June, 1858.
G. R. Sheraton, Sedgfield, Durham. 1st December, 1868.
Henry Silvertop, Minsteracres, Gateshead. 21st May, 1849.
Rev. T. F. Simmons, M.A., Canon of York, Dalton Holme, Hull. 7th December, 1869.
R. H. Skaife, Holgate Road, York. 6th December, 1864.
F. W. Slingsby, Ravenshaw, Skipton-in-Craven. 3rd December, 1878.
Mrs. Taylor Smith, Broadwood, Satley, Darlington. 7th June, 1870.
Thomas Taylor Smith, Greencroft Park, Lanchester. 4th March, 1873.
George F. Smurthwaite, Richmond, Yorkshire. 4th March, 1879.
George Stephens, Professor of English Literature in the University of Copenhagen. 24th September, 1853.
Rev. Canon Stubbs, D.D., Professor of Modern History in the University of Oxford. 13th March, 1851. (*Local Secretary*, 1862-88; *Vice-President*, 1869-83.)
Charles Freville Surtees, Mainsforth, Ferryhill. 15th December, 1859.
Henry Edward Surtees, The Grove, Bishop-Auckland. 10th June, 1857.
Lady Surtees, Silkmore House, Stafford. 2nd June, 1868.
Rev. Scott F. Surtees, M.A., Manor House, Dinsdale-on-Tees, Darlington. 14th December, 1860.
William Edward Surtees, M.A., Tainfield House, Taunton. 15th March, 1860.
Sir John Swinburne, Bart., Capheaton, Newcastle-on-Tyne. 5th June, 1866.
G. E. Swithinbank, Ormleigh, Anesley Park, Surrey. 14th December, 1860.
Christopher Sykes, M.P., Brantingham Thorpe, Hull. 15th December, 1859.
John Sykes, M.D., Doncaster. 24th June, 1859.
Sir Henry Taylor, The Roost, Bournemouth. 6th June, 1852.

Digitized by Google

Thomas Greenwood Teale, Leeds. 8th December, 1853. (*Local Secretary*, 1862-83.)
A. C. Tempest, Coleby Hall, Lincoln. 3rd June, 1879.
W. F. Tempest, Park Hall, Spink Hill, Chesterfield. 4th December, 1866.
F. J. Thairlwall, 169 Gloucester Road, Regent's Park, London. 3rd December, 1875.
Henry Thompson, 89 Jesmond Road, Newcastle-on-Tyne. 4th June, 1873.
Mrs. M. B. Thompson, The Grove, Allerton, Liverpool. 3rd March, 1874.
William Thwaites, Ripon. 7th June, 1864.
G. W. Tomlinson, Secretary to the Yorkshire Archæological Society, The Elms, Huddersfield. 5th December, 1882.
Rev. W. H. Trendell, Worlaby, Brigg, Lincolnshire. 7th December, 1875.
Sir C. E. Trevelyan, Bart., 8 Grosvenor Crescent, London. 3rd June, 1879.
Rev. Canon Tristram, D.D., Durham. 6th June, 1876.
H. J. Trotter, Langton Grange, Gainford, Darlington. 4th June, 1867.
Edmund H. Turton. Upsall Castle, Thirsk. 13th December, 1861.
George Markham Tweddell, Rose Cottage, Stokesley. 6th December, 1864.
Robert T. J. Usher, Orchard House, Jesmond, Newcastle-on-Tyne. 2nd June, 1874.
Rev. W. Valentine, Whixley, York. 2nd June, 1874.
Rev. Canon Vavasour, St. Wilfrid's, Ripon. 8th December, 1862.
Henry Wagner, F.S.A., 13 Half Moon Street, Piccadilly, London. 4th December, 1877.
John Walker, Eastfield House, Corbridge-on-Tyne. 2nd December, 1879.
Rev. Dr. Wallace, 60 Carey Street, Lincoln's Inn, London. 1st December, 1868.
Rev. Walter Walsh, Folkington Rectory, Polegate. 2nd December, 1879.
Mrs. Waring, care of Rev. W. G. Green, Tower Lodge, Belton Road, Rugby. 4th March, 1879.
Rev. J. B. Wayte, Markington Hall, Ripley. 7th December, 1875.
Christopher M. Webster, Pallion, Bishopwearmouth. 15th December, 1858.
Rev. F. G. Wesley, Hamsteels, Durham. 5th December, 1882.
E. A. White, F.S.A., Old Elvet, Durham. 5th December, 1876.
Rev. C. T. Whitley, D.D., Bedlington, Newcastle-on-Tyne.† (*Vice-President*, 1836-83.)
Joseph Wilkinson, Town Clerk, York. 14th March, 1862.
Edmund Wilson, 4 Osborne Terrace, Leeds. 7th March, 1871.
E. J. Wilson, Melton, Brough, East Yorkshire. 2nd June, 1868.
Henry Wilson, The School, Malvern Link. 7th March, 1876.
Basil Thomas Woodd, Conyngham Hall, Knaresbro'. 8th December, 1863.
William Woodman, Stob Hill, Morpeth. 31st May, 1849.
Edward Wooler, Darlington. 3rd March, 1874.
W. A. Wooler, Sadberge Hall, Darlington. 3rd June, 1879.
Sir William Charles Worsley, Bart., Hovingham Hall, York. 1st March, 1880.
John Wright, Terrington, York. 4th June, 1873.
The Lord Archbishop of York. 15th June, 1863.
The Earl of Zetland, Aske Hall, Richmond, Yorkshire. 2nd June, 1874.

Digitized by Google

SAMUEL ROWLANDSON IN ACCOUNT WITH THE SURTEES SOCIETY.

From 1st January, 1879, to 31st December, 1880.

Dr.

Date		£	s.	d.
1879. Mar. 5.	Balance on last Account brought forward	524	18	0
1881.	To received of Messrs. Andrews and Co. for books sold for year ending June, 1879	68	7	1
	To received of Messrs. Andrews and Co. for books sold for year ending June, 1880	35	15	10
	To received Subscriptions from Members from 1st January, 1879, to 31st December, 1880	695	2	0
		£1324	2	11

Examined and found correct,

JOS. HUTCHINSON.

Cr.

Date		£	s.	d.	£	s.	d.
	MEMORIALS OF FOUNTAINS ABBEY, VOL. II.:—						
Mar. 22, 1879.	By paid Leighton, Son, and Hodge for binding	16	15	3			
June 14.	By paid W. Harrison for printing. 86 15 0; Less Cash on account, 16th June, 1869 20 0 0	66	15	0			
					83	10	3
	HOUSEHOLD BOOKS OF THE LORD WILLIAM HOWARD:—						
Mar. 22, 1879.	By paid Leighton, Son, and Hodge for binding	17	18	11			
April 29.	By paid the Rev. George Ornsby for editing, etc.	129	17	4			
					147	11	3
	LIFE OF ST. CUTHBERT:—						
Dec. 31, 1880.	By paid the Rev. Canon Simmons, editorial expenses	12	6	0			
					12	6	0
	CHARTULARY OF WHITBY, VOLS. I. and II.:—						
Jan. 22, 1880.	By paid the Rev. J.C. Atkinson for editing Vol. I.	83	11	8			
„ 31.	By paid Leighton, Son, and Hodge for binding	18	1	3			
Feb. 10.	By paid T. and A. Constable for printing	148	8	2			
„ 12, 1881.	By paid the Rev. J. C. Atkinson on account for editing Vol. II.	50	0	0			
					300	1	1
	LAWRENCE OF DURHAM:—						
Feb. 25, 1881.	By paid the Rev. J. Raine for editing, etc.	16	0	0			
					16	0	0
	YORK BREVIARY, VOL. I.:—						
Feb. 28, 1881.	By paid the Hon. and Rev. S. Lawley for editing	70	0	0			
					70	0	0
	MISCELLANEOUS PAYMENTS:—						
June 23, 1880.	By paid the Rev. Jas. Raine, Secretary, allowance for 1879 and 1880	60	0	0			
„ 30.	By paid Mitchell and Hughes, printing report for 1878	11	5	0			
Feb., 1881.	By paid for postage stamps and stationery for Treasurer, two years	5	0	0			
	By paid Assistant Treasurer, salary for 1879 and 1880	4	4	0			
	By paid Durham Advertiser, printing circulars and receipts	1	17	0			
	By paid Andrews and Co., expenses, Vols. 69, 70, and 71	33	17	7			
	By paid Andrews and Co., general expenses	36	13	1			
					152	16	8
					782	5	3
	Balance due to the Society on this Account				541	17	8
					£1324	2	11

Digitized by Google

J. W. BARNES IN ACCOUNT WITH THE SURTEES SOCIETY.

From 1st January, 1881, to 31st December, 1882.

Dr.

	£	s.	d.
To balance on last Account	541	17	8
Subscriptions from Members, from 1st January, 1881, to 31st December, 1882	719	5	0
	£1261	2	8

Cr.

	£	s.	d.	£	s.	d.
Lawrence of Durham:—						
By paid Mitchell and Hughes for printing	43	12	6			
By paid Leighton and Hodge for binding this and the York Manual	33	7	3			
				76	19	9
York Breviary:—						
By paid Spottiswoode and Co. for printing	208	6	0			
				208	6	0
Whitby Chartulary, Vol. II.:—						
By paid Leighton, Son, and Hodge for binding	18	4	0			
By paid Rev. J. C. Atkinson, balance for editing Vol. II.	27	2	3			
By paid T. and A. Constable for printing	175	2	3			
				220	8	6
Charters of Ripon Minster:—						
By paid C. Prætorius for seals, etc., and printing	16	16	0			
By paid J. H. Le Keux, engraving seals	1	17	6			
By paid Spottiswoode and Co. for printing	141	16	0			
				160	9	6
Stukeley MSS.:—						
By paid Rev. W. C. Lukis for editing	79	4	0			
By paid W. Harrison for printing	157	15	0			
By paid Leighton and Co. for binding this and Charters of Ripon	36	18	8			
By paid Autotype Company	15	13	0			
				289	10	8
Miscellaneous:—						
By paid Rev. J. Raine, two years' allowance	60	0	0			
By paid postage, etc.	8	14	0			
By paid Treasurer's expenses	9	7	6			
By paid Durham Advertiser, printing	0	13	6			
				78	15	0
Balance in hands of Treasurer				226	13	3
				£1261	2	8

Examined 13th February, 1883, and found correct,

F. C. HULTON, } *Auditors.*
A. McKINLAY, }

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google